DUKE UNIVERSITY LIBRARY
DURHAM, N. C.

Sigillum Universitatis Dukensis
Eruditio et Religio

Rec'd 7 [illegible], 1928

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room
UTOPIA

Dav. Kloser. S.R.M. Pictor Inv.

Dionysius Paet Fruppe Sculp. Stockholmae

Kununga ok Höfdinga

SPEGHEL

Hoc eſt

REGUM PRINCIPUMQUE

INSTITUTIO

Ab incerto Auctore Gentis Sueticæ
ante ſæcula nonnulla patrio ſermone
conſcripta.

Quam

Ex mandato
Illuſtriſſimi Regni Cancellarii
Comitis MAGNI GABR. DE-LA
GARDIE &c. &c.

In ſermonem Latinum vertit,
Notisq; neceſſariis illuſtravit

JOANNES SCHEFFERUS
Argentoratenſis

HOLMIÆ SVECORUM
M. DC. LX. IX.
Excudit
Nicolaus Wankivius S. R. Maj:tis Typographus.

117194

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/kunungaokhdfin00sche

Sereniſſimo Potentiſſimoq; Principi ac Domino,

CAROLO XI.

Svecorum, Gothorum Vandalorumq;
Regi, ac Principi hæreditario,
Magno Principi Finlandiæ,
Duci Scaniæ, Eſthoniæ, Livoniæ,
Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini,
Pomeraniæ, Caſſubiæ & Vandaliæ,
Principi Rugiæ, Domino Ingriæ
& Wiſmariæ,
nec non Comiti Palatino Rheni,
Bavariæ, Juliaci, Cliviæ & Montium
Duci &c. &c.

117194

Sereniſſime Potentiſſimeq; Rex
Domine Clementiſſime.

NUnquam in Te, Rex Auguſte, Patria mirari mecum deſinet, celebrareq; pectoris vere Regii, vere principalis pietatem, per quam res a majoribus Majeſtatis Tuæ pridem geſtas ab oblivionis ſitu protrahere in lucem, induſtriaq; ingeniorum præſtantium repurgatas, durabili perpetuũ vindicare memoriæ ſuſcepiſti. Scilicet pleriq; hactenus peregrinarũ rerum obſtupefacti ſplendore, bona domeſtica vel ignorabamus, vel quod deterius exiſtimo, contemptui habebamus.

mus. Nunc a Majeſtate Tua inſtituto Patriæ Antiquitatum Upſaliæ Collegio effectum, ut ſperare liceat monumentis priſcis lumen, nominiſqùe Svetici non minorem, quam cujusquam etiam laudatiſſimæ gentis alterius celebritaté. Et en Majeſtati Tuæ ſpei ejus argumentum, ut confido, haud ſpernendum, præſens hoc opuſculũ, quod conſilio ſuaſuq́; meo, cujus moderamini negocia Collegii illius ſubdidiſti, his diebus elaboratũ, velut primitias fructusq; novellos jure meritoq; Majeſtati Tuæ offero, gratiæq́; quantũ poſſum commendo. Munus leve, fateor, ſi libellum ſolum ſpectes: ſi, quas continet, doctrinas, longe maximum pretioſiſſimumq;. Quid enim offerri queat Regi pretioſius, quam conſilium, cujus fideli obſervatione ſibi decus immortale gloriamq;, civibus felicitatem, quantam votis queant conſequi, afferre valeat? Neq́; debet hoc deterius videri, quia litteris

ſcriptoq; datur. Habet id fortuna Veſtra, ut cum ipſa, quam Vobiſcũ loqui malint plurimi. At vero hi poſt obitum ad Vos adducti ſvaſores & conſiliarii gratiam aucupantur nullam, quæ prodeſſe ipſis jam non poteſt, nulla terrentur invidia, extra omnem quippe mali metum cõſtituti. Quo magis commendatus Majeſtati Tuæ liber iſte debet eſſe, conſiliumq; vitæ Tuæ componendæ gratum. Cum præſertim tanti fecerit Avunculus Majeſtatis Tuæ magnus, Rex Gustavus Adolphus (cujus ſicut Majeſtati Tuæ jure meritoq; ſanctiſſima eſt memoria, ſic judiciũ non poteſt eſſe non auctoritatis ſũmæ) ut non alio potiori fidelioriq; ad capacitatem fortunæ, in quã alebatur unica nominis auguſtiſſimi hæres, Filiã educari voluerit Christinam Augustam. Cujus ſi pro amore, quo Majeſtatem Tuam per devotionem mei animi iuſtiſſimam complector maximo, ſi pro obſequio fideq;, quam eidem ob Regii Prin-

ci-

cipalisq; tituli reverentiã merito præſto ultimam, ſi pro charitate patriæ, quam non alio certiore argumento, quam ſubminiſtratione optimorum de educatione Majeſtatis Tuæ inſtitutioneq; conſiliorum teſtari poſſe me confido, exemplũ fuero ſecutus, rem feciſſe ſpero non honeſtam magis mihi, quam Majeſtati Tuæ utilem ac glorioſam, votisq; tot millium, qui a ſpiritu hoc pendent, bonitateq; conſervantur, per ſuſpiria quotidiana expetitam, pulcherrimeq; reſpondentem. Cum Majeſtas Tua ejus ſit ætatis, quæ doctrinarum ſalutarium egregie eſt capax, atq; indolis, quæ obſequium præſtare monitis ac conſiliis honeſtis gaudet, fortunæ ad poſtremum, quæ non poteſt aliter, quam per piam prudentéq; rerum publice privatimq; commiſſarum gubernationem intemerata conſervari. Qvare Majeſtas Tua quidem opuſculum iſtoc, velut pignus fidei, obſequii, ac amoris mei & accipiet libenter,

& frequenti lectione meditationeq; in uſus ſuos convertet. Cæteri hoc argumento intelligent, non fuiſſe inane noſtrum in ſervandis producendisq; utilibus majorum monumentis ſtudium. Vale.

Sacræ Regiæ Majeſtati Tuæ

fide integerrima ad humilima
obſeqvia paratiſſimus

MAGNUS GABRIEL DE-LA GARDIE
R. S. Cancellarius

In decimum tertium Natalem
Sereniſſimi Potentiſſimiq; Principis

CAROLI XI.

Svecorum Gothorum Vandalorumq; Regis.

CAROLE *non victi meritiſſime ſangvinis Hæres,*
Qui Boreæ Dominos indole reddis Avos;
O cui lauriger as auſpex victoria cunas
Cinxit, & omniparo pax opulenta ſinu!
Dum natalitiis cumulat Te Patria votis,
Et Dîs acceptas fundit in Aſtra preces,
Me quoq; ſacra trahunt ſolemnia; parq; foveri eſt
Non tacita nobis hunc pietate diem.
Publica cum ſpes ſis, imple rata vota Tuorum,
Et fuge ſceptriferum dedecuiſſe Larem.
Dotantes facilesq; Deos expertus abundes.
In titulos pronum ſe Tibi ſtravit iter.
Tot laudum documenta domi, tam pulchra ſuperſunt,
Ut nil Fama pio plenius ore ſonet.
Vince annis meritisq; Patrem, quantumlibet auſum
Maxima: Guſtavos, CAROLE, *vince duos.*
Sis Sveoni diuturnus honos, ſis gloria præcox,
Sis poſt fata Tuis non niſi ſera dolor.
Sic ferat ætatem, dum florida legibus Arctos
Te Superis curam, ſe videt eſſe Tibi.

Nic: Heinſius, D. F.

LECTORI BENIVOLO

JOANNES SCHEFFERUS

Argentoratensis

S. D.

OPusculi præsentis liquido indicare auctorem, quia ipse nomen suum apponere vel noluit, vel neglexit, nobis quidem haud est facile. Id tamen affirmare audemus, minime consentientem vero illorum esse sententiam, qui non ita pridem, & sub GUSTAVO MAGNO demum adseuerant si non ortum, certe interpolatum. Nihil quippe video, quo hanc sententiam vel in speciem valeant probare. Liquet nempe, scriptum hoc compositum in gratiam usumq; Regis alicujus, sive paulo ante ad imperium admoti, sive breviter admovendi. At vero ad GUSTAVUM MAGNUM diu in imperio jam constitutum, auctumq; filia, perlatum, ut præfatio Buræi monstrat. Sed nec si in usus ejus scribi debuit, caussa reddi potest apta & sufficiens, cur auctor ejus lingva veteri ac obsoleta, quam recepta uti maluerit. Non profecto is GUSTAVUS erat, qui doctrinis salutaribus non moveretur, nisi ab antiquitate commendationem & auctoritatem essent mutuatæ. Sed nec scio satis, num ætate illa fuerint, qui hoc obsoleto genere in concinnando tali opere ludos aptos possent facere. De Buræo enim suspicari prohibet ipse viri candor singularis & simplicitas, a qua impetrasset nunquam, ut hoc modo aliis imponeret. Quod si non esset, liberaret tamen fidem ejus facile res ipsa, quando non mutilate modo, sed & prave aliqua hic edita, ut ex Notis nostris liquet. Quin imo ne sensum quidem idoneum ubique videtur assecutus in vocabulorum antiquorum expositione, quam in calce operis adposuit. Quod profecto fieri haud poterat, si is operis fuisset auctor. Denique fatetur ipse, aliqua se nequivisse legere in MSto ac proinde conjectura sæpe usum esse, quædam a scriba ipso perperam expressa observasse ac proinde coactum emendare. Quid? quod ne nunc quidem desint, qui suis oculis MSt. testentur vidisse, vetus satis, & quod aspectu primo refelleret sententiam adversam. Adeo ne id quidem potest valere, quod de Stylo vario ac inæquali adducunt. Scilicet qui hæc scripsit, non eodem genere ubiq; uti potuit, quando quædam suo more protulit, quædam hausit aliunde, veluti ex dictis vetustioribus sententiisq;,

ex libris quoq; antiquis, non Latinis modo, sed & Sveticis, ut facile intelliget, qui attendere cum cura volet. Nec si hodie recentiori ratione scripta quædam occurrunt, auctori hoc tribuendum magis videtur, quam præposteræ describentium sedulitati, quæ nunquam non ad suum captum reformare aliqua fas sibi, etiam in Græcis Latinisq; Scriptoribus putavit. Quare mihi quidem cum plerisq; aliis manet persvasissimum, Auctorem hujus operis vetustum satis esse. Hoc enim tractationi rerum, hoc sermoni obsoleto, hoc ipsi Manuscripto veteri, unde primũ, Año hujus sæculi trigesimo & quarto publicatum est, testibus, opinor, minime contemnendis credo. Neque tamen tempus quo floruerit indicare liquido sustineo. Equidem quæ de muniendi ratione, totaq; bellandi consvetudine proponit, valide, existimo, evincunt, ante inventas æneas machinas, quibus ferreos cum fragore globos emittunt, vixisse. Sed hoc certi nihil docet. Quando tamen laudat non uno loco Ægidium cognomento Romanum, quem circa annum Christi M. CC.LXXX. scripsisse compertum est, excessisse quartum ab hoc sæculum haud potest. Quod si conjecturis uti liceret, dicerem temporibus *Magni* Regis, quem deinde cognomento quodam *Smeek* vocarunt, floruisse. Ut hoc credam, multa sunt, quæ me impellunt. Jam primum enim caussa explicandi hujus argumenti convenit in ista tempora, quando Magnus, puer trium annorum ad imperium est vocatus. Nam de Waldemaro itidem puero cogitare prohibet ætas Ægidii, Nostro laudati, quam Waldemarus annis aliquot anteceſſit. Deinde mentionem facit cognatorum proximorum, & virorum alias bonorum curæ circa educationem Regis in ætate immatura constituti. Hoc vero convenit in nullum rectius, quam Matthiam Kettilmundi, a quo Magnus ab infantia est educatus. Magis adhuc idem colligas ex illis, quæ prolixe disputat pro successione contra regnum electitium. Nec enim vero consentaneum, prælaturum ipsam fuisse tam aperte valideq; illo tempore, quo legibus moribusq; publicis electio fuit comprobata. Fuit autem comprobata cum longo ante tempore, tum sub Birgero, Magni filio, qui hunc Magnum anteceſſit proxime, quod Birgeri leges Anno M.CC.XCV. publicatæ manifestissime testantur. At vero postea sub hoc Magno circa Annũ M.CCC.XCIII. consensu ordinum mutata prisca consvetudo, regnũq; quod hactenus fuit electitium, factum successivum, ut aperte docent instrumenta publica, ea de re dicto anno confecta Warbergæ, quod Hallandiæ est oppidum Itaq; tunc quidem non est mirum, si laudaverit rem toti Sveciæ probatam. Non tamen diu post prædictum

annum

annum composuisse Noster, quisquis fuerit, hoc opusculum, videtur Nam cum reprehendat passim vitia, quibus constat Magnum regem turpiter fuisse inquinatum, verosimile videtur, non feciſſe tum, cum illis vitiis regno toti esset gravis (nam qui tuto potuisset?) verum ante, cum adhuc sub inspectione curaq; Kettilmundi constitutus, vitia ista callide dissimularet, spemq; de se faceret bonis omnibus egregiam. Decessit autem Kettilmundus circa Annum M.CCC.XCVIII. ut sic intra quadriennium, quod est inter annum dictum, quo diem suum Kettilmundus obiit, & Annum M.CCC.XCIII. quo decretum publicum de regno successivo factum est Warbergæ, publicatum scriptum istoc videatur. Et hæc quidem de ætate Auctoris. De genere ac conditione cætera si quis quærat, nescio an multum possit ambigi, quin fuerit ex ordine sacerdotali. Adeo ubiq; vitam Sacerdotum attollit, privilegia & potentiam commendat, & ubicunq; potest, in gratiam eorum loquitur. Sed & in Scripturæ S. dictis adducendis frequentior videtur, quam fortassis alius fuisset, extra illum constitutus ordinem. Ac fors ex Canonicis nonnemo fuit, cum præsertim laudent *Henricum*, iis temporibus florentem Annales Ecclesiastici, qui & paulo post Archiepiscopus est constitutus, quod ex Anonymi Veteris Chronico de Archiepiscopis Canonicisq; Upsaliensibus hactenus inedito liquebit, si vitam Deus dederit. Quid vero eum ad tractandum argumentum hoc impulerit, colligitur haud difficulter, vel ex eo, quod Rex Magnus ætate esset adolescens, ac fortassis opus habere monitore fido callidioribus videretur. Potuit & Kettilmundus ipse hunc laborem ab eo exegisse, qui se cerneret ætate provecta, nec superstitem diu esse posse. Quæ opinor caussa quoq;, quod vernacula, quam Latina lingua scribere malnerit, quando hac, quam ignota Regi, vel saltem non æque familiari se plus prodesse posse videbat. Plane non tam alios, quam Regem ipsum respexisse docet præter titulum operis, ipsa quoq; ratio tractationis, longe a subtilitate curaq; scholastica diversa, prorsusq; talis, quæ cum utilis versantibus in publico esse, tum oblectare ipsos queat. Nihil enim hic non elegans jucundumq;, citra qvæstiones spinosas aut supervacuas. Sed nec ad aliena dilabitur, verum ea, quæ præsenti rerum conditioni huicq; regno salutaria videri poterant, fide affert ac dexteritate maxima. Itaq; nec parum superare mihi, quem imitandum passim sumsit, Ægidium videtur. Quid enim habet Ægidius, quod non scholam, ipsumq; claustrum sapiat? Adeo probare nequeo sententiam eorum, qui Ægidium existimant vertisse in vernaculum. Aliud me docuit Ægidius ipse, quem ex Bibliotheca Illustr.

Dn.

Dn. Claudii Rhalambii, Regni Senatoris utendum habui, collatus serio cum Nostro. Quam enim multa Noster addit aliunde, quam multa Ægidii omittit? De disciplina vitæ privatæ nil, aut parum prorsus habet Ægidius. At non sine causſa Noster adjecit, cum in Rege quidem ita sint conjuncta publica privatis, ut in eo nihil sit privatum, sed ad publicum, privatum quoq; referatur, atq; alterum ab altero vel decus ingens accipiat, vel detrimentum. Qvare nec censendus fuerit res miscuisse diversissimas, ac præcepta reipublicæ gerendæ traditurus, morum regulas imperite inseruisse. Iam in eligendo cujus ductu hasce regulas proponeret, qvanta usus est prudentia? Poterat nimirum & hic Aristotelem consuluisse, quem ætate ista pæne unicũ fuisse notum sciunt, qui quæ rei litterariæ temporibus illis fuerit conditio, non ignorant. At is Senecam & exscriptorem ejus Martinum prætulit, ut qui proposuerat non disputare, sed docere. Qua in re profecto nemo est ante Senecam, sive necessitatem usumq;, sive gravitatem sententiarum attendas. Itaq; ut dixi, plurimum Ægidius a Nostro superatur, qui syllogismorum suorum struicibus, & argumentorum concatenatorum cumulis quem non absterreat paulo elegantiorem liberalioremq; ? quem afficiat, nisi umbraticum, & scholæ sordibus gaudentem? Contra Noster eo etiam jucundus est, quod quæ dicat, cum dilectu dicat, neque obruat lectorem suum, verum instruat, deniq: in tanta dicendorum copia necessarium aptumq; teneat modum. Qvo majorem celebrationem gloriamq; meretur Illustrissimus Excellentissimusq; Vir ac Dominus, Regni hujus Cancellarius, Comes MAGNUS GABRIEL De-La GARDIE, cujus auctoritate ac impensis denuo in lucem prodit Auctor hic, & a nobis jussu ejus Latinitate donatus, Annotationibusq; necessariis instructus, etiam peregrinis, & lingvam Sveticam nescientibus se insinuat. Erat non incommoda hic occasio prædicandi studium singulare gratiamq; Viri Summi erga litteras, cum in universum omnes, tũ præsertim eas, quibus decus gloriaq; nominis Svecorum etiam hac parte potest illustrari. Sed nec par est huic negocio infantia mea, & incredibilis modestia nil ex recte factis præter conscientiam quærentis id non patitur. Quare quicquid hujus est, alii loco temporiq; reservabitur. Etiam de versione mea Notisq; fuit aliquid dicendum. Verum quia metuendum mihi, ne jam ante nimis fuerim prolixus, hoc unum significasse sufficerit, non venisse me ad hoc negocium mea sponte, verum voluntate Viri Illustrissimi, quem dixi. Atq; adeo non quæsivisse gloriam in hoc labore, ut potius nunc orem veniam, si alicubi in vertenda lingva nec mihi vernacula, & quod plus est, inter Svecos ipsos obsoleta lapsus fuerim. Notæ quoque mihi festinanter consignatæ: in quibus tamen esse confido, quæ peritiores rerum nostrarum minime improbabunt.

Vale, nostrisq; conatibus fave.

Vm

Um Styrilse Kununga ok Höfdinga.

DE REGUM (a) PRINCIPUMQUE (b) INSTITUTIONE.

BOk thessin är uttakin med fam Ordom af thöm Bokum wise Mästare hawa giort um Styrilse Kununga ok Höfdinga: ok hawer hon Balka fyra.

I. I thöm första sir/Hwi almoge torf Kunung hawa/ ok hwem thet tilbör/rät Kununger at wara.

Jan-

Liber iste per compendium excerptus est ex monumentis Sapientum, quæ de Institutione Regum Principumque scripto reliquerunt: continetque partes quatuor.

In prima parte monstratur, qui necesse sit, multitudinem à Rege gubernari, & cui jure competat regium imperium.

In

JOANNIS SCHEFFERI
Argentoratensis

NOTÆ.

(a) *Principumque*) In Svetico est Höfdinge/ quod significat quoscunque, qui imperio majore præsunt aliis, sicut magistratus præfectique cujuscunque generis intelligi non difficulter queant. Quia tamen scriptum universum agit de iis, qui soli rempublicam gubernant, & *Monarchæ* Græcis appellantur, ista voce uti, quam alia, maluimus.

(b) *Institutione*) Svetica vox Styrilse notat moderationem convenientem, qua vitam actionesque alterius dirigimus ad optatum finem, sicut clavo regitur navigium. Ægidius Romanus, quem in quibusdam noster est secutus, sicut ipse indicat, *regimen* vocavit. Ita enim habet titulus operis ab ipso publicati, impressiq; Venetiis: *Ægidius de Regimine Principum.* Verum quia vox regiminis est ambiguæ significationis, cum vel active, de eo qui regit, vel passive, de eo qui regitur, queat accipi, & hic insuper duriuscula videatur, nomen *Institutionis* commodius putavimus. Sic enim & *Institutiones Juris*, & *Institutiones Oratoriæ* apud veteres leguntur.

II. I androm six/ Huru Kununga ok Höfdinga skulu sik sielua ok sin athäue styra med dygd ok äro.

II. In secunda, qua ratione Reges Principesque se ipsos actionesque suas gubernare oporteat per virtutis atq; honestatis observationem.

III. I thöm tridia six/ Huru the skulu styra sitt huardagsfolk ok härskap/ utan last ok amälo.

III. In tertia, quo pacto familiam aulamque suam regant absque flagitio & querelis.

IV. I thöm fiärda six/ Huru the skulu styra land sin ok almoga/ sik til lof ok äro/ ok almoganom til frid ok frälse/ ok sämio inbyrdes.

IV. In quarta, qua ratione regnum civesque suos debeant regere, sua cum gloria, civium tranquillitate securitateque, omnium denique mutua inter se concordia.

Här

Här börias

Förſta Balkin

I.

MEt thet ſkapat är ok ſik ma hawa ſwa ålla annorleð / til then ända thet är til ſkapat / thet torf hawa Styrilſe / ålla ma thet affſkedes ganga / ok ſköt förwarda.

II. Nu är Mannen en af thöm tingom ſwa åru ſkapat. ok ty hawär Gud honom giwit ſkål ok ſamwit / thöm han ma ſik med ſtyra til thet bäſta. ther til hawär han mal

Incipit hic

PARS PRIMA.

I.

QUicquid eſt conditũ, id ſive hoc, ſive alio ſeſe habeat modo, ut ſit conveniens fini, cujus conditum eſt cauſſa (a) regimine indiget, quippe (b) ſine quo aberrat interciditve penitus.

II. Jam ex iis, quæ ſunt condita, homo eſt. ideoque Deus (c) rationem (d) conſcientiamque ei tribuit, ut earum ope regere ſe poſſit, ducereque ad id, quod eſt optimum.

(a) *Regimine indiget*) Tanquam re ad conſequendum finem à natura propoſitum omnino neceſſaria. Unde ſequitur, id regimen non modo conveniens naturæ eſſe, ſed & à natura exigi ac poſtulari. quæ utique nil producit, quod non ſimul quærat ſtudeatque conſervare. Neque hoc de rebus cæteris magis verum, quam humanis, quoniam hæ pariter à natura factæ, pariter ad finem certum ab ea deſtinatæ, ut mox Noſter pluribus demonſtrat. Verum negant hoc, qui imperia humana cenſent eſſe ab arbitrio mortalium ac inſtituto, dogmate non perverſo tantum, verum etiam pernicioſo, multumque derogante auctoritati ſuperiorum. Negant quoque, qui immediate derivant à Deo, conatuque non periculoſo minus, imperantium potentiam immenſam faciunt, nullisque finibus circumſcribendam; unde omnis licentia facilime procreatur. Vide Nuperum Scriptorem *Politicæ Architectonicæ*.

(b) *Sine quo aberrat*) Cicero lib. 3. de Leg. *Sine imperio nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Nam & hic Deo paret, & huic obediunt maria terræque, & hominum vitæ juſſis ſuprema lex obtemperat.*

(c) *Rationem*) De hoc imperio, rationi à natura Deoque tributo, pleni ſunt Philoſophorum libri, non Paganorum modo, ſed & Chriſtianorum. Eſtque vis illius tanta, ut parere ipſi cuncta alia imperia, quantacunque ſint, cogantur. Ratio autem hic intelligenda ea, quæ vocatur recta, eſtque non unius alicujus vel alterius, ſed humanitatis totius, perfectionem illam mentis denotans, cujus beneficio tendit homo pervenitque ad finem, à Deo per naturam ipſi propoſitum: quemadmodum oſtendimus in *Sciagrapha Noſtra Juris Naturæ*, pluribuſque in Notis ad eam explicare conabimur.

(d) *Conſcientiamque*) Optime conſcientia jungitur rationi, quoniam eſt ex ratione; quoniam ratio per eam vires ſuas exerit imperiaque. Sapienter autem Noſter ex ratione conſcientiaque imperium humanum deducit, veluti ex fonte. Simul enim oſtendit, tanto quemq; a natura factum magis ad imperium, quanto cum ratione, tum conſcientia magis polleat: neque poſſe imperium cujuſquam naturæ conveniens haberi, in quo nulla ratio, nullaque conſcientia.

mal fram for al annor. Creatur/at ma hug ok wilia ſin lyſa / ok kunnuga thöm han wil. Ok ty hawär Gud mannenom giort herra iwi alla handa Diur/ ok fugla/ ok fiſka/ok alt thet i Wärildene är/at han ma äy at enaſt ſik ſiälfwan ok ſin handawärk / med ſinom ſkiälum ſtyra ok rada/ vtan ok alt annat/ thet nu är ſakt. Thet vndra David Propheta / ta han ſagde til Gud ſina: HErra Gud / hwat är mannen thes / at tu hawär giort hanom ſlijka wirdning? tu hawär han ſkapat litlo minna än ängla / ok hawär kronat med heder ok äro / ok hawär han ſkipat iwi alt tit handawärk / ok hawär alt lagt vndi hans fötär/ok i hans wald/ aldrahanda diur / ok fugla/ ok fiſka / ok alt thet i wärildene är.

mum. (e) ſermonem quoque ante cætera animantia, quo ſignificare queat ſui animi ſententiam, eamque declarare aliis, quibus viſum. (f) Ea quoque cauſſa Deus hominem fecit dominum omnium animantium brutorũ, volucrium, piſcium, cunctarumque rerum aliarum, quæ in orbe ſunt, non ut ſe ipſum modo actioneſque ſuas ratione gubernet, ſed (g) & cætera omnia, quæ jam commemoravimus. Miratur ea (h) David Propheta, cum ſic Deum alloquitur: quid eſt homo, quod memor es ejus? minuiſti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, pecora campi, volucres cœli, & piſces maris, & quicquid eſt in orbe.

Nu Cæ-

(e) *Sermonem quoque*) Quippe qui eſt velut inſtrumentum imperii a natura tributum rationi. Certe illius, qui parere debet, proprium eſt auſcultare; illius vero, qui imperat, loqui, & imperium ſermone ſignificare, ſine quo imperium in hominem exerceri commode riteve difficulter poteſt. Quare ipſâ natura quanto fere quemque ad imperium fecit magis aptum, tanto & facundia, eloquiique prompta facultate magis inſtruxit. Quod apparet ex magnorum virorum pæne omnium exemplis, qui ullo unquam tempore floruere. Ut non ſine ratione dixiſſe videatur Fabius in Exordio operis: *Vir ille vere civilis, & publicarum privatarumque rerum adminiſtrationi accommodatus, qui regere conſiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis poſſit, non alius eſt profecto, quam Orator.*

(f) *Ea quoque cauſſa*) hoc eſt: quia facit eum rationalem, quoniam per rationem, ex qua unica ſolaque imperandi eſt facultas, ſuperiorem brutis omnibus conſtituit, quæ hanc facultatem a natura non obtinuere.

(g) *Et cætera omnia*) gubernet, ſcilicet; gubernat autem non ſimpliciter, & pro quolibet arbitratu, ſed cum ratione, quod hinc bene notandum. Nam cum imperium ei datum ſit per rationem in omnia, utique amittet, ſi contra rationem eo utetur, adeoque non tum imperabit, verum vim exercebit ac tyrannidem. Dixi hoc notandum, quia nihil hodie vulgatius, quam tyrannicum hujuſmodi in res creatas imperium.

(h) *David Propheta*) Pſalmo VIII. Quanquam vero Pſalmus ille proprie primarioque loquatur de Chriſto, tamen nihil obſtat, quo minus & ſecundum litteram exteriorem capiatur de homine quocunque. Conſule D. Ambroſii lib. 1. Offic. cap. 28. qui eodem plane modo utitur hoc dicto.

III. Nu är Mañen äpte sin naturlik skipelse / skapader mit mällen Ängla ok wärilzlik Diur. med ånglom hawär han skål ok lijf / ok med wärilzlikom diurom hawär han lijf ok likama. Til sina skiäla ok andelik ting / likas han wid ängla / ok til sin likama ok likamlik ting / likas han wid söde och wäruldzlik Diur.

III. Cæterum homo quoad naturam suam conditus est (i) medius inter angelos & bruta. cum angelis communem habet rationem & vitam, cum brutis & vitam & corpus. Ratione sua menteque similis est angelis, corpore vero & quæ ad id pertinent, similis est brutis, atque bestijs.

IV. Nu magom wi mannen trefaldelika understanda. Ena led / swa som han liknas wid ängla / och andra led swa som han liknas wid söde / ok annor wärilzlik diur / ok tridia led som är nakot af sik siälwom / mällen thessen tw / til mandom ok manlik athäwe. Äpte thässum trym mansins skipilsom / räknas trigiahanda manna lifnadr här i wärildene.

IV. Possumus autem triplici ratione considerare hominem. primum, ut est similis angelis, deinde ut est similis brutis, tertio ut est ipse per se, medius inter hæc duo; homo scilicet & ad humana factus. Secundum triplicem hanc hominis differentiam triplex ejus consideratur vita in his terris.

V. Än then första likas wid ängla lifnad / ok thän lifnad hawär reenliwis folk / the som hawa vidrsagt alt wärilzlikt godz / ok alla wärulzlika fikt / ok allan likamans lusta / ok än thär med sin ägen wilia / ok hawa ånga akt andra / vtan tläna Gudi allan tima i reen liwe sino / ok huxa ånkte vtan Gudlik ok Andelik ting. Thet-

V. Prima vitæ ratio similis vitæ angelorum est, quam vivunt (k) homines puri sanctique, qui repudiarunt orbis hujus opes voluptatesq; omnes, suasque subegerunt cupiditates, nihilque plus desiderant, quam servire Deo puro corpore, neque meditantur cogitantve quidquam præter divina & spiritua-

(i) *Medius inter angelos & bruta*) Ita Christiani, maxime Scholastici Doctores. Pagani medium statuebant inter bruta & deos. Sallust. initio belli Catalin. *Animi imperio, corporis servitio magis utimur. alterum nobis cum dîs, alterum cum bellus commune est.*

(k) *Homines puri sanctique*) Pro conditione temporum suorum ita loquitur. Intelligit autem sacerdotes, eos maxime, qui renunciasse seculo dicuntur. Sane homines extra consortium cum aliis in sola contemplatione viventes etiam Aristoteles excedere conditionem humanam profitetur.

Thetta liwärne hawär ſtyrilſe/reglo ok ſtadga ſin/i huario renliwe liwärne/ther the mago äy afganga.

VI. Annat maña liwärne är thet/ ſom likas wid ſödaliwärne ok wille diura/thet liwärnet hawär thet folk/ ſom änkte akta/ vtan äta ok drikka/ leka ok ſowa/ ok filgia allom ſinom likama luſta. Thet liwärnet hawär huazke dygd älla ſkiäl/ok ängen god ſtyrilſe.

VII. Thet tridia liwärnet är mällen theſſe tu/ nu är ſagd. ok thet är rätter wärulzlikär liſnadr/ thet liwärnet hawär thet folk ſom liwär i rätto hionalagi/ ok liwär widr rätfangit godz/ok wid rätta afling.

Thetta

ritualia. Hæc vita inſtitutionem, regulas, (l) præceptaque ſua habet in quolibet ſancte vivendi genere, quæ ad multitudinem non pertinent.

VI. Secunda vitæ ratio (m) ſimilis eſt brutis ferisque animantibus, quam vivunt homines, qui curant nihil, præter cibum potumque, ludos & ſomnum, ſequunturque ſolas corporis ſui voluptates. Hoc vitæ genus neque virtute, neque ratione, ullave alia re bona gubernatur.

VII. Tertia eſt inter iſta duo media, ſicuti jam dictum. eſtque hæc vere (n) vita civilis, quam vivunt homines inter ſe conjuncti (o) legitimis matrimoniis, (p) qui bonis ſuis jure partis, & legitima hæ-

(l) *Præceptaque ſua habet*) Supra dixerat, hominem regimine habere opus. Jam quia hos a communi ſorte hominum excludit, ideo nec regimini ſubdidit communi, verum peculiares eis aſſignavit regulas, per quas gubernentur. Intellexit vero abſque dubio tales, quales habent multas, eaſque alias & alias, qui diverſos ordines ſectantur: ut ſunt regulæ Benedicti, regulæ Hieronymi, & aliorum.

(m) *Similis eſt brutis*) quia bruta, uti auctor eſt Salluſtius, natura prona, ventrique obedientia finxit. Sane bruta quia nihil habent majus meliuſue, quam ventrem, nil eſt mirum, ſi ad ipſum cuncta referant. At ſi faciat id homo, cui eſt data ratio, neceſſe utique eſt, ut a naturali gradu per hunc rationis neglectum, unicumque cultum ventris ac obſequium ſe turpiter dejiciat.

(n) *Vita civilis*) In Svetico eſt Wärulzlikär liſnadr / quod vitam ſignificat mundanam. Nempe hæc oppoſita eſt vitæ puræ ſanctæque, id eſt, monachorum atque ſacerdotum, ſicut quidem tum opinabantur. Itaque eſt non pura non ſancta, ſed mundana. Verum quoniam ſententia hæc parum convenit cum veritate, ideo *civilem* pro *mundana* reddere maluimus hanc vitam.

(o) *Legitimis matrimoniis*) Hanc unam facit differentiam civilis vitæ, a vita pura ſanctaque. Scilicet qui hanc vivunt vitam, matrimonia non curant, ex ſententia illorum temporum. Vita vero civilis abſque matrimoniis non poteſt eſſe, cum ſocietatis civilis initia prima & fundamenta in matrimoniis requieſcant.

(p) *Qui bonis ſuis*) Altera hæc eſt differentia inter puram & civilem vitam. Nam qui puram vivunt vitam, ij *repudiant orbis hujus opes*, ut noſter ſupra loquebatur, nihil habent proprium ac ſuum, verum vivunt ex communi. Ita ſane perſuaſum vulgo voluerunt. At qui vivunt vitam civilem, curant opes reſque alias ad ſuſtentationem conſervationemque ſui neceſſarias.

Thetta liwärnet hawär ſtyrilſe/ſkiäl ok dygd/ ok rätt ſamwit/ ok ſkal wara almogans liwärne.

VIII. Nu hawa all wärulzlik diur af ſin naturlik ſkipelſe/thet the mago ſik med hylia/ ok wäria fïri allo thy them ma ſkada/ vtan mannen än. Thön hawa hud ok har ſik med hylia/ok the hawa horn/ok hwaſſa klor/ok bite/ok hwaſſa tändär/ ſik med wäria föri thy thöm ma ſkada. Ok ſum hawa warlek ok lättan likama at flya thet thöm ma ſkada. Thön hawa ok ſin födo ſiälfwärna ta the widertorwa. Än mannen han födes nakin af ſin egin ſkipelſe/ok hawär han af ſik ſiälfwom änkte thet han ma ſik med hylia/ han är ok aldär blottär til ſin likama/ok hawär änkte af ſik ſiälfwom thet han ma ſik med wäria. Ok alt thet annor diur hawa af ſijn egin naturlik ſkipelſe/ thär til hawär Gud giwit mannenom Siäl/ ok wit/

hæreditate acquiſitis utuntur ac fruuntur. Hoc genus regitur (q) ratione, virtuteq; ac conſcientia bona, competitque communi hominum multitudini.

VIII. Cuncta porro animalia ita condita ſunt a natura, ut tegere ſeſe queant, ac defendere contra injurias, ſi quæ ipſis inferantur, (r) excepto ſolo homine. Pelles enim habent piloſque, quibus ſeſe operiant, cornua quoque ungueſve aut dentes, quibus ſe defendant contra eos, qui nocere ipſis cupiunt. Quædam velocitate levitateque ſunt prædita, ut effugere damna imminentia valeant. Pabulum quoque ſponte ipſis naſcitur, quantum opus eſt. At vero homo nudus editur in lucem, neq; a naſcendi conditione habet, quo ſe tegat, corpus quoque nactus eſt inerme, nihilq; habet quo ſe tueatur. Quæque animantia cætera poſſident naturæ ſuæ beneficio, ad ea (ſ) Deus homini mentem tribuit

(q) *Rationevirtuteque*) Non, quod non & genus antecedens regatur ratione ac virtute, quia regitur plus quam ratione virtuteque, regulis videlicet virtutes divinas & rationem angelicam ſapientibus, uti quidem perſuaſum cupiunt: ſed quia regitur ratione ſola virtuteque, cum hæc ad civilis vitæ gubernationem ſufficiant.

(r) *Excepto ſolo homine*) Seneca IV. Benef. 18. *Quæcunque vaga naſcuntur, & actura vitam ſegregem, armata ſunt. Hominem imbecillitas cingit: non unguium vis, non dentium terribilem cæteris fecit.*

(ſ) *Deus homini mentem tribuit*) Lactantius lib. VII. cap. 4. *Cæteris animalibus quia ſapientia non data eſt, & munita indumentis naturalibus, & armata ſunt. homini autem pro his omnibus, quod erat præcipuum, rationem ſolam dedit. Itaque nudum formavit & inermem, ut eum ſapientia & muniret, & tegeret.*

wit/ thet han ma ſik thet ſiälfwär gera mäd ärwode ok handagärning ſine.

IX. Nu är thet ey wäl möglikt/ at en man giti thet alt wanhuxat/ fanget ok fänkt/ok giort ſik til tarwa/ thär han ma ſik mäd föda/ ok kläda/ ok wäria. Ok ty torf mannen liwa ok wara ibland ok ſamwaru flera manna/ at hwar hawi af androm gagn ok hugnad til widurſkipte/ ok handagärning thera.

X. Mannen är af ſin naturlik ſkipelſe milder ok tydelekur fram firi all

buit rationemque (t) per ſuarum manuum operam & laborem comparanda.

IX. Cæterum (u) vix eſt poſſibile hominem unum ſolumque circumſpicere parareque ſibi ac efficere omnia quæ uſu neceſſaria vel ad victum, vel ad amictum aut defenſionem ſui. Quapropter (x) unus indiget ſocietate alterius, conjunctioneque cum aliis, ut ſe mutuo alter alterum juvet, (y) gaudioque ſibi ſint (z) ac ſolatio in negotiis ſuis.

X. Homo quoque natura ſua, quam animantia cætera, (a) pronior

(t) *Per ſuarum manuum operam & laborem*) quæ ſine mente directrice ac gubernatrice vana ſunt & inutilia, illius vero inventione excogitationeque defectus ſupplent omnes facilime.

(u) *Vix eſt poſſibile hominem unum*) Tractat locum hunc prolixe Cicero lib. II. de Offic. ubi inter alia ſic habet: *Ea ipſa, quæ in anima diximus, pleraque ſint hominum operis effecta, quæ nec haberemus, niſi manus & ars acceſſiſſent, nec his ſine hominum adminiſtratione uteremur. Neque enim valetudinis curatio, neque navigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumq; reliquorum perceptio & conſervatio ſine opera hominum ulla eſſe potuiſſet.* Adde cætera, quibus oſtendit, homini carendum bonis & utilitatibus magnis multiſque, niſi ſocios amicoſque ſibi habeat homines alios. Vult autem noſter hinc monſtrare, neceſſariam eſſe hominum ſocietatem inter ſe, ne quis putet rationem datam ſingulis, ſufficere ad ſupplendos quoslibet defectus, ac bene beateque vivendum, atque ſic imperium unius in alios eſſe ſupervacuum, neque exigi a natura, contra quam initio docuerat.

(x) *Unus indiget ſocietate alterius*) Equidem hæc indigentia non eſt prima proximaque ſocietatis cauſſa inter homines, verum ipſa hominis natura, quod præclare docet Ariſtoteles, ut paulo poſt teſtatur noſter quoque. Interim ſingulari Numinis proviſione factum, ut & alter alterius indigeret ope, quo hac ipſa indigentia ad ſocietatis cultum magis pellerentur.

(y) *Gaudioque*) hoc dicit in reſpectu ad eos, qui ſubveniunt neceſſitatibus aliorum, qui hunc auferunt fructum ex re bene geſta, ut lætentur.

(z) *Ac ſolatio*) hoc dicit in reſpectu ad alios, quibus ſubvenitur.

(a) *Pronior ad præſtanda beneficia*) Quia ſolus homo rationis vi neceſſitates aliorum atque indigentiam poteſt intelligere, ſolus ex eadem vi excogitare media, quibus eos ſublevet. Igitur ne fruſtra ei data ſint a natura, hominem natura eadem fecit miſericordem, ut neceſſitatibus aliorum moveatur, atque ſic non poſſit modo, ſed & velit ſubvenire. Chryſoſt. Hom. x. ad Tim. I. *Eſt fere ad miſericordiam pronum genus humanum, aliorumque calamitatibus facile commovetur.* Lactantius quod noſter a natura, factum ait a Deo

all annor wärilzlik diur : ok ty ma han wara i ſamuaru flera manna. Huru matte han tea ålla fulkoma ſin mildlek/ vtan han war med flerum mannom/ thöm han matte göra gagn ok hugnad mäd mildlek ſinom?

Ok ty ſigur Salomon wiſe ſwa : bättra är tuem ſaman liuat/ än enom enſamnom wara.

XI. Ok ty ſagde war HErra ſwa / ta han hafde ſkapat Adam then förſta man : ey är got mannenum enſtaka wara/ gärum hanum hiälp lika ſik ſieluom / thön hiälp/ thet är quinnan.

XII. Sägur ok then wiſe Ariſtoteles/ at mannen är ſamwiſtelikt diur/ af ſin naturlik ſkipelſe/ thet å lyſte liwa ok wara med flerom i bland ok ſamuaru.

nior ad præſtanda beneficia (b) & mitior: ac iccirco gaudet plurium conſortio. Quî enim beneficia exhibere, vel præſtare poteſt, niſi aliis ſit ſociatus, quibus utilis eſſe commodumque afferre bonitate ſua valeat?

Quare (c) Salomon ſapiens ſic ait : melius eſt duos eſſe ſimul, quam unum.

XI. Eadem cauſſa Deus, cum conderet Adamum primum hominem, non bonum eſt, ajebat, hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium, ſimile ipſi, hoc eſt fæminam.

XII. Sed & (d) Ariſtoteles Philoſophus ait, hominem eſſe animal (e) ſocietatis amans natura ſua, qui gaudeat vivere in conſortio cum aliis.

Ty David

Deo in Epit. div. jnſt. cap. 5. *Cum imbecillior ſit hominum natura, quam cæterarum animantium, quas Deus & inſtructas ad inferendam, & munitas ad vim repellendam figuravit, affectum nobis miſericordiæ dedit, ut omne præſidium vitæ noſtræ in mutuis auxiliis poneremus.*

(b) *Et mitior*) Ita malui reddere *tydelekur*, quod eſt in Svetico. Bureus vertit *tractabilior*, ſed huc nihil facit tractabilitas. Hoc enim ait noſter, tangi hominem hominum aliorum malis ac calamitatibus, nec eſſe ferum immitemque, ac ex ferocia illa negligentem omnium, quæ aliis hominibus eveniunt.

(c) *Salomon*) Eccleſiaſt. IV, 9.

(d) *Ariſtoteles*) I. Polit. cap. 2. Bene autem Noſter, *natura ſua*. Nempe hominis natura maxime conſiſtit in ratione, quæ ſe prodit exeritque per orationem, quorum neutrum omnes ſuas edere poteſt vires virtuteſque, niſi alios apud homines ; ut natura, niſi fruſtra eas tribuiſſe voluit, debuerit ſimul formare cupientem ſocietatis & conſortii cum aliis. Nec negare poſſunt, licet nuper. ſint conati aliqui, niſi afferant vim univerſæ ſimul naturæ.

(e) *Societatis amans*) Ariſtoteli eſt Φύσει πολιτικὸν ζῶον, quod Giphanius aliique reddiderunt *animal civile*. Noſter paulo generalius Samwiſtelikt diur/ conjunctim cum aliis vivere cupiens animal, quod videtur eſſe melius. Senec. VII. de Benef. I. *Homo ſociale animal eſt, & in commune genitus.* Quod una voce Seneca dixit *ſociale*, Cicero exponit pluribus hoc modo de Finib. II. *Eadem ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his natura & ſermone & uſu congruentem, ut profectus a caritate domeſticorum ac ſuorum currat longius, & ſe implicet primum civium, deinde omnium mortalium ſocietate.*

XIII. Ty ſigur Dauid Prophe-
ta ſwa : Se huru got ok mykin
glädi thet är / byggia ſaman i ſam-
waru bade ſaman / then rika ok
fateka: the rike mago hawa hedur
ok gagn / fatöka manna godz ok pe-
ningom. Ok thet är almogans
gagn ok glädi / ſwa ſaman wara
med frid ok ſämio inbyrdis.

XIII. Quare ſic ait David Pro-
pheta: Ecce quam pulchrum & ju-
cundum (f) habitare in unum (g)
divitem & pauperem, (h) ut divites
habeant honorem & gloriam, pau-
peres opes ac pecunias. Hæcque
ſalus eſt ſvavitaſque multitudinis
communis, cum conſociatione tali
vivitur in pace atque mutua con-
cordia.

XIV. Nu thär ſum manga man-
na ſamquämdur är / ther wil huar
filgia

XIV. Jam ubi multi coëunt, ibi
quilibet vult (i) ſuam (k) ſequi a-
nimi

(f) *Habitare in unum*) Pſalmo cxxxii. Verum ibi additur *habitare FRATRES in unum*. Porro id omiſſum hic non oſcitantia librarii, ſed auctoris ſtudio exiſtimo, qui Chriſtianus cum fuerit, Chriſtianos omnes fratres cenſuit habendos. Convenit huc dogma veterum, cumprimis Stoicorum, qui homines omnes inter ſe ajebant eſſe cognatos. Antoninus lib. xii. de vita ſua: *Homini cuivis cum toto genere humano intercedit cognatio.* Senec. ep. 96. *Natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum & ſociabiles fecit.*

(g) *Divitem & Pauperem*) Qui alias in civitatibus & rebuſpublicis admodum diſſociabiles, ſic ut conjungi pæne nequeant. Unde Ariſtoteles iv. Polit. 4. Civitates omnes has præcipuas, & a ſe maxime diſtinctas habere ait partes, divitum videlicet ac pauperum; neque aliunde turbas & ſeditiones frequentius oriri, quam quod partes iſtæ inter ſe diſſentiant, litigentque de jure, quod alterutri in civitatem competat, oſtendit lib. v operis ejusdem cap. 2. Ut non ſine ratione Noſter ſocietatem inter partes has commendet, allata ſimul cauſſa hac morali atque Chriſtiana, quod ſimus omnes fratres, neque quidquam pulchrius, Deoque gratius, quam conjunctionem & conſociationem iſtiuſmodi præſtare valeamus, teſte Davide, qui & Rex fuit maximus, rerumque ideo civilium peritiſſimus, & Propheta ſummus, voluntatiſque Divinæ interpres optimus & certiſſimus.

(h) *Ut divites habeant honorem*) Addit fructum ſocietatis hujus parti utriq; acceptiſſimum. Nam divites quidem natura ſua ſtuodioſi gloriæ: pauperes pecuniarum, quibus ſibi comparent res neceſſarias. Quod ſi ergo nolint excidere fine, quem propoſitum fere habent ſibi, docet alteram partem alterius colere ſocietatem oportere. Neque poſſe divitibus contingere gloriam veriorem honeſtioremque, quam ex ſublevatione pauperum; nec pauperibus præſentius auxilium rerumque copiam, quam ex cultu amico divitum. Imo fructum hunc oſtendit non tam pertinere ad ſingulos privatim, quam ad univerſam rempublicam, quippe cujus & incolumitas, & felicitas hinc fere pendeat.

(i) *Suam ſequi animi ſententiam*) Poſtquam hactenus oſtendit, non poſſe hominem vivere ſegregem, ſed ſocietates omnino inſtitui partim propter neceſſitatem, partim propter utilitatem, ipſam denique humanam naturam, quæ ſit ita formata, ut homo ſine homine præſtare ſe ut hominem haud valeat, eamque ſocietatem oportere coli non ab uno modo genere, non a divitibus ſolum, vel pauperibus, ſed omnibus promiſcue, ſi modo ſalvos ſeſe velint, pergit nunc oſtendere, quænam ea ſint, quæ ſocietatem iſtiuſmodi impediant fere aut diſſolvant : ambitio nimirum, atque imperandi aliis injuſta & immodica libido.

(k) *Sequi animi ſententiam*) tanquam meliorem. Sumus nempe benigni fere judices noſtrarum

filgia ok främia vilia ſinom / ok ther af kombir miſſämia ok ilwili manna mållom. Ok af miſſämia kombir dela / ok af delo kombir ſlag ok dråp / af dråpe inbyrdis kombir derwilſe almogans bade til lif ok godz. Ok ty torf almoge ſtyrilſe hawa / the han ma ſtyra ok rada til frid ok frälſe / ok til goda ſämio inbyrdes / ok then ma ok wäria med makt ok godom radom firi owinum thera. Ok then hawä: almo-

nimi ſententiam, eamque præferre ſententiæ aliorum,(l) unde diſcordia & diſſociatio animorum. Ex diſcordia oriuntur lites, ex litibus pugnæ cædeſq; , ex cædibus vero pernicies multitudinis , cum reſpectu vitæ, tum reſpectu fortunarum.(m) Sic neceſſarium multitudini fit imperium,(n) quod pacem & ſecuritatem ſuadeat , mutuamq; inter omnes concordiam , hoſteſque viribus conſiliiſq; bonis arceat. Quod qui habet, eum antiquiſſimis inde-

tempo-

noſtrarum rerum, inventaque noſtra inventis aliorum anteferimus, quia plus amamus. Fit hoc autem non natura, verum vitio ingenii humani: cum naturæ nihil magis ſit adverſum, quam in re quacunque judicem admittere, cujus ſit judicium corruptum. Sed nec hoc eſt conſentaneum naturæ, ut quis putet ſapere ſe ſolum , vel ſaltem ſapere ante cunctos alios, cum ſit proprium illius, nemini concedere omnia, ſed partiri ſua beneficia in multos, quo nemo non alterius in re aliqua opus adjumento habeat. Nec hoc magis verum eſt in aliis, quam in prudentia.

(l) *Unde diſcordia*) Poſſet ſuſpicari aliquis, quaſi noſter ſtatuat, ſocietatem eſſe abſque diſcordia vix poſſe : porro ſupra dici , ſocietatem coli a natura : ita ergo & diſcordiam a natura oriri. Et profecto ſunt , qui hanc ſententiam tuentur hodie, ſtatumque naturalem hominum aſſerunt eſſe bellum, & contentiones unius cum altero. Verum ſi hic ſtatus naturalis hominum, oppoſitus illi erit violentus, adeoq; pax, concordia, & ſocietas non erunt naturalia. Quo quid dici poteſt vel periculoſius, vel abſurdius? Ergo quando dicimus, diſcordias oriri ex ſocietate, non de illa ſermo eſt ſocietate, quæ ſe habet ex præſcripto naturæ; hæc enim nunquam eſſe debet ſine ordine, id eſt parendi imperandique lege, ipſa volente exigenteque natura; ſed de ſocietate temere conjuncta præſcriptumq; naturæ vel deſerente, vel nec dum obſervante. Qualis pertinet ad naturam non perfectam integramve, ſed corruptam.

(m) *Sic neceſſarium ſit imperium*) Bene. Ita namque provida conſtituit natura, Nec eſt, ut opinor, cauſſa alia , cur hoc potiſſimum argumento probet initia imperiorum Noſter. Nempe nemo eſt, qui neceſſitati repugnare velit, aut ſi velit, poſſit. Itaque cum conſtet, eſſe neceſſaria imperia, & ſine illis ſocietatem eſſe ſocietatem non poſſe, verum gignere diſcordias, tumultus atque bella, quis omnino ſubdere ſe imperio nolit? Neque tamen ex neceſſitate ſola orta ſunt imperia, ſed a natura ipſa , ordinis amante obſervanteque, qui ſine imperio inter homines eſſe utique non poteſt : cum præſertim ratione ac prudentia fecerit alios præſtantiores aliis, & hoc ipſo dereriores eis ſubjecerit. Errantque plurimum , qui imperia in univerſum ex arbitrio humano, ſola invitante utilitate cenſent orta, jureque civili confirmata, quod & Noſter in ſuperioribus monſtraverat.

(n) *Quod pacem*) Nota duplicem imperiorum & neceſſitatem, & utilitatem. Nam domi quidem ſervant concordiam, foris vero reddunt ſecuritatem , aut afflictam reſtituunt.

almoge af alder kallat KVNVNG ok Höfdinga sin.

XV. Kunungår hawår Namn af KYNI sino/at ey ma kunungår vtan af godo kyni komin wara. ok ty skal kunungår wara åpte byrd ok arf/som åpte fader ok föråldre sina / then kyn år til goda rada/ ok rönter til froma gårninga. Ok med the skål / år thet af alder kumit i sidwånio manna / at almoge ma sik kununga wålia thån hanom asåmbår. * Sidan år vpkommit at almoge Kunglika Kyni oaktat hawår byriat sik Kunungar wålia

temporibus multitudo nominavit Regem suum atque caput seu Imperatorem.

XV. Rex vero dictus Kunungår/ (o) a KYNI/h. e. genere, quia (p) non decet esse regem, nisi bono genere ortum. (q) atque ea ratione regem oportet esse quasi hæreditarium, post patrem & majores suos, qui promptus sit salubribus consiliis, & spectata probitate cognitus. Hisque de caussis inde a priscis temporibus venit in consuetudinem ratio (r) eligendi regis arbitrio multitudinis. * *Postmodum vero factum, ut genere regio non attento, pro-*

tuunt. Hæc duplex vis imperiorum. Hinc ipsa imperia duplicia pro duplicibus negotiis hominum, secum vel cum aliis, proque duplici negociorum tempore, pacis sive belli.

(o) *A Kyni, hoc est genere*) Nescio an in derivatione ista serviat instituto suo. Veteres profecto plerique scribunt Konung/quod recedit longius. Pars II. Eddæ de variis appellationibus : Konga heite og Kenningar. Hirdskraa cap. 11. skal eirn Tion hans Kongr wera. Birgerus Rex in præfatione legum Veterum Uplandiæ : Han war vtsendir af Ingiæld Swea Konunge. Et sic alii plerique. Habes tamen Kunung/sicut nostro scribitur, in legibus Hælsingicis & Ostrogothicis antiquis.

(p) *Non decet esse regem*) Quia *fortes creantur fortibus & bonis*, ut Poëta canit. Et invenias ex bonis ortum malum, ex malis ortum bonum vix invenias. Præterquam enim quod effectus sese habeat ut plurimum ad rationem caussæ, domestica exempla etiam si prava sint, bonos fieri rarissime permittunt.

(q) *Atque ea ratione regem oportet esse*) Ne quis dubitare possit de genere ipsorum, oriundaque ex illo atque sic durabili constantique bonitate. Certe illud omne firmius constantiusque, quod cum ipso sanguine spirituque a parentibus accepimus, quam quod studio tantum nostro comparavimus. Hinc spes tanta de rege ex rege oriundo : hinc illa erga ipsum reverentia, ille cultus. Est enim simile prodigio, si, cum natus sit a parentibus bonis, deserta natura sua desciscat a recto & degeneret in pravum. Neque alia est caussa, cur hereditaria vel successiva esse imperia voluerint veteres, ut & noster docet.

(r) *Eligendi regis*) Talem scilicet regem Noster intelligit, quem & genus commendat, & cœtera rege digna non destituunt.

* *Postmodum verò factum*) Hunc locum omnino mutilum esse ac hiulcum, ut nonnulla alia hujus libelli facile apparet. Ideoque nobis visum quoquomodo supplere quæ hic desiderari comperimus.

wälia af hwariahanda ſläkt oc Kyni. An thet är wagat oc grympt oc oſtadokt / oc ty är thet ſläſta ſtadi aflagt.

XVI. Nu ma nakor ſpiria / oc mäd ſkälum leta/huad thet är mera almogans tarf / hawa en kunung waldugan / then rada ma/oc ſtyra landom oc almoga/ älle flere ſe the ther alle rada?

XVII. Oc hittas the thet hura oc ſegia / at båter ſtar ſwa almogans ſtyrilſe at flere hanom ſtyra oc

promiſcue & ex familiis quibuſcunque cœperint reges eligi. Sed hoc periculoſum eſt (f) dubiumque, (t) & inconveniens, (u) & inconſtans, ac iccirco (x) locis pleriſque abrogatum.

XVI. (y) Sed hic quærat aliquis, idoneiſque rationibus exploret, quidnam potius requirat publicũ, regem unũ præeſſe imperio regionis multitudiniſq;, an plures poteſtatis ejus participes exiſtere?

XVII. (z) Inveniuntur, qui exiſtimant conducibilius, ut plures præſint multitudinis regimini, his

(f) *Dubiumque*) reſpectu eligentium, quia ſæpe itur in partes, nominantur plures, unde dubium imperium. reſpectu electi, quia qui putatus ante fuit optimus, poſtea factus eſt peſſimus, vitio interdum ſuo, interdum temporum ac negociorum, ut ex Galba notum.

(t) *Et inconveniens*) In Svetico eſt grympt / hoc eſt *truculentum, ſævum*, quod hic ſenſum habet nullum. Quare lego orympt/vertoque *inconveniens*. Et poteſt dici inconveniens reſpectu eligentium, quia regem faciunt, quem debebant potius accipere, cum regem conſtituat non tam multitudinis arbitrium, quam virtus ſua, naturæque bonitas & præſtantia, modo eſſe rex, non dici tantum debeat. Reſpectu eligendi vel electi, quia per electionem ſæpe major fit, qui nulla re eſt major aliis, non virtute, non genere, non rebus cæteris. Et hunc puto eſſe ſenſum.

(u) *Et inconſtans*) Quoniam qui poteſtatem eligendi habent, ſi forte diſplicuerit electus, proni erunt ad eligendum alium. Exempla ſubminiſtrat pluſcula hiſtoria Imperatorum Romanorum.

(x) *Locis pleriſque abrogatum*) Licet ante obtinuerit quod hinc liquet. Noſtrum quoque ſtatuiſſe. Atque ita ſtatuunt & alii qui electionem putant vetuſtiorem. Lipſius etiam 11. Monitorum cap. 3. *Electio antiquior videtur, & heroicis illis temporibus vix aliter factum.* Sed habet dubitationem juſtam hæc ſententia. Nam antiquiſſimis temporibus ex patribus familias paulatim factos Reges citra electionem ullam eſt certiſſimum. Vide Arniſæum Relect. Polit. lib. 1. cap. 2. ſ. 6.

(y) *Hic quærat aliquis*) Vetus eſt hæc quæſtio, ut colligimus vel ex Herodoto, qui eam tractat lib. 111. Notandum autem quæſtioni huic tum eſſe locum, cum Reſpublica nec dum conſtituta eſt. Poſtquam vero publice recepta certa ratio imperii, peccat contra munus boni civis, quiſquis rationem aliam, quam receptam, credit meliorem. Optime Auguſtus Cæſar: *Quiſquis præſentem ſtatum civitatis commutari non volet, & civis & vir bonus eſt.* Macrob. 11. Satur. cap. 4.

(z) *Inveniuntur*) Bene, *inveniuntur*, quoniam quærendi ſunt, quia exiſtunt pauci, & occulte potius, quam palam hoc audent profiteri, contra veritatem nimis manifeſte alteri faventem parti.

ok rada åpte them ſkålom: at/ huar flere digdemän ſaman komo/ the mago raſkara got rad finna än en enſtake man/ um the åre alle eens wiliande; ſwa ſom repet år thes ſtarkare/ at thet år af flerom tattom ſtarklika ſamanſnot. Ok draga flere män bätter et ſkip än en man / um the åro alle eens wiliande ok hielpande. Ok mang annor tylik ſkiäl ma man ther til reta.

XVIII. Nu ſägia ther emot alle wiſa mäſtara the ſom nakot hawa ſakt ok ſkriwat af ſtyrilſa ok almoga/ ok ſwa andre wiſa män thi rönt hawa wärildenna ſkipelſe/ ok ſägia/ ok med fullom ſkiäl ſom pröua/ at mera år almogans gagn hawa en kununng enwaldogan/ then rada ma ok ſtyra landom ok almoga til frid ok frälſe/ ok ſämio inbyrdis/ häldär än flere rade thom

(a) his inducti rationibus: quoniam ubi plures coëunt virtute præditi, (b) citius excogitare queunt utile conſilium, quam unus ſolus, ſi ſint inter ſe concordes; quemadmodum eo firmior eſt funis, quo ex loris pluribus eſt contortus. Sed & plures facilius navigium, quam unus ducunt, ſi conſentiant inter ſe ad mutuum auxilium. Quæque aliæ his non abſimiles adduci poſſunt rationes.

XVIII. Ex adverſo (c) viri (d) ſapientes omnes, qui de imperandi ratione ac republica vel oratione, vel ſcripto prodiderunt quidpiam, caterique prudentes, qui experientia cognitas habent res humanas, teſtantur, pleniſque probant rationibus, eſſe publico ſalutarius, ſi præſit rex unicus, qui auctoritate ſua gubernet regionem multitudinemque, pacis, utilitatis

(a) *His inducti rationibus*) vel ratione una potius, duabuſque ſimilitudinibus, quæ vicem rationum debent hic explere.

(b) *Citius excogitare*) quia ſingulis ſuam partem conferentibus mora non eſt, quin, quod optimum eſt, appareat. Ergo revera citius. Nec eſt res exigua, cum fere qui ſit prior tempore, cæteris quoque rebus ſit ſuperior.

(c) *Viri ſapientes*) Obſerva, cauſſam regum contra paucorum imperium tueri genus duplex, primum eorum, qui cauſſas ſpeculantur, rationeſque inquirunt, & hic nominantur *ſapientes*: deinde eorum, qui eas ex effectu habent cognitas per experientiam & uſum, cum qui cauſſam paucorum defenderent, niterentur magis ſimilitudinibus quibusdam, rationem afferrent exiguam, experientiam vero nullam, cum tamen aſſenſum promerere poſſit nihil, niſi quod alterutri ex his probe innitatur.

(d) *Sapientes omnes*) Non *ſapientes* tantum ait, verum ſapientes *omnes*, quod ſententiam hanc valde firmat. Maximam namque habet probabilitatem, teſte Ariſtotele, quod ſapientioribus, & iis omnibus ita videtur. Neque cenſendus eſt ſerviiſſe inſtituto ſuo Noſter, vel liberalius hoc verbo uſus eſſe. De quo ſi quis dubitat, ingentem legat catalogum Theologorum, Juriſconſultorum, Philoſophorum apud Arniſæum Rel. Pol. lib. 11. cap. 7. ſ. 1. qui conſentiunt cum Noſtro.

thöm ok ſtyre / ok ſuara til thera ſkiäla nu förra ſagd waro/ om flere manna ſtyrilſe. Förſt ther til ſum ſagt war/at raſkare mago flere wiſe mån rätt finna / än en enſtaka man / ther ſwaras ſwa til/ um the hawa alle ena akt / ok en wilia ; ok hittas eg thet giärnt med flerom mannom / utan the hawa en / then ther til ſtyre. Om rep af mangom tottom / ſwaras ſwa: Om thet är af godom tingom wäl ſamanſnöt/ ta ma thet wara ſant/ ok thet höra til ens mans akt ok hiälp / at the wäl ſaman komma. Om the flere mago bäter et ſkip draga än en enſtaka man / thet är ſant / om the hawa alle ena akt ok en wilia / ok ma ey wara utan ens mans förcakt ok ſtyrilſe.

tatis (e) & concordiæ communis gratiâ, quam ſi faciant hoc plures. Et ad rationes ſuperiores, quas de plurium gubernatione afferunt, reſpondent in hunc modum. Ad primum, quo citius conſilium ſalutare dicebatur plures invenire ſapientes, quam unum, regerunt, id poſſe forſan evenire, (f) ſi ſit idem omnibus propoſitum ; hoc vero difficulter inter plures inveniri (g) niſi habeant unum, cujus auctoritate eo ducantur. Ad ſimilitudinem de fune pluribus ex loris torto ita reſpondetur: fieri hoc equidem, ſi lora illa ſint bona, rectèque torquendo jungantur, quam ad rem ſit opus unius alicujus cura & ſubſidio. Idem pertinet ad plures navem unam ducentes, ſcilicet id verum eſſe, ſed ſi in rem eandem probe ſinguli conſentiant, qui ne ſic quidem deſtituti poſſunt eſſe unius alicujus providentia & gubernatione. Por-

Nu

(e) *Et concordiæ communis gratia*) hoc eſt, ſit Rex verus bonuſque, referens omnia ad ſalutem & utilitatem non tam ſuam, quam eorum, quibus imperat. De tali enim Rege hic eſt quæſtio, non de quolibet, qui ſolus imperat. Atque ob hanc cauſſam iſta noſter addit, ne quis erraret, ac qualecunque imperium unius plurium imperio cenſeret anteferri.

(f) *Si ſit idem omnibus propoſitum*) Bene. At vero hoc eſt difficilimum in imperio plurium. Nempe in conſilio de republ. ſuam quiſque conſiderat fortunam, pauci reſpiciunt communem. Porro quam unus cenſet fortunam ſuam, eam alter ſuum infortunium. Hinc conatus in contraria, ſolo ſæpe odio illius partis, cujus conſilia ſemel cœpta ſunt ſuſpecta eſſe, vel inimica haberi. Atque ut nil horum accidat, tamen ipſo ingenii humani vitio evenit, quod & noſter alibi obſervavit, ut fere ſuam quiſque optimam exiſtimet ſententiam, eamque cupiat valere. Unde tandem ſit, quod Livius alicubi ſcribit de Tribunis plebis: *Tendendo ad ſua quisque conſilia, cum aliud alii videretur, aperuerunt ad occaſionem locum hoſti.*

(g) *Niſi habeant unum*) Qui hoc ipſo vim habebit regiam licet nomine deſtituatur. Neque quid frequentius in ſtatu plurium, quam ut pendeant ab uno reliqui, qui eos prudentia virtuteque antecedit. Nota ſunt exempla Themiſtoclis, Alcibiadis, & aliorum apud Athenienſes, aliorum apud alios populos.

XIX. Nu prôua the thet med naturlikom ſkâlom / ok ſwa med manna ſkâlom ok âptedômom / at ens mans râtuis ſtyrilſe âr almoga bâſt ſwa. En âr Gud / ther alt ſkop ok ſkapade / ok ſtyrer ok rader alt thet til âr. En âr ok mannen / ther ſtyrer ok rader alt thet til âr werilzlik ting i thenna hem. En âr ok limber af manſens limmom / then rader ok ſtyrer allom manſens limmom ok hans likama / thet âr hiertat. En âr ok ſiâlina krapter ther henne rader ok ſtyrer / ok allo ty henne tilhôrô / thet âr Skâlen. En âr kununger ok wiſe i biſuerme huariom / then ther rader ok ſtyrer alt. Ok huad ſom görs af konſt ok wârilzlikom wisdom / thet âr thes bâtra ok ſkâlikare at thet

XIX. Porro probant rationibus (h) deſumptis a natura, & intelligentia humana, & exemplis, unius juſtum imperium multitudini eſſe convenientius. (i) Sic enim & unicus eſt Deus, qui creavit omnia condiditq;, cunctiſq; quæ ſunt, imperat & præeſt. (k) Unicus quoq; homo eſt, qui habet arbitrium rerum in hoc orbe exiſtentiũ. Sed & membris cunctis corporis humani, hominis imperat membrũ unum, (l) cor videlicet. Ad eundem modum facultates omnes animæ eaq; quæ pertinent ad ipſas, (m) gubernantur ab una ratione. In examine quolibet apum, non eſt, (n) niſi unus rex, qui præeſt cunctis. Denique quæcunque fiunt ab arte ac ingenio humano, (o) hoc cenſentur

(h) *Deſumptis a natura*) Unde ſimul colligatur, eſſe genus hoc imperii non quidem ſolum, ſed tamen primum maximeque conveniens naturæ. Quod poteſt ſufficere ad id anteferendum aliis generibus.

(i) *Sic enim & unicus eſt Deus*) Sicut Chriſtianis quidem eſt notiſſimum. Sed nec pagani cenſuere aliter, quando unum ſtatuerunt Deum ſummum, regem cæterorum. Ovidius profecto ſic deſcribit Jovem lib. 1. Met. fab. 7. & Virgilius de ipſo agens lib. 111. Æn. *Sic fata Deûm rex ſortitur.* Neque mirum, cum eundem facerent Deorum reliquorum patrem. Cicero 11. de Nat. Deor. *Jupiter a poëtis pater divumque hominumque dicitur.* Nam ſi pater, id eſt cauſſa cæterorum, jure optimo eis imperabat. Quo argumento Noſter quoque pugnare videtur, quando ſubdit, *qui creavit omnia condiditque.* Adde Ariſtotelem l. Polit. 1. circa finem.

(k) *Unicus quoque homo*) Inter animantia omnia. Horum enim reſpectu hic intelligendus unicus. Nam alias non uni, verum omnibus hominibus a Deo datum hoc imperium. Vid. Geneſ. 1.

(l) *Cor videlicet*) Vitæ nimirum ſedes eſt in corde. Ideo apud Jamblichum cor ἡγεμονία τῆ ζῆν, in de vita Pyth. c. 24. Spurinna apud Ciceronem lib. 1. de divin. *Conſiltum & vita a corde proficiſcitur.*

(m) *Gubernantur ab una ratione*) ſi ſe recte ac ex præſcripto naturæ habeant. Vide Ariſtotelem l. 1. Polit. c. 5. ὁ νὰς, air, τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν καὶ βασιλικὴν ἄρχην ἄρχει. Adde cætera.

(n) *Niſi unus rex*) Seneca de Clement l. 1. c. 19. *Natura commenta eſt regem; quod & ex aliis animalibus licet cognoſcere, & ex apibus.* Adde Ariſtot. 1x. Hiſt. An. cap. 10.

thet mera fylgr naturlikom ſkipilſom.

XX. Nu alt thet til är drage ſik til af ſin naturlik ſkipilſe / at wara et / ok huart äpte ſino uphoue / ok thes mera huatna ſkils af Höfdes aldri / thes mera thet förd ärwas. Ok ty ä thes flere rada / thes mere äro the ſkilde af thy / ther alt ſkal et wara / ty at huar wil fylgia tykio ok tarf ſinne / ok wilia flere wita wild ok wilia ſin / än almogans tarf / ſwa ſom ſir i gamlo ordquäde: huar är ſina wilda win.

XXI. Nu är aldre manna almoge kumin af enom manne / thet är

tur meliora convenientioraque rationi, quo naturam rerum conditarum propius imitantur.

XX. Amplius quicquid eſt eo inclinat natura ſua, (p) ut evadat unum, veniatque ad principium ſuum, & quo quidque magis (q) ab ætate principii ſui ſeparatur, hoc magis interit. Hinc quo plures habent imperium, hoc magis (r) diviſi ſunt ab eo, quod debet eſſe unum, quando quiſque ſuam ſequi ſtudet animi ſententiam utilitatemque, pluresque tueri exiſtimationem ſuam & lubidinem cupiunt, quam utilitatem reipubl. ſicut vulgo dicitur: quemque ſuæ amicum eſſe ſententiæ.

XXI. Porro univerſi homines exorti ſunt (ſ) ex uno, id eſt, Adamo,

(o) *Hoc cenſentur meliora*) Nempe *omnis ars eſt imitatio naturæ*, ſicut ait Senec. ep. 66. Porro imitationem omnem optimam oportet eſſe atque perfectiſſimam, cum ad veritatem rei, quam exprimere propoſitam ſibi habuit, proxime acceſſit. Atque quia tribuere imperium huic illive, uni vel pluribus, ſit artis opus, cum natura præceperit quidem imperia, ea vero non definiverit, iccirco ventum erit ad optimum ac perfectiſſimum, cum expreſſa fuerit natura, id eſt, unus imperium adeptus erit in alios. Liquet autem ſimul ex doctrina iſta, non poſſe propius accedi ad naturam in definiendis imperiis, quam ſi tribuantur uni.

(p) *Ut evadat unum*) Nempe rerum omnium eſt circulus, & quoniam ex uno omnia, ideo in unum reſolvuntur. Macrob. lib. 1. Somn. Scip. c. 6. *Monas initium finiſque omnium, neque ipſa principii finiſque ſciens ad ſummum refertur Deum.* Simili modo Muſæus de unitate judicavit.

(q) *Ab ætate principii ſui*) Ita ſonant Svetica. Intelligo autem id principium, quo ab initio fuit unum, & poſt multiplicatum auctumque per individua quodlibet rerum a natura conditarum. Ita ſane homines ab initio fuiſſe multo valentiores, ſaniores, majores cenſent, quam nunc ſunt. Ipſe mundus ſenescere, ac deterior quotidie fieri putatur.

(r) *Diviſi ſunt ab eo, quod debet eſſe unum*) Imperium intelligit, & quo id regitur, conſilium. Hæc ut ſint, quod debent eſſe, unum ſint oportet, ſeu revera, ut ſit in rege, ſeu virtute, hoc eſt conſenſu, ut ſit in plurium imperio.

(ſ) *Ex uno, id eſt, Adamo*) Scilicet & Eva ex Adamo, ſicut docent Sacræ litteræ. Actorum cap. 17. dicit Paulus: *Deus fecit ex uno ſanguine omne genus hominum.*

ár Adam / ok ty wil han ápte ſin naturlik ſkipilſe/ liwa ok wara unde ens mans wário / ok ſtyrilſe. Ok huar ey wil ſwa / thet gór han af hogmode ok fawiſko ſinne ok mote allom godom ſkálom. Ok thet war Adams ſkuld / hui alt wart hanom olydokt / ty at han war olydin thón/thár en ſkal allo rada ok ſtyra. Ok thet magom wij daglika róna ok ſea / at huar ſom ey wil wara under thes lydno/

mo,quare omnis multitudo (t) ex conditione ſua naturali (u) vivere verſarique gaudet ſub tutela & imperio unius. Quod qui non facit, (x) facit hoc ſuperbia,vel imprudentia, contraque rationem omnem ſanam & idoneam.(y) Cujus rei cauſſa eſt Adamus,cui obſequium detrectabant omnia, quoniam ipſe detrectabat uni, qui ſolus imperare debebat univerſis. Id quod experimur & animadvertimus quotidie, quando quicunque

(t) *Ex conditione ſua naturali*) Non, quod imperium plurium ſit contra naturam, quod hinc male quidam colligunt, ſed quod imperium unius certius & evidentius monſtratum ſit & commendatum a natura,unum condendo hominem, eique per hoc ipſum tribuendo imperium in omnes, qui ex ipſo provenerunt. Eſt enim conveniens naturæ, ut cauſſa & principium ſit ſuperius eo,quod ex ipſo eſt oriundum. Atque ſic intelligenda videntur illa Chryſoſtomi Homil. 31. in Epiſt. 1. ad Corinth. 13. cum exponens cauſſam hominis unius ſolummodo creati,factum ait,*ut eſſet inter homines non Democratia,ſed Regnum.* Nullum attendit ordinem productionis, eumque cum ordine gubernationis imprudenter miſcuit,quod cenſent viri docti,verum cauſſæ tribuit dignationem debitam ante effectum. Certe quod Democratiam attinet, vel quodcunque plurium imperium,non id primo demonſtratum eſt a natura,ſed ex conſequenti, poſtquam imperium unius deſcivit a natura,neque manſit amplius imperium,ſed factum eſt tyrannis. Tum enim natura vim omnem a ſe repellens plurium imperium adinvenit.

(u) *Vivere verſarique gaudet*) Ex conditione ſua naturali, nulliſque ſtimulata regum vitiis ad circumſpiciendam aliam imperandi rationem. Ideoque omnes quondam gentes regibus paruere. Cic. 111. de Leg. *Omnes antiquæ gentes Regibus paruerunt quondam.* Iſocrat. in Panath. *Priuſquam Democratiæ & Oligarchiæ nomen notum erat,Barbaricæ gentes,& omnes Græciæ civitates regibus parebant.*

(x) *Facit hoc ſuperbia*) Repetendum eſt ex præcedentibus, ſi non facit relicta in conditione ſua naturali, nulliſque ſtimulata injuriis. Nam alias per imprudentiam ſuperbiamve ſolam immutata eſſe omnia regia imperia, eſt falſum, ut hiſtoriæ teſtantur.

(y) *Cujus rei cauſſa eſt Adamus*) Mens ſcriptoris hæc videtur. Imperium unius eſſe imperium,quod natura ipſa ſuadeat inſtituatve. Id Adamum proprio diſcere potuiſſe exemplo,cui uni omnia ſubjecerit natura, & iccirco ſequendo naturam ſeſe quoque debuiſſe uni ſubdere,ac unius obtemperare imperio, hoc eſt Dei. At contra feciſſe Adamum. Paruiſſe imperio Diaboli, quin imo imperium quæſiviſſe cum Deo commune,voluiſſe diarchiam inſtituere,Deoque eſſe ſimilem, feciſſeque hoc per ſuperbiam,affectando,cui erat impar,& imprudentiam, non intelligendo imbecillitatem ſuam & mala ex hac imperii affectatione ſibi imminentia. Ita corrupiſſe omnia, & ipſam evertiſſe naturam.

no / han ſkal hawa opta manga geenwärdo firi olydno ok hogmode ſina.

XXII. Ther ſom ok flere rada utan ens mans ſtyrilſe / thär warder ſiällan wäl radit. Ty at alle wilia rada / ok fa wäl göra / ok engin ret tola / vthan kif ok oſemio.

XXIII. Nu är ok al dygd ok al naturlik makt thes ſtarkare ok thes maktugare at hon är al ſik ſaman. Swa är ok almoge ok hans ſtyrilſe thes betre ok maktugare / at hon är alder ſik ſaman / äpte ens retuis mans rade ok ſtyrilſe / then hanom halder ſaman med

que ſub imperio ipſius eſſe detrectat, (z) is adverſitates multas ſentire cogitur propter inobedientiam ſuperbiamque ſuam.

XXII. Ubi quoq; plures dant conſilia citra regimen unius, raro benè conſulitur. Cuncti enim volunt (a) prævalere aliis, pauci agere quod eſt ſalutare, nemo emendationem ſui ferre abſque contentione ac diſſociatione animorum.

XXIII. Etiam virtus facultasque omnis naturalis eo validior fortiorque, quo eſt conjuncta magis atque (b) facta una. Ad eundem ergo modum reſpublica illiuſque gubernatio melior & efficacior, quando eſt conſociata viri unius boni conſilio imperioque, conjungentis

(z) *Is adverſitates multas*) Igitur adverſitatum cauſſa non fortuita, nec ſola imprudentia humana, ſed multo magis ira divina plectens inobedientiam, & neglectionem præceptorum Divinorum. Samuel ad Iſraelitas 1. Reg. c. 12. *Timete Dominum, & ſervite ei in veritate, & ex toto corde veſtro. Vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſit. Quod ſi perſeveraveritis in malitia, & vos & rex veſter pariter peribitis.* Cæterum imperia Divina ſunt duplicia, quædam prodita per rectam rationem, quædam manifeſtata per revelationem: quæ proinde obſervanda & cuſtodienda, ſi modo adverſitates dictas cupimus declinare.

(a) *Prævalere aliis*) Nota cauſſas triplices, ob quas conſilia multorum, ſi auctoritate unius non contineantur intra limites officii, evadant infelicia. Prima ſtudium eſt eminendi ſuper alios. Suam ſinguli tuentur ſententiam, non quod ſentiant eſſe optimam, ſed quod obedire ſibi, ſuiſque judiciis acquieſcere omnes cupiant, *conſilii quamvis egregii, quod non ipſi afferunt, inimici*, uti ait Tacitus 1. Hiſtor. cap. 26. Secunda, ſegnities in iis, quæ concernunt bonum publicum. In ſuis promovendis utilitatibus quiſque ſolers eſt ac ſtudioſus: at cum pro re publica ſubeunda moleſtia, vel ſuſcipiendus labor, quidvis ſuadent, quo faciant occaſionem ſibi ſubterfugiendi ejus oneris. Tertia, impatientia correctionis. Putant amittere ſe auctoritatem, ſi appareat erraſſe. Quare qui errores indicant ipſorum, velut hoſtes atque everſores dignitatis & exiſtimationis ſuæ omni odio proſequuntur. Optime Damaſcenus Dial. contra Manich. *Polyarchia turbulenta eſt, tumultuoſa, multarumque factionum cauſſa.*

(b) *Facta una*) Notum dictum eſt philoſophorum hodiernorum, *virtus unita fortior.* Et liquet vel ex radiis ſolaribus in ſpeculo uſtorio collectis,

med frid ok ſämio inbyrdes. Ty at thet är almogans lif ok hälſa ok gagn ok glädi hawa frid ok frelſe ok goda ſämio inbyrdis. Ok huar ey haldz thet / ta är thet oiaflikt almogans förderuilſe.

gentis eam in pacem & concordiam communem. Reipublicæ multitudiniſque enim vita eſt & valetudo, & utilitas, & voluptas (c) degere in pace, ſecuritate & concordia communi. Quod ubi negligitur, ibi ſubſequi reipublicæ multitudiniſque exitium dubitari nequit.

XXIV. Ok prötwas thet med äptedömom / at betre är landom ok almoga ens rätuis mans ſtyrilſe / en flere manna / ty at huar ſom flere rada / ther wil huar witta ok främia wild ſina / ok ſinna wina / ſom för är ſakt. Ok the äru ſa ther hyra almogans gagn. Ther wilia ok alle rada ok engin rätt göra / utan iuir armt folk. An bryta the rike / ther ma engin umtala / utan

XXIV. (d) Sed & exemplis colligitur, melius eſſe regioni multitudinique, ſi ab uno viro bono regatur, quam a pluribus, quia ubi plures imperant, ibi quiſque ſuam tueri ſtudet animi ſententiam, eamque ſuperare vult ſententias aliorum, ſicut ante dictum eſt. Pauci ſunt qui conſulunt in utilitatem communem. Omnes quoque cupiunt præeſſe aliis, (e) nemo facere quod juſtum eſt, niſi forte (f) adverſus pauperiores. At ſi divites

(c) *Degere in pace*) Cicero de Leg. Agr. *Ut circumſpiciamus omnia, quæ populo grata atq; jucunda ſunt, nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus.* Et eſt cauſſa manifeſta; nam cum multitudo fere vivat partim ex agris, partim ex artibus manuariis, quæ per bella deſeruntur, ut non neceſſaria, vel ab hoſtibus militibuſque occupata, non poteſt non gratiſſima illi pax eſſe, qua iſta florent, uberrimumque præbent victum, de quo pæne unico ſoloque multitudo eſt ſollicita, quemque unicum habet optatque omnium negociorum ſuorum fructum atque ſcopum. Adde, quod bellorum mala primum tangant multitudinem, & tangant vehementius, quam alios, & relinquant ſerius. Itaque non poteſt ei non gratiſſima jucundiſſimaque pax eſſe.

(d) *Sed & exemplis colligitur*) In Svetico eſt äptedömom / quod pro exemplis accepit etiam Bureus. At videntur ſubjici potius rationes. Sed exiſtimo, rationes iſtas ſubjici non ad confirmationem, verum enarrationem, ut appareat, & ipſas, & rem cujus cauſſa ſunt allatæ, per exempla ſtabiliri. Videtur hoc docere auctor ipſe, quando fatetur ſe afferre, quæ jam ante ſint allata.

(e) *Nemo facere, quod juſtum eſt*) ſupra dicebat, *pauci agere quod eſt ſalutare.* Scilicet id ſalutare maxime, quod eſt juſtum, præſertim civitatibus ſocietatibuſque, quarum vinculum eſt juſtitia, ut ſine ipſa nequeant eſſe ſalvæ, ſicut Cicero eſt teſtis in Officiis & locis aliis.

(f) *Adverſus pauperiores*) ſi fors ipſi peccent. Eos enim quilibet poſcit trahitque ad ſupplicium. Nempe propter imbecillitatem contemnuntur. At a ditioribus & validioribus metus eſt ultionis. Juvenalis ſcite ſat. 11.

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

tan hawär huar ſtadan ſom liuter. Ok wil nokor rätta anner them lika är / ta komber ther af ſlag ok bardagi inbyrdis / ty at ingin wil androm wägia then mera förma. Ok thet röna daglika the land ok the ſtadi / ther ey hawa höfdinga älla kunung enwaldugan / ther rätta ma iui brut manna. Swa ſum wi magom ſee med Romarom / ok allom thöm landom ok ſtädom / ther ey hawa kunung eller höfdinga enwaldugan / the liua aldre eig utan miſſömio ok ſtrid / ok bardaga inbyrdis / ok thet är thera för-

vites delinquant, nemini eos (g) incuſare fas eſt, ſed ferat damnum qui patitur. Quod ſi alter alterum ex iis, (h) qui ſunt inter ſe æquales, admonere ſuſtinet officii, exoriuntur concertationes prælia-que, quando nemo, qui plus poteſt, alteri vult cedere. Experiuntur hoc quotidie regiones civitateſque in quibus non eſt Princeps unus vel Rex, qui coerceat delinquentes. Sicuti videmus (i) in Romano populo, (k) regionibus ac civitatibus aliis, quibus Reges nulli aut Principes præſunt ſoli, nunquam vivunt abſque diſcordiis, certaminibus, belliſque civilibus,

(g) *Incuſare fas eſt.*) Quia putant hæc licere ſibi, & licere ſibi volunt. Cur enim his non plus liceat qui plus poſſunt? Poſſunt autem, qui valent opibus. Pulchre Juvenalis ſat. XI.

Non capit has nugas humilis domus. audiat ille
Teſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans
Fornice mancipium quibus abſtinet: ille fruatur
Vocibus obſcœnis, omnique libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem:
Namque ibi fortunæ veniam damus. Alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus. Hæc eadem illi
Omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.

(h) *Qui ſunt inter ſe æquales, admonere ſuſtinet*) Nempe is, qui admonet, hoc ipſo, quia admonet, ſuperiorem ſeſe facere videtur, cum ſit admonitio negocium ſuperioris, ſive dignitate, ſive cura, ſive alia re qualicunque. Porro conſtituere ſuperiorem ſeſe inter æquales, eſt facere ſibi inæquales, qui æquales eſſe debebant, atque ita eos afficere injuria. Non poteſt autem eſſe pax & concordia inter eos, quorum alter affectum ſe injuria exiſtimat ab altero.

(i) *In Romano populo*) Hæc ſunt exempla, quibus noſter nititur hoc loco, & de quibus ſupra eſt locutus. Cæterum reſpicere motus Romanorum crebros videtur, poſt ejectos Reges, per tribunos, decemviros, & dictatores ad uſque Julii ætatem. Nec erraruntque, qui ajebant, *unum diſcordantis reipublicæ fuiſſe remedium, ut ab uno regeretur.* Adde, quæ notavimus ad Pacatum noſtrum, cap. 20. pag. 112. editionis ſecundæ.

(k) *Regionibus ac civitatibus*) Suſpicor in animo habuiſſe Germaniam, quæ temporibus illis, quibus vixiſſe noſter videtur, laborabat belliis inteſtinis, dum ad Imperium Conradinus, Willhelmus Princeps Hollandiæ, Richardus Angliæ & Alphonſus Caſtellæ reges vel vocantur, vel adſpirant.

fördårwilſe / ty at ſlåkt ſtride wid ſlächt / ok huar wil andra fördårwa. Nu the ſum ey hawa kunung ålla höfding enwaldugan / hawa thet gripit til ſidwänio / at welia en wittran man af androm landom eller ſtadom / then um ett ar ma them ſtyra ok rada / ok han ma aldre landom ſtyra ån et ar / ok ſidan mago the han aſſettia ok annan wälia.

bus, quibus rediguntur ad exitium, dum familia una pugnat adverſus alteram, unaque alteram quærit extirpare. Cæterum qui non gubernantur a rege principeve uno, id inſtituerunt quadam conſuetudine, ut virum præſtantem (l) ex regione alia civitateque eligant, a quo ſpacio unius anni regantur, neque fas eſt ipſum imperio præeſſe longiori tempore, poſt privari poteſt imperio, ſurrogarique alius in ipſius locum.

XXV. Nu ma huar man / ther ſkål hawär / thet wita ok vnderſtanda / at han huazka förma göra ålla döma / uran thet the wilia / ther mäſta makt hawa i ſtadom ålla landom thöm.

XXV. Jam vero quilibet, cui data mens eſt, per ſe intelligit, hujuſmodi quempiam nec agere quidpiam, nec judicare poſſe (m) citra voluntatem eorum, qui in regione tali civitateve cæteros potentia antecedunt.

XXVI. Nu mån thet ſkal wara endelika almogans tarf / at hawa kunung enwaldugan / then allom ma ſtyra ok rada / ok rätta iui huar then är brytur wid annan / ta ſpiria wiſe

XXVI. Cum a. (n) omnino ſit neceſſarium regi multitudinem ab uno aliquo, cui commiſſum ſit regimen & arbitrium in omnes, quique habeat jus coercendi, ſi alter ad-

(l) *Ex regione alia civitateque*) Hoc vero mihi nuſquam lectum apud alios. Neque dubito, quin locus iſte totus ſit corruptus ſimul atque mutilus. Puto autem reſpexiſſe partim Polonos, partim Civitates aliquas Germaniæ, ac ſic poſt iſta: *ex regione alia civitateque eligant* : interſeruiſſe aliqua hujuſmodi: *qui nomine regio, ſed poteſtate nulla vel exigua, quæ reſpublica decrevit, expediat. Vel faciant ſibi conſulem, a quo ſpacio unius anni &c.* Hæc inquam vel ſimilia inſerta olim, nunc omiſſa cenſeo. Nam electum peregrinum, qui unico tantum gubernaret civitatem anno, nulli unquam genti credo. Et repugnat omnis imperandi, omnis reipublicæ conſtituendæ ratio & conſuetudo.

(m) *Citra voluntatem eorum*) Populi puta, vel optimatium, apud quos imperium eſt ſummum in rebuspublicis, quæ non ab uno reguntur, ac proinde ex arbitrio eorum adminiſtrandum, quicunque denique acceptum id ab eis habeant.

(n) *Omnino ſit neceſſarium*) Non quidem ſimpliciter, ſed tamen in reſpectu ad ea, quæ dicta ſunt in ſuperioribus, ſi naturam ſequi, ſi evitare incommoda, quæ in plurium ſunt imperio deſideramus.

wiſemän / ok med ſkälum leta/ huat thet är mera almogans tarf/ at hawa kunung åpte byrd/ålla weli almogans. Ok hura thet nakre män / ok ſägia / at betra är hawa kunung åpte weli almogans/ än åpte byrd ok arf. Ty at ta mage the welia / then wittur är ok rönter til mandom ok goda rada. Än ta än the ſkulu kunung hawa åpte byrd ok arf / ta mage the opta fa barn ok owirmaga til kunung / then ther hawär ey til mandom/ ålla wit ok ſnille/ ok thet är almogans ſkadi/ ok förderwilſe laga ok landa. Nu ſigia ther mote

adverſus alterum deliquerit, (o) quærunt ſapientes porro, ſtudioſeque inveſtigant, quid ſit multitudini utilius, habere regem per generationem ſuam ſuccedentem majoribus, an electum publico ſuffragio. (p) Cenſent aliqui affirmantque, melius habere regem ab omnibus electum, quam per generationem & hæreditatem factum. Poſſe namque ſic eligere omnes, quem publicis (q) teſtimoniis experimentiſque conſtat eſſe virum fortem ac prudentem. At quando regem ex ortu genereque ſumere coguntur, evenit ſæpe, ut puerum ac impuberem accipiant, in quo nihil (r) fortitudinis

aut

(o) *Quærunt ſapientes porro*) Quæſtio hæc nemini non tractata, ſive ex veteribus, ſive ex recentibus. Pleraque, eaque optima congeſta ſunt a Barclaio in Argenide lib. 1. cap. 62. Addenda tamen etiam, quæ prudenter a Scipione Amirato lib. 111. de Regni Regiſque inſtitutione, item Lipſio lib. 11. Monit. cap. 3. diſputantur. Id in ea tota obſervari non incommodum fortaſſe fuerit, pleraque pro electione pugnare ſplendidius, pro ſucceſſione utilius, eſſeque iſta ſpeculatione ſubtiliora, hæc uſu & experientia probatiora. Denique in hoc certamine afferri ex favore odiove magis, quam judicio integro incorruptoque, dum quiſque ſuæ reip. imperium anteferre ſtudet alienæ.

(p) *Cenſent aliqui*) & in his ipſe Ariſtoteles lib. 111. cap. 11. ubi contra ſucceſſionem pugnat.

(q) *Teſtimoniis experimentiſque*) Duo notat in electione valere, quæ ad inveniendum id, quod optimum, ſemper neceſſaria & utilia, conſenſum judiciorum, & qui eum fere gignunt, uſum & experientiam. Non modo cum eſt eligendus quiſpiam, judicari dicit optimum, ſagacitate quadam animi, ſed & per experimenta ex vita ante acta rebuſque geſtis capta ſciri. De priori Galba apud Tac. Hiſt. 1. *Si velis eligere, conſenſu monſtratur*, quis ſit eligendus. De poſteriori Plinius in epiſtolis: *Ignavi eſſe neſciunt, quos judicia peperercunt, gratiam enim non de natura, ſed de ſuis meritis habent.*

(r) *Fortitudinis*) quæ utique non cadit in ætatem puerilem, imperitam ſcilicet, nulliſque adhuc adjumentis vel præſidiis ad defenſionem ſui inſtructam. Ergo tanquam ſingulare Ovidius lib. 1. Artis. v. 181. de Cajo, vel alio neſcio quo:

Ultor adeſt, primiſque ducem profitetur in armis,
Bellaque non puero tractat agenda puer.

te alle wiſe mån / the nokot hawa ſagt ok ſkriuit at bätra år ſtyrilſe landa okalmoga / at hawa kunung ålla höfding äpte byrd ok arf / än äpte weli almogans / ok wiſſa thet med mangom ok fullum ſkälum. Ty at äpti naturlikum ſkipilſum then kunungår the hawår kununglikt wald med årfde rad / ſwa ſum ſunr äpte fadr ålla föräldra ſina / han hawår thes mera kärlek til almoga ok ſinna undidana / at the hawa tiänt ok lyduge warit fader ok föräldrar hans. Ok ſwa hawår ok almoge

(f) aut prudentiæ, (t) unde damnum multitudinis, legumque ac regionis exitium ſequitur. (u) Contra ferunt ſapientes omnes, qui de gubernatione rerumpubl. populorumque docuerunt, vel prodidere aliquid memoriæ, conducibilius eſſe, regem habere per ſucceſſionem factum, quam per multitudinem electum, idque pluribus pleniſq; rationibus demonſtrant. (x) Naturali namque vi qui regium accipit imperium per hæreditatem, ſicut filius a parentibus majoribuſq; ſuis ſolet, is (y) majori charitate ſubditos civeſque ſuos complectitur, quippe quos & (z) majoribus ſuis ſubjectos fuiſſe novit

(f) *Aut prudentiæ*) qua & ipſa deſtituta eſt hæc ætas. Nam cum ſit vel ex doctrina, vel ex uſu rerum & experientia, neutra eſſe poterit in pueris. Ideo apud Tacitum XII. An. c. 15. *Coys* eſt *juventa rudis*. & Arminius de Tiberio ad ſuos apud eundem An. 1. c. 59. *ne imperitum adoleſcentulum paveſcerent.*

(t) *Unde damnum*) Secundum illud Eccleſ. c. 10. *Væ vobis, quorum Rex puer eſt.* Deus ipſe iratus, malaque minitabundus apud Eſaiam cap. 3. *Dabo illis juvenem regem, & pueri dominabuntur illis.*

(u) *Contra ferunt ſapientes omnes*) Obſerva & hic adverſariæ ſententiæ opponi judicium ſapientiorum, eorumque omnium, ut ſupra. Cæterum cum tueatur hanc ſententiam, apparet utique, vixiſſe tali tempore, quo electio deſierat in hoc regno, ſicut ab initio eſt dictum.

(x) *Naturali namque vi*) quæ per hoc ipſum, quia naturalis eſt, efficacior erit, atque durabilior, quam quæ cauſſis aliis ſubnaſcitur. Unde neceſſum eſt, hanc charitatem eſſe meliorem optabilioremq;, quam quæ poſt electionem demum incipit, originemque trahit ex beneficio ſolo a civibus præſtito illi, qui ad imperium per electionem eſt aſſumptus.

(y) *Majori charitate*) Similiter & Lipſius in Monitis lib. II. c. 4. *Succeſſionem meliorem tutioremque eſſe evincit, quod charitas utrinque major & ſubditorum in genitum & ſanguine Principem, & Principis in ſubditos certo & veteri jure ſuos.*

(z) *Majoribus ſuis ſubjectos fuiſſe*) Addenda cauſſa hæc ſuperiori. Scit eſſe ſuos, & iccirco ipſos amat, tanquam rem ſuam, ſicut nemo non id amat, quod eſt ſuum. Sed non hoc ſolum novit, verum & ſic eſſe ſuos, ut eſſe ſimul cupiant optentque, & hoc ſcit non conjecturis nixus probabilibus, ſed experientia. Certe nihil majus Princeps expectare poteſt a civibus, quam fidem & obſequium. Cum hæc habet, habet omnia.

Porro

almoge thes mera kärlek ok god wilia til ſin kunung/at the åru upfödde undi lydno ok wärio fadurs ok föräldra hans.

XXVII. Nu kan nokor ſegia thet wagat ware / ty at ta kunno barn ok ugurmaga kununga warda/ok thet år almogans ſkade/ än the ſkulu landom ſtyra. Nu ma ther ſwa til ſuaras: Huilken kunungr ungan ſun hawär åpte ſik / han hura görla med fulle forakt / huem han ſätter i hender ſin ſun ok ſtyrilſe landa/ther til/ hans ſun ma landom ok almogom ſtyra ok

novit ac obedientes. Ad eundem modum cives eo majori amore ac benevolentia proſequuntur regem, quod fuerint educati (a) ſub obſequio (b) & tutela patris & majorum ejus.

XXVII. Dicet aliquis, rem eſſe valde ancipitem, cum poſſit evenire, ut ſic regnum ad pueros & impuberes veniat, fore autem reipublicæ exitium ſi tales præſint regioni. Sed reſponderi poteſt, cum regem, qui filium relicturus eſt impuberem, oportere providentia ſumma eſſe ſollicitum (c) de viro idoneo, cujus fidei filium & gubernationem regni committat, donec ipſe filius præeſſe poſſit impe-

Porro poteſt quidem expectare quilibet, at is optime firmiſſimeque, qui ſcit præſtitiſſe parentibus ſuis, & in parentibus præſtitiſſe ſibi, imo ad præſtanda ea ſibi ſtatim, poſtquam eſſet natus, imo ante, quam eſſet natus, imbutos eſſe. Unde cum hæc expectatio in electo nova ſit, & cum metu aliquo non impetrandi ſociata, fieri profecto nequit, ut a tali ſine omni ſuſpicione cives amenrur, & ſic tantus hujus amor erga eos ſit, ac alterius.

(a) *Sub obſequio*) Cauſſa una reciproci amoris civium erga regem ſucceſſivum. Didicerunt obſequi parentibus ac majoribus, aſſuefacti ſunt ad ferendum hoc imperium. Conſuetudo velut altera eſt natura. Qui cui obſequi conſuevit, longo tempore, libentius conſtantiuſque id facit, quam qui non conſuevit. Quare obſequium erga eum, qui privatus ante fuit, nunquam fere tantum, quantum erga eum, cui eſt præſtitum per ætatem omnem. Adde quod, qui olim æquales fuere privati, æqualitatis ejus ægre deponant memoriam, & ſic obſequium ducant moleſtum.

(b) *Et tutela*) Cauſſa altera dicti amoris: memoria beneficiorum acceptorum a parentibus majoribuſq; , quorũ gratia & amabilitas longa ſerie a parentibus per hæreditatem veluti transfertur ad liberos. Polybius hunc amorem putat eſſe tantum, ut ſolus fecerit hæreditaria regna. Sic enim habet lib. VI. *Eorum, qui ex ſtrenuis & beneficis regibus nati ſunt, beneficia continuata, effecerunt regna in familiis hæreditaria.*

(c) *De viro idoneo*) Loquitur de uno: ex quo colligas, ſufficere unum cenſuiſſe. Scilicet & hoc conveniebat ejus temporibus, quibus regno præfuit gubernatorio nomine ſolus unicuſque Matthias Kettilmundi. Ericus Olai lib. IV. *Hoc igitur rege* [Magno] *in tenera ætate electo, continuatus eſt in rectoratu & gubernatione regni Dominus Matthias Dapifer: quod ea ſtrenuitate & prudentia gubernabat, ut nemo auderet extra regnum vel intra aliquid moleſtiæ, diſſenſionis & diſcordiæ attentare: nec ullo tempore regnum Sveorum in meliori tranquillitate & proſperitate*

ok rada. Thet kan ok ey wara/ at thet barn hawär ey frender ålla hulla wini åpte fadur ſin / the thet barn ok ſtyrilſe Landa maga taka i ſina wärio / ther til thet komber til ſin laga alder. Ta ån then kununger kan döa/ther åpti wali almogans är til wälde kumin / ta kumber görna miſſämia ok ſtrid manna mellom/ ok förderwilſe almogans : Ty at huar ſum måſt förma / han wil ta til wälde kuma. Ok dele ta ſläkt wider ſläkt / ok ſtyria ok illa lata/ ty at huar wil ta ſik/ålla ſin ſlektaman nokrom til kununglikt woald komma. Kan ok then kununger döa / ther af almogans wali är til welde kumin/ ok hawär barn ok ärwinga åpte ſik ta ſkipa han i ſinna daga med alla ſinne makt/at hans barn mage ärwa land ok riſke åpte hans död/ ok ſkal åntiaggia ta fremias / ålla warder miſſämia ok ſtrid landa ok manna mellom ok förderwilſe almogans

imperio. Neque facile contingere,ut puer iſtiuſmodi conſanguineos amicoſve fidos habeat nullos a parente relictos, qui capeſſere pueri regioniſque tutelam queant, donec ad maturam veniat ætatem. Quod ſi rex per multitudinem electus moriatur, (d) diſcordias fere oriri, & bella civilia,& exitium multitudinis : quando (e) quo eſt quiſque potentior, hoc magis quærat imperium. Ira familiæ unius exiſtere certamina adverſus alteram, maximis cum turbis & contentionibus , dum quiſque ſe vel familiæ ſuæ aliquem ad dignitatem regiam ſtudet promovere. Quin imo poſſe accidere , ut electus a multitudine liberos ac hæredes poſt ſe relinquat. Talem vero omni vitæ tempore in id incubiturum, quantum poterit,(f) ut ſucceſſores ſibi habeat liberos ſuos in imperio ac regno poſt obitum , quod vel fieri neceſſe ſit, vel oriri diſſenſiones & certa-

proſperitate creditur gubernatum. Docet locus hic,& eventus temporum illorum felicissimus,cur ſufficere ad gubernationem regni unum virum putarit. Nam alias ad hoc negocium malunt ſociari plures,propter cauſſas,quæ alibi explicantur.

(d) *Diſcordias fere oriri*) dum ſucceſſore conſtituto in incerto ſuas quiſque ſpes fovere ac firmare conatur,nemoque libens alteri concedit imperium,ad quod ſe æque cenſet idoneum. Vide Juſtin. lib. XLII. cap. I.

(e) *Quo eſt quiſque potentior*) atque ita imperandi non cauſſas modo habet, verum etiam præſidia & inſtrumenta, quæ utique nemo temere negligit. Sumus enim a natura omnes proni ad imperandum aliis, & *imbecilla natura eſt ad contemnendam potentiam*,uti ait Cicero in Lælio ſuo.

(f) *Ut ſucceſſores ſibi habeat liberos*) Ariſtoteles III. Pol. c. II. *Difficile eſt credere, ut qui rerum ſit dominus, liberis imperium non tradat. Eſt namque difficile, & majoris virtutis, quam pro humana natura.* Ergo ita regnum electitium fiet nihilominus ſucceſſivum,ſtatuſque reipublicæ mutabitur civibus quandoque neſciis, & vix ſentientibus. Quod autem

mogans. Ok ty åru thön land ey opta utan ſtrid ok oſämio / ther konung wilia hawa äpte wali alla manna. Ta än the ſkulu ok kunung-welia / ta åru männene opta wildoge/ok welia ſwa opta barn ok ugurmaga / ſom rönta mån. Ok thet är mera ſkadi landa ok förderwilſe almogans/at welia barn ok ugurmaga ſik til kunung/än hawa thet barn til kunung/ther med årfda rät är til thet wald kumit/ſuaſum thön land hawa rön i handom / ſom thet warda: ty at ther wil

certamina, unde exitium multitudinis naſcatur. Itaque raro (g) ſine ſimultatibus belliſque regiones,in quibus cupiunt regem arbitrio multitudinis electum. Sed & ſæpe cum rex eligendus eſt,(h)ſuis ſinguli ducuntur ſtudiis privatis, eliguntque (i) æque frequenter pueros ac impuberes, quam ſpectatos viros. (k) Plus autem nocet publico,eligere puerum impuberemve regem, quam habere, juſta æquaque hæreditatis via ad imperium admotum,quod experiuntur regiones illæ, in quibus talia e-

ve-

autem parentes liberos velint ſucceſſores,ejus rei cauſſa non videtur amor ſolum vehemens erga ipſos,quem hic interpretes agnoſcunt, ſed & gloriæ famæque ſtudium, quod imperantibus eſt a natura inſitum. Exiſtimant nimirum minui auctoritatem ſuam corrumpique, ſi cum ipſi imperent, liberos poſt ſe relinquant, qui obedire aliis cogantur.

(g) *Sine ſimulatibus*) non ſolum mortuo rege,ſed & vivo adhuc, dum & ille ſuorum, & alii aliorum ſpes promovere conantur. Res eſt notiſſima, pridemque magnis exemplis comprobata in Poloniæ regno. Nec fortaſſis annorum proximorum tumultus bellaque civilia aliunde,quam ex iſta cauſſa.

(h) *Suis ſinguli ducuntur ſtudiis*) Nicetas Choniates in rebus Alexii fato vicini,& cum ſuis deliberantis de ſucceſſore: *Alii*,inquit,*atque alii varie nominabantur,ſed omnes,qui ſibi opportuni aut utiles eſſent,nominabant. De eo autem eligendo,qui optime,& ex uſu publico imperaret,nulli cura aut cogitatio erat.*

(i) *Æque frequenter pueros & impuberes*) ut ſub titulis eorum ac nominibus ſatisfacere facilius cupiditatibus ſtudiisque queant propriis, & ſic re ipſa imperare,hoc plerumque deterius,quo imperium ſentiunt fore brevius. Videtur autem Noſter patriam præcipue ſuam reſpicere,ubi aliquoties accidit etiam pueros eligi, fierique hoc neceſſe propemodum fuit, quia legibus jubentibus a regum filiis temere non digrediebantur. An vero in electione iſtiuſmodi quæſiverint id quoque,quod Noſter ait,equidem haud dixerim. Sciverit ipſe melius,qui tum vixit, ac fortaſſis negociis publicis interfuit. Et in electione Waldemari, quæ non longe anteceſſit, ac Birgeri, Magni filii,quæ fuit proxima ante electionem Magni Smeek,fortaſſe non ineptum ſit nonnihil tale ſuſpicari,quanquam hiſtoriæ aperte non oſtendant.

(k) *Plus autem nocet publico,eligere puerum*) quoniam ad hoc conſilio, ad illud caſu venitur. Nocent autem plus,qui conſilio deliberatoque animo nocent, quam qui præter ſpem,occaſionibus huc deducuntur invitati. Adde, quod qui ſub rege electitio nocent,noceant facilius,quoniam minore nocent metu. Nam rex electitius ipſe regnum aſpicit ut rem nec diu ſuam,nec poſtea ſuorum. Itaque nec acriter intendit. At rex ſucceſſivus non modo ſibi nil perire vult,ſed nec poſteris. Denique ipſi cives ferent ægrius imperium ſic electi. Optime Plinius in Panegyr. c. 7. *Æquiore animo ferunt homines,quem Princeps parum feliciter genuit,quam quem male elegit.*

wil huar rada / ok tuinga land ok almoga/ápte ty huar máſt förma. Ok ty ſágia wiſe mán / at the land áru ſáll / ok liua med frid ok frelſe/ther kunung hawa ápte árſda rát/ ſum ápte fadr ok föraldra ſina. Ok mago ſea ok röna alle the nokot wita ok wida um wärildena fara/at the land hawa rikedoma ok frid/ok frelſe/ fram för annor land/ thön ey hawa ta ſidwänio.

veniunt: (l) quilibet namque ibi imperare ſtudet aliis, premereque regionem atque multitudinem, qui viribus aliis plus pollet. Quapropter (m) viri ſapientes eas prædicant beatas regiones, quietaſque ac ſecuras ajunt vivere, quæ habent reges hæreditatio jure parentibus majoribuſve ſuis ſuccedentes. (n) Teſtanturque periti omnes, quiq; alias orbis partes perluſtrarunt, eas eſſe terras opulentas, tranquilleque vivere ante cæteras, quæ illa conſuetudine non utuntur.

Thön

Pars

(l) *Quilibet namque*) unde ſolo nomine imperium unius erit, re ipſa multorum dominorum crudele ſpoliarium, rege adhuc infirmo, neutroque ad reſiſtendum alteri vel valido ſatis, vel parato ex cæteris, ne exemplum contra ſe prodidiſſe videatur.

(m) *Viri ſapientes*) Rationibus hucuſque ſuam ſtabilire ſententiam conatus fuit, nunc auctoritatem addit, ne ipſam quidem contemnendam, ſaltem ut appareat, non eſſe exiguam probabilitatem veri, in quod multi conſentiunt. Et profecto non humana modo firmari auctoritate videtur, verum & divina, quando paſſim in Scripturis Deus ipſe cum populo tum imperantibus promittit velut beneficium, ſucceſſionem filiorum, uti liquet ex Deut. 17. aliisque locis.

(n) *Teſtanturque periti omnes*) Auctoritati propoſitæ addit & experientiam. Et profecto ea ſumma eſt certiſſimaque. Liquet ex imperiis Ægyptiorum, Perſarum, aliorumque populorum, quique tum florebant maxime, ac etiamnum florent, Gallorum, quos vix dubium eſt, quin reſpexerit Noſter, cum ad eos iter inſtitui tum fuerit uſitatiſſimum, præſertim illis, qui doctrinis dabant operam, & litterarum ſtudiis, ut in Upſalia veteri a nobis eſt oſtenſum. Potuerunt & ex iis quædam cognita fuiſſe, qui Italiam, & in ea, regiones Principum quorundam frequentaverant.

Thön andre Balkin.

Nu är Kunungär til Landa kumin / ta ſkal han try enkanneliga hura ok främia äpte makt ſinne.

Förſt / huru han ma ſik ſielwan/ok ſit liwärne ſtyra med dygd ok äro.

Annat/ huru han ma dygdelika ſit huardags härſkap halda.

Tridia / huru han ma ſtyra land ok almoga / ſwa at han hawi ſielwer fridGudi ok mannom heder ok gagn/ok gladi/ok hans undidana mage liwa med frid ok frälſe ok ſämio inbyrdes.

PARS SECUNDA.

REge ad imperium admoto, tria præcipue curanda, quantumque poteſt, omni ſtudio efficienda.

Primum, uti ſe vitamque ſuam virtute honeſtateque gubernet.

Secundum, uti honeſte aulam ſuam ſuſtentet.

Tertium, uti regnum civeſque ſuos ita regat, quo & ipſe apud Deum hominesque conſequatur ex eo honorem, utilitatem & voluptatem, civeſque ipſius vivant in pace, tranquillitate ac concordia mutua.

Huru Kunungär ma ſig ſiälfwan / ok ſit liwärne ſtyra.

I.

Nu ſiger ſwa then wiſe mau / at thön äru tryманne torf wider / ther til at han ma ſik ſielfwan ok ſit liwärne wäl ſtyra. Han ſkal flyia alt thet ilt ok odögdelikt är / ok elſka ok idka alt thet godt är / med höweſkom ok dygdelikom athäwö. Han ſkal ok gerna höra godra manna äptedöme / ok thöm fylgia med alle ſinne makt. Med thy förſta / göme han ſik firi thy ilt är. Med thy andra / göre han thet godt är. Med thet tridia / aldor han ſig gerna til alt thet godt ok dygdelikt är.

II. Nu magom wij / ſwa ſom för är ſakt / trefaldelika underſtanda mannen äpte hans naturlik ſkipilſe. Förſt / äpte ty / at han hawär nakor ſkipelſe med ſödom ok wärilzlikom diurom / til ſit lif ok likama. Annat / äpte ty / at han hawär nakor ſkipelſe med änglom ok andelikom Creaturom / til ſin ſkäka ok underſtandilſe. An tridia / thet magom wij förſtanda äpte hans manlikom ſkipilſum / ſwaſum han är nakot um ſik til ſin egin manlik ſkipelſe.

Quo pacto ſe, vitamque ſuam rex gubernare debeat.

I.

TRia eſſe, ait ſapiens, neceſſaria homini, ad ſe vitamque ſuam recte gubernandam: ut fugiat prava omnia & inhoneſta: diligat, ſtudioſeque urgeat, quæ ſunt bona, per decoras & honeſtas actiones. Audiat denique libenter bonorum virorum exempla, ſtudioque ſummo ſequatur. Primo, ſeſe abſtineat a malo. Secundo, ſectetur id, quod bonum eſt. (a) Tertio, ultro ſe adigat ad id, quod eſt rectum & conveniens virtuti.

II. Poſſumus autem, ſicut ante dictum eſt, triplici ratione conſiderare hominem, ſecundum naturam ſuam. Primum, quia quædam habet cum brutis & beſtiis communia, reſpectu vitæ corporiſque ſui. Deinde, quia habet quædam communia cum angelis ſpiritibuſque, reſpectu rationis ac intellectus. Tertio, conſiderari poteſt ſecundum naturam ſuam humanam, quatenus eſt peculiare quidpiam, quoad propriam conditionem

(a) *Tertio ultro ſe adigat*) Cum nemo ubique ac ſemper perſpicere valeat, quid rectum ſit, quid pravum, utique neceſſe eſt, ut de his conſulamus alios ſubinde, ac judicia eorum audiamus. Cæterum qui hoc facit, diſcit ita, quid agere, quid non agere debeat. Jam quidiſcit quid agendum ſit, hoc ipſo ad agendum compellitur, niſi contra conſcientiam

skipelſe. Ok ápte ty hawa wiſſe mán prówat triggia maña liwárne / et ár thet ſom likas wid ſóda liwárne/ ok thet hawár thet folk/ ſom ánkte akte/utan áta ok drikka/ leka ok ſowa/ok fylgia allom ſinom likamaloſta/ſom ſóde ok wille diur. Ok hulkin man ſwa liwár/ han likas mera ſóde án manne. Annat ár thet at likas wid ángla liwárne/ ok thet hawár thet folk/ſom fly ok förſáger wárilzlik godz ok áro / ok allan likamlikan luſta / ok hawár ánga akt/ utan tiena Gudi/ ok hua thet Gudi ok ſiálinna tilhörö. Tridia liwárnit ár mit mellom theſſe tuággia/ ok thet ár rát wárilzlikt liwárne/ok thet hawár thet folk

ditionem humanam. Hinc viri ſapientes triplicem ſenſerunt eſſe vitam hominum,unam ſimilem vitæ belluarum,quam vivunt illi,qui nil curant præter cibum & potum,ludos & ſomnum,cunctaſque corporis ſui ſequuntur voluptates, more beſtiarum ferarumque. Qualem vitam qui vivunt,(b) belluis quam hominibus ſimiliores ſunt. Altera ſimilis (c) vitæ Angelorum, quam vivunt illi,qui fugiunt reſpuuntque divitias gloriamque mundanam, omneſque voluptates corporis, nec de rebus aliis ſunt ſolliciti,quam ut Deo ſerviant, eaque expediant ſtudioſe, quæ ad Deum animamque referuntur. Tertia (d) vita media eſt harum , eaque eſt vita vere civilis,quam vivunt illi , qui ſequuntur

folk

ſcientiam ſuam ea velit omittere, quæ ſcit agenda ſibi eſſe. Compellitur autem a ſe ipſo,quoniam ultro exquirendo aliorum ſententias,quod faciendum ſibi ſit, addidicit. Et hoc puto noſtrum velle.

(b) *Belluis quam hominibus*) Ita Ariſtoteles l. Nicom. 4. ubi vocat Ἑωσκηνάτων βίον τῶν θηριωδῶν. Graviter eleganterque Seneca ep. 92. *Magnam vitam facit titillatio corporis? quid ergo dubitas dicere,bene eſt homini,ſi palato bene eſt? Et hunc tu, non dico inter viros numeras,ſed inter homines,cujus ſummum bonum ſaporibus ac coloribus,ac ſonis conſtat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo,ac diis ſecundo; muris aggregetur animal pabulo natum.* Habes in poſtremis hiſce rationem. Nempe pabulum ſpectant belluæ, & ſic cuncta referunt ad corpus. Edunt, bibunt dormiunt, id eſt, ea tantum faciunt, quæ pertinent ad corpus. Homo vero non cenſetur corpore, quippe quod non proprium ipſius eſt, ſed commune cum belluis. Et igitur præcedit apud Senecam: *voluptas bonum pecoris eſt.*

(c) *Vitæ angelorum*) Ratio, quia ſeſe habent modo contrario, & ad corpus referunt plane nihil,omnia ad animam. Videlicet verſantur in contemplationibus rerum divinarum,meditationibus,orationibus,& ſimilibus. At hæc opera ſunt animæ ſolius, & ad ſolam referuntur animam. Porro anima ſimilis eſt angelis, & mens humana. Unde ipſi angeli aliquando mentes appellantur.

(d) *Vita media*) Ratio eſt evidens, quoniam & corpori quædam tribuit,& animo. Illi neceſſaria ad victum amictumque, quæ proinde comparare atque conſervare ſtudet. Huic

folk/ſom liwer med dygd/ ok mandom/ ok med hoffâmio i maat ok dryk/ ok ſymni ok i waku/ ok i ordom/ ok i gârningom/ ok i klâdom/ ok i allom manna athâfwom.

III. Nu ſkal kunungär thet wita ok hœra/ at han är ey alenaſt man/ utan är ok mera än man/ ok minna än Gud i theſſe wârld: ok ty/ at han är man til ſin naturlik ſkipilſe/ ty ſkal han liwa med dygd ok mandom. Ok ty at han är mera än man/ af ty/ at han hafwâr mera wald af Gudi/ än andre mân hafwa/ af ty ſkal han Gudi mera tiena ok liwa gudlikare ok manlikare/

tur virtutem, animique magnitudinem, modumque convenientem in cibo & potu, ſomno & vigiliis, verbis & factis, veſtitu denique ac converſatione cætera cum aliis.

III. Cæterum Regi ſciendum conſiderandumque, ſe non modo eſſe hominem, ſed &(e) plus quam hominem, ſoloque Deo inferiorem in his terris: atque quum ſit homo ſecundum naturam ſuam, ſibi (f) ex præſcripto virtutis humanitatiſque vivendum eſſe. Quum vero etiam plus ſit quam homo, quandoquidem poteſtatem ampliorem a Deo conſecutus eſt, quam homines cæteri, ſibi (g) plus ſerviendum & obediendum eſſe Deo

ân

Huic virtutis cultum atque honeſtatis, quam obſervat omnibus in negociis, iis quoque, quæ agenda ſuſcipit propter corpus.

(e) *Plus quam hominem*) Reſpectu potentiæ, collatæ cum potentia vulgari hominum, ut ſe ipſe mox exponit Noſter in ſequentibus. Sed numnon & hæc potentia humana eſt? Eſt, quia datur per homines, & ab homine in homines exercetur: non eſt, quia datur non per ſolos homines, ſed per Deum, a quo Reges. Ipſa Divina Sapientia Prov. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam.* & Paulus ad Rom. 13. *Nulla poteſtas niſi a Deo.* Atq; hoc poſterius videtur eſſe, quod attendit Noſter. Conſiderat nimirum regem non tam ut hominem, quam vicarium & miniſtrum Dei, in quo Deus ipſe imaginem exprimere ſuam, majeſtatiſque ſuæ characterem exhibere aliis hominibus voluit. Quomodo Sineſio Rex eſt εἰκὼν θεοῦ τῶν πάντα σώζοντος. Tacitus eodem ſenſu, III. An. c. 36. *Principes inſtar Deorum ſunt.* Et Sarisberien. lib. VI. Polit. c. 25. *Principem conſtat eſſe in terris quandam imaginem Deitatis.* Adde Diotogenem & Sthenidam de Regno.

(f) *Ex præſcripto virtutis humanitatiſque*) id eſt, ex præſcripto humanæ naturæ, quæ non ſuadet modo, verum imperat exigitque virtutem atque honeſtatem ab hominibus, quando homines non ſunt homines, niſi per virtutem, quæ in eis abſolvit perficitque id, per quod ſunt homines, quando perficit rationem, ſine quâ homines non intelliguntur.

(g) *Plus ſerviendum Deo*) a quo hoc conſecutus eſt, ut ſit plus, quam homo. Quod cum ſit maximum, minus eſſe non poterit, quod hoc nomine Deo debebit. Agapetus ad

ån huar annan man. Ok ty at han är Gudz ſyſloman/ i theſſo wärld ſatter til at döma/ok plaga/ok pina ilgerninges män/ ok näſſa thöm för thera brut/ok ſkal åra/ok frida/ ok främia goda män/ the ſum liwa med dygd ok mandom/ok ſemio. Ok ſkal han ſielfwer liwa med digra redduga/ok göma ſik i allom ſinom athåuom för Gudz owinſkap/ ok hans hämd/um han gör nokot thet

Deo, (h) magiſque pie (i) humanæque naturæ convenienter vivendum, quam vulgo ſolent cæteri. Etenim (k) miniſter Dei eſt conſtitutus in his terris, ad coercendos, pœniſque ac ſupplíciis afficiendos ſceleratos, coercendoſque propter delicta ſua; contraque ad honoribus ornandos, tuendos, promovendoſque eos, qui virtutem, humanitatem & concordiam in vita ſectantur. (l)

Gudi

Sed & ipſe vivere magna debet ſollicitudine, cavereque ſibi omnibus

tus ad Juſtinianum: *Quanto majoribus dignus habitus es, tribuente Deo, muneribus, tanto majus ipſi nomen es. Ergo redde benefactori debitum gratitudinis. Gratitudinem autem exigit a nobis, non quæ verborum blandorum prolatione, ſed quæ rerum piarum oblatione peragitur.*

(h) *Magiſque pie*) Itaque pietatem quidem Noſter exigit ab omnibus, ſed majorem a Rege. Rationem addit, quoniam Deo propius eſt conjunctus ſociatuſque per munus ſuum, & beneficium a Deo acceptum, haud ſecus atque Regius miniſter, legatuſve magis exhibere decus dignitatemque Regiam in negociis ſuis debet, quam vulgo aliquis alius. Itaque & Iſocrates ad Demonicum: *Imprimis Deos immortales religioſe colito.* Dion Pruſenſis ubi regia præcepta tradit, ſic ad Reges: *Deos colant, & venerentur.* Et Diotogenes Pythagoricus inter tria Regis propria officia ponit unum, *Deos colere.* Additque: *Cultus Divinus omnino regiæ dignitatis eſt. Quippe decet ut optimum ab optimo, ſummum a ſummo colatur.* Quod ſi paganis ita viſum, an Chriſtiani hac in parte deteriores eſſe poterimus?

(i) *Humanæque naturæ convenienter*) Nam qui plus eſt, quam homo, eum minus vivere, quam hominem, vel quod idem eſt, pejus, turpius, flagitioſius vivere utique abſurdum foret. Debet enim ſe ſuperiorem exhibere potius, quam inferiorem. Iſocrates ad Nicoclem: *Operam dare te decet, ut quantum alios dignitate ſuperas, tantum etiam virtute illis antecellas.*

(k) *Miniſter Dei eſt*) Ita S. Paulus ad Romanos c. 13. Salom. Sap. 6. ad reges etiam impios: *Quum eſſetis miniſtri regni ejus* [Dei] *non recte judicaſtis.* Convenientiſſime Noſtro verſus antiquus apud. Gnomologum: *Princeps bonus, quid, quam procurator Dei eſt?*

(l) *Sed & ipſe*) Non, ait, ſufficit, ut ſuos tantum arceat a vitiis, & ducat ad virtutes. Ipſe quoque colere has debet. Scilicet fuere, qui putarent Regi admodum neceſſarias non eſſe: Cives quidem oportere vivere honeſte, Regem poſſe, imo debere aliquando deflectere pauliſper a via honeſtatis, publici commodi gratia. Hoc Noſter negat, addirque cauſſam, quia ſic ad iram, eamque gravem & conjunctam cum ultione Deus ſtimuletur.

Gudi ár a mote / ok Gud; winom/ ok hans tieniſto mannu. Ok hóre ty thet kununge til/at wita ok förſtanda theſſe triggiahanda liwärne / ok flya thet ogudlikt ok omanlikt ár / ok fylgia thy ſum gudlikt ok manlikt ár / i allom dygdelikom lifnade ſwa ſum wäl ſöme kunungliko walde / ok ánkte göra/ thet han wiſte Gudi a mote wara. Ok ty ſagde ok kände then wiſe meſtaren Ariſtoteles ſinom herra Alexandro kununge / at han ſkulde ſik göma i allom ſinom athäwom / at han ſkulde ánkte thet göra han wiſte Gudi a mote wara. Ty at ſwa ár ſkriwat: Huar ſum Gudi ár lydoger / hanom lyder alt thet hanom ſkal wara til lydno: Huar ſom

mnibus in cœptis ſuis(m) ab inimicitia Divina ultioneque, ſi quid agat Deo adverſum, (n) amiciſve Dei ac miniſtris. Hocque officium eſt Regis, ut ſciat & intelligat triplex illud vivendi genus, & fugiat impium inhumanumque; ſequatur vero pium ac humanum, per virtutes omnes, cum in vita cætera, tum in munere Regis, neque agat quidquam, quod adverſum Deo eſſe ſentiat. (o) Iccirco Ariſtoteles Philoſophus ajebat, docebatque dominum ſuum, Regem Alexandrum cavere ſibi cunctis in negotiis, ne quid, quod adverſum Deo ſciret, committeret. Ita namque ſcriptum eſt: (p) Quiſquis Deo eſt obediens, eidem eſt obe-

(m) *Ab inimicitia Divina*) cum ob cauſſas eas, quæ jubent omnes homines vitare iram Divinam, tum ob cauſſas alias, peculiariter ſpectantes principem, imprimis vero cœptorum & conſiliorum ſucceſſus, qui haberi alia re nulla poſſunt, niſi indulgentia Divina. Solus unicuſque Deus eſt, qui tribuit fortunam. Nec hic quidquam poſſunt conſilia humana, circumſpectiones, calliditates, argutiæ. Quod eo liquet, quoniam ne quidem optime ac perfectiſſime habentia ſe hæc omnia non eveniunt peſſima, cum ſic viſum Deo. Job. c. 5. *Apprehendit Deus ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat.* Jam quid debeat ſperari boni, ab irato Deo?

(n) *Amiciſve Dei ac miniſtris*) Sacerdotes innuit, quorum & auctoritati conſulit his verbis Noſter, & ſecuritati, neſcio annon & potentiæ, quam pro temporum illorum ratione vindicabant ſibi non exiguam etiam in civilibus per hoc regnum, ut ex hiſtoriis eſt notum. Liquet autem plurimum huic ordini faviſſe, ut jam ante monui.

(o) *Iccirco Ariſtoteles*) Ubi hoc ſit ſcriptum Ariſtoteli, quæro adhuc, nec inveniq. In iis quæ habentur hodie, non memini me legere. Et puto, alibi laudatum inveniſſe Noſtrum, fortaſſis ex epiſtola ipſius aliqua. Bureus in fine indicis libello huic ſubjungi, teſtatur legere ſe in vetuſto libro Svetico, cujus initium Enoc heet mader / aliqua his ſimilia, ſed omiſſo Ariſtotelis vocabulo.

(p) *Quiſquis Deo eſt obediens*) Obſerva ſummum imperii arcanum, ſine ullo arcano. Eludant licet id, qui prudentiæ humanæ cuncta cenſent tribuenda. Tamen res exemplis eſt comperta plurimis, quæ produnt ſacræ litteræ. Moſes ideo, Deuter. 17. ubi Regem inſtituit: *Leget volumen legis Divinæ omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Dominum Deum ſuum. Neque declinet in partem dextram vel ſiniſtram, ut longo tempore regnet ipſe & filius ejus ſuper Iſrael.* At contra Deus ipſe de Saule 1. Reg. 15. per Prophetam: *Pro eo, quod abieciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus, ne ſis Rex.* Et profecto quid tueri poſſit

ſom ár Gudi olydr / hanom warder alt olydet / thet hanom ſkulde til lydno wara. Ty at thet ár retter Gudz domber / ok naturlik ſkipilſe / at hwilkin kununggár álla höfdinge / álla annor walsman / ey akta Gud ok ſannind ſina / ok ſina ſiel i ſinom domom ok athäwom / han ſkils gárnt med blygd ok ſorg / ok ille ándalikt wid ſin wald ok wärilzlika áro. Nu áro thetta thön ord ther Ariſtoteles kände ſinom herra / mikla Alexandr kununge. Wiſe män the af Gudi ſielwom lárde

obediens, quicquid obediens eſſe par eſt: quiſquis vero inobediens eſt Deo, eidem contra eſt inobediens, quicquid obediens eſſe debet. Hoc enim juſtum Dei eſt judicium, ac Naturæ, ut quicunq; Rex, aut Princeps, aut magiſtratus (q) contemnit Deum (r) & conſcientiam (ſ) & animam ſuam in judiciis coeptiſque ſuis, is (t) cum dedecore (u) ac anxietate finiat, potentiam dignitatemque ſuam. Hæc ſunt, quæ Ariſtoteles dominum ſuum Alexandrum Magnum, Regem docuit. (x) Viri ſapientes a Deo

ſit Regem, qui per inobedientiam contemptumque Deum habet iratum? quid contra repugnare illi, qui eundem per obſequium erecti ſimpliciſque animi propitium ſibi habet atque amicum?

(q) *Contemnit Deum*) ut athei, vel qui credunt Deum eſſe otioſum, ſaltem non curare res humanas, certe non ſingulas cujuſque, quorum nimis magna hodie frequentia. Nec diſſimiles multum, qui in caſibus omnibus ſuam advocant prudentiam, eamque judiciis divinis ſatagunt opponere, vimque eludere ultionis cœleſtis.

(r) *Et conſcientiam*) ut ad quævis, etiam immaniſſima ſcelera prompti & audaces. Quanquam ea nunquam ſatis efficaciter contemni queat, quum qui Deum ipſum contempſerunt, ipſam tamen effugere ad poſtremum non valuerint, ſed quamvis inviti, & cum terrore judicia ejus coacti ſint auſcultare, quod exemplis Tiberii, Neronis, atque aliorum manifeſtum eſt. Cicero pro Sexto Roſcio: *Nolite, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impie ſceleràteque commiſerunt, putare agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus: ſua quemque fraus & ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat amentiaque afficit, ſuæ malæ cogitationes conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque Furiæ.*

(ſ) *Et animam ſuam*) ut qui, quo illa poſt hanc vitam vadat, nihil penſi habeant, quippe quum an manſura ſit ſuperſtes, dubitent, ac fortaſſe ne credant quidem, nunquam certe cogitent.

(t) *Cum dedecore*) Hoc malum ipſis evenit reſpectu aliorum. Intelligit autem infamiam ex flagitiis ſceleribuſque, aliquando & ex conditione ſubito mutata, quando fortunis omnibus expelluntur tales, ſicut olim accidit Dionyſio in Sicilia, & ſuperioribus temporibus in Svecia Chriſtierno.

(u) *Ac anxietate*) Hoc ipſis malum accidit reſpectu ſui. Nam innuit hic conſcientiam ſcelerum, qua cruciantur. Tacitus VI. An. c. 6. *Si tyrannorum mentes recludantur, poſſint aſpici laniatus & ictus, quando ut corpora vulneribus, ita ſævitia, libidine, malis conſultis animus dilaceretur.*

(x) *Viri ſapientes a Deo ipſo eruditi*) Quos hic intelligat, incertum eſt. Puto autem

lärde waro / hawa sagt: Thet är heder kununglikо walde / först / at lyda Gudelikom rät / ok skipa sin lag ok stadga äpta Gudlikom ok gamblom lagum / ok huargin mote thöm göra / ok ey lata sik wara Gudlikan i ordom ok a sinom munne / ther han är ey swa i hug ok athäwom sinom. Ty at almo-

Deo ipso eruditi sic locuti sunt: Regiæ potestati decorum est, primum (y) obedire legi Divinæ, suasque leges statutaque secundum sanctiones Divinas (z) veteresque componere, nec adversus eas quidquam committere, nec pietatem (a) verbis solum atque ore præ se ferre, ac diversum esse animo fa-

ctis-

ge

autem magis ista colligi a Nostro ex ipsorum dictis, quam dicta ipsa afferri, ac proinde desumi partim ex Salomone, partim ex Syracide, quædam quoque in Psalmis & Prophetis reperiri.

(y) *Obedire legi Divinæ*) non modo sicut tradita est in Scripturis, sed & per rationem rectam humano generi commendata, quæ vulgo *lex Naturæ* solet dici. Nam & hanc Divinam intelligi par est, quia non est Natura, nisi a Deo. Et ideo ad eam leges cæteræ componi debent, certe illi non adversæ esse.

(z) *Veteresque*) Hoc a nostro addi puto peculiari respectu ad libidinem emendandi mutandique vetera, quæ forte invaluerat temporibus ipsius. Nec profecto citra caussam. Optime Augustus apud Dionem lib. LII: *Positas semel leges constanter servate, nec ullam earum immutate; nam quæ in suo statu eadem manent, etsi deteriora sint, tamen utiliora reipubl. eis, quæ per innovationem vel meliora inducuntur.* Scilicet vis legum ab auctoritate, auctoritas a ratione, qua censentur scriptæ. Censetur porro rationem habere, quod est diuturnum, durabile, longo tempore observatum ab hominibus, cum quod rationi sit adversum, persuaderi posse minime videatur. Ergo qui leges crebro mutant nullam in iis ostendunt fuisse rationem. Qua opinione semel orta nihil est facilius, quam ut omnibus accidat legibus, quod accidit aliquibus, neque novæ in majori sint auctoritate. Adde, puod in vetustate ipsa sit venerabilis religio, qualis nulla est in novitate: quod exemplum ipsum noceat, quando qui evertit leges priores, suas eo ipso everti posse testatur.

(a) *Verbis solum*) Quod volebat annis superioribus Machiavellus. Nam ut vere pius sit, putabat fieri non posse, quoniam non pauca contra pietatem agere debeat, qui ubique velit sua reipublicæve commoda curare atque custodire. Pietatem tamen censuit oportere simulare, quia vidit, cunctis hominibus inesse a natura metum Numinis Divini, eoque adigi ad facienda illa, quæ sint honesta, & omittenda contraria. Itaq; qui metum illum exuat ex animo, non credi facturum, nisi quæ sint turpia & scelerata, maxime si nulla vi superiore possit coërceri. Quare interesse Principis, saltem ad opinionem bonam de se civium, ut pius esse videatur. *Nam*, ut ait Aristoteles 5. Polit. c. 11. *metuent minus, ne quid injusti accipiant a tali, si religiosum esse, Deosque curare existimabunt.* Sed & vidit, eam omnium de Deo esse sententiam, ut credant amare bonos, eos tueri atque defendere, ac quia sit potentiæ immensæ, nocere posse illi neminem, quem susceperit defendendum. Igitur & securitatis suæ caussa bonos piosq; sese Principes oportere simulare. Quando, ut idem inquit Aristoteles, *insidiantur cives minus* principi, quem religiosum esse credunt, *tanquam Deos habenti socios.* Sed non animadvertit Machiavellus, primum, si hæc possit simulatio pietatis efficere, multo magis effecturam esse pietatem veram;

ge kan ſkōt at finna/ at hans athā-
wom/huad han rādis Gud alzwal-
dande/ālla ey. Ok finna the/thet
han rādes Gud / ok ār honom lyd-
den/ok ārar han/ med ſinne makt/
tha taka alle mān rādas/ok i wird-
ning

ctiſque. Fit enim (b) ut confeſtim ſentiat multitudo (c) ex ipſius actionibus, utrum metuens ſit Numinis, nec ne. Quod ſi metuentem Numinis deprehendat, ac obedientem, omnique ſtudio colentem, (d) omnes vereri (e) atque colere

veram, ac proinde ſtabiliora multo fundamenta charitatis & ſecuritatis publicæ in ipſa eſſe ſita. Deinde charitate ac ſecuritate, per ſimulationem illam parta, nec dum omnia expediri. Nam ad res ex voto gerendas ante omnia opus eſſe cauſſa altiore ac potentiore, quam humana, quæ fortuna vulgo, rectius loquentibus providentia Divina, & favor Numinis vocatur. Porro cum ad Deum referatur pietas, nemo non intelligit, adeo per ejus ſimulationem non poſſe Deum coli, ut ad iram potius provocetur, veluti qui habeatur ludibrio. Ergo per eandem perdi eam cauſſam, quæ gubernat cauſſas reliquas, & contra quam illæ nihil valent, ſicque fruſtra ſpem in his reponi. Nam quod Machiavellus putat, non poſſe imperium gubernari, niſi per malas, & adverſas pietati artes, id ut de imperio tyrannico & malo verum ſit, de bono boniſque parto & poſſeſſo titulis eſt falſiſſimum, quod egregie ut omnia ὁ πάνυ Herm. Conringius in Notis ſuis docet ad prædicti Machiavelli Principem.

(b) *Ut confeſtim ſentiat multitudo*) Recte negat quidem Machiavellus, atque *homines* ait, *adeo ſimplices ſunt, adeo præſentibus neceſſitatibus obſequentes, ut ſi quis fallere velit ſtatim ſit habiturus, qui ſe decipi patiantur.* Verum ſine cauſſa negat. Nam primum multitudo non eſt omni deſtituta judicio, & quod ſinguli ſeorſum non intelligunt, intelligunt conjuncti. Unde Ariſtoteles III. Polit. c. 11. *Judicat multitudo melius, quam unus quicunque.* Deinde ut ſint multi ſimplices, non etiam ſunt omnes. Semper etiam in multitudine reperiuntur callidi, ac perſpicaces. Unde Plinius in Paneg. c. 62. *Nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.* Sed & ſimulationes ipſæ ſæpius repetitæ aperiuntur, ut vel multitudo intelligat, ſicut doli militares ſæpe uſurpati deſinunt eſſe doli, quoniam noſcuntur. Optime Conringius: *Etiam plebs ſæpius repetita ſcelera, quamvis fucata, tandem perſpicit.* Denique ne ſimulationes quidem iſtiuſmodi ſemper artem debitam poſſunt obſervare atque cuſtodire. Recte Seneca l. de Clem. c. 1. *Nemo poteſt perſonam diu ferre.* Et Cicero in de Offic. 1. *Icta cito in naturam ſuam recidunt; icta omnia tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum.* Claudo verbis prudentiſſimis Savedræ in fine Symb. 27. *Non eſt ſecura politica, quæ dolis ſeſe veſtit, nec firma ratio ſtatus, quæ technis nititur.*

(c) *Ex ipſius actionibus*) Si videlicet repugnent pietati veræ. Quo enim pacto videatur pius metuenſque Numinis Divini, qui committit, quæ præceptis ejus ſunt adverſa, qui per avaritiam, libidinem, crudelitatem cives exſpoliat, peſſundat? Nec in titulis & prætextibus ſpecioſis durabile velamentum eſt, quod exempla docent callidiſſimorum Principum, Tiberij, & aliorum. Sed & ex ipſis pietatis actionibus & exercitiis hoc intelligitur. Nempe nihil difficilius eſt ſimulationi, quam tenere modum. Dum metuit, ne deprehendatur, veritatemque imitari atque cuſtodire ſollicite ac curioſe nimis ſtudet etiam in minimis, ultra veritatem fere procurrit. Ita tandem evadit manifeſta, ſi non ſtatim, tamen tempore exiguo.

(d) *Omnes vereri*) tanquam eum, qui hoc cultu Numen habeat amicum ſibi, ac per amicitiam illam coepta ipſius promovens, obſtacula diſijciens avertenſque, cum præſertim

ning hawa ſin kunung ok höfdinga. An ſea the/ at kunungär älla höfdinge later ſik gudlikan ok retwiſan wara/ok är ey ſwa i hug ok athäwom ſinom/ ok finnas hans gärninga illa ok ugudlika (ty at thet ma ey lenge wara/ at almogen far ey wita athäwe hans.) ok then kunungr ſwa är / han är för

colere Regem Principemque ſuum. Sin regem principemque cernit ſimulare pietatem ac juſtitiam,animum vero actioneſque eſſe alias, factaque ejus ſentit eſſe prava & impia (nec enim poteſt fieri, (f) quin cito (g) actiones ejus multitudo cognoſcat) eum reputare & (h) coram Deo indignum,

ſertim ſit omniſcium,ut non poſſit dolis techniſve ullis humanis falli, & omnipotens, ut vi nulla vel potentia impediri,multo minus autem queat ſuperari. Diximus paſſim in Diſſertationibus noſtris ad Livium.

(e) *Atque colere*) tanquam eum, à quo, propter illum Numinis Divini cultum expectari nihil poſſit,niſi quod ſit ei congruum,id eſt,æquum ac honeſtum,atque ita multitudini vel utile, vel certe non damnoſum. Recte autem iſta pietati veræ Principis Noſter tribuit,quæ alii ejus ſimulationi. Vide III. Regum cap. 2. Ecphant. *Qui Dei virtutẽ æmulatur,& ei charus eſt,quem æmulatur,& civibus ſuis. Nullum enim Deo charum homines odio proſequuntur.*

(f) *Quin cito*) propter cauſſas, quas in præcedentibus adduxi. Nam rectiſſime obſervat Noſter, fruſtra eſſe,qui perpetuum ſe latituros ſperant.

(g) *Actiones ejus*) In Svetico eſt athäwa/ quod *mores* proprie,ac ſic actiones privatas & ſecretas Principum præcipue ſignificare videtur. Scilicet in ſecreto ſolutiores ſunt, ac iccirco verius ingenium indolemque produnt. Svet. de Tib. c. 42. *Secreti licentiam nactus, cuncta ſimul vitia, malè diu diſſimulata, tandem profudit.* Igitur nec aliunde rectius quam ex ſecretis privatiſque iſtiuſmodi actionibus cenſentur. Neque poſſunt eſſe in occulto. Quo namque ſunt ſecretiores,hoc curioſius in eas homines inquirunt, Primum,ipſo humani ingenii deſiderio naturali,explorandi cognoſcendique abdita & occulta. Deinde,quia credunt plerique magnum quiddam eſſe ſive in bonam, ſive in adverſam partem,quod tam anxie occulitur, & idcirco noviſſe id deſiderant concitati ſpe eximia,& multo magis metu, quando adverſis, quam ſecundis ſuſpicandis promptiores eſſe plerique conſueverunt. Ut non ſine cauſſa Seneca de Clem. 1. c. 8. *Principum facta dictaque rumor excipit.*& Pedo ad Liviam: *tua facta notamus. Nec vox miſſa poteſt Principis ore tegi.* & Plin. Paneg. 82. *Principum non modo domus,ſed cubicula ipſa,intimoſque receſſus recludu magna eorum fortuna,omniaque arcana noſcenda famæ proponit atque explicat.*

(h) *Coram Deo indignum*) hoc eſt,ipſo judicio divino, cum Deus regem nolit, niſi pium,& virtutibus eminentem ante cunctos, ſive loquentem ipſum,& hoc aſſerentem per naturam audias, ſive per os prophetarum & ſacrorum hominum. Natura certe illum demum jubet omnibus præeſſe,qui melior eſt omnibus. Hinc Ariſtoteles VIII. Eth. c. 10. *Rex non eſt,qui non ſit* αὐτάρκης, *& omnibus bonis excellat.* Et contra III. Polit. c. 12. *Cum familia tota,vel ex aliis unus aliquis virtute tantum præſtat, ut ejus virtus reliquorum virtuti omnium præſtet,tum juſtum,hanc familiam eſſe regiam, & omnium dominam, hunc que unum Regem.* At de ipſius Dei judicio habemus apud Samuelem I. quando Samuel ſic ad Saulem inobedientem Dei mandatis: *Scidit Dominus Regnum Iſrael a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Dicat aliquis,exiſtere tamen malos quoque reges,eoſque non minus a Deo dici, quam bonos. Sed eſt alia Dei permittentis, & alia probantis laudantiſque ratio. Permittit malos eſſe in pœnam populi reprobi,non laudat,non comprobat.

för Gudi owärdoger kunungr wara / ok af almoga fa han olydno ok säwirdning/ok hans germinga wanda ofrägda/ok hans wald ok heder skal minskas ok brot förwarda. Thet ma ok skot rönas i athäwom kunungs / huat han är witir/ålla owitur. Ty at huilken kunungr kännis med ordom ok gärningom sik wara Gudz undidana / med lydno ok Gudelikan rät / han är wärduger länge wald ok äro hawa: än huilkin kunungr ålla waldzman / Gudz rät försma ok fördriwer med sino walde ok lagom sinom

gnum, qui sit regia potestate præditus, & (i) inobedientia (k) contemptuque prosequi, facta quoque ejus notare infamia, potentiam dignitatemque minuere & pessundare. Etiam ex cœptis Regis intelligitur (l) an verus sit, nec ne. Rex enim, qui ex verbis factisque Deo intelligitur obediens per observationem legis Divinæ, dignus est, qui diu imperet honoreturque: qui vero Rex aut Princeps leges Divinas contemnit, repellitque suo imperio legibusve suis, ejus imperium dignitasque decrescet

probat. Deinde, nec hic agitur de judicio Divino, sed judicio humano de ejusmodi principibus. Multitudo, ait Noster, talem putat indignum, qui habeat imperium, non suo tantum judicio, sed & Divino: scilicet cum credat, sicut dixi, Deum exigere a Rege pietatem virtutemque, idque ideo præcipue, quod sit minister Dei, esse certe debeat, & idcirco imaginem referre ipsius, qui est ipsa probitas virtusque, nec personam sibi a Deo impositam negligere, hoc est improbus & flagitiosus esse, nisi cum dedecore illius, cujus est minister, valeat. Iccirco non sine causa colliguat indignum, qui hoc tam splendido munere ministerioque fungatur.

(i) *Inobedientia*) Hoc primum est, quod in civium animis gignit regis impietas. Et ratio manifesta: credunt quippe per impietatem istam suam amisisse gratiam, & sic opem ac custodiam Divinam. Sublato autem hoc metus atque reverentiæ fundamento, qui possit esse salvus? Adde, quod quæ imperet, suspecta sint & invisa, velut auctorem haberent illam impietatem, quam sectatur, & ad eam referrentur.

(k) *Contemtuque*) Hoc est alterum. Quanquam natura sua inobedientiam præcedat. Primum enim oritur contemptus ex eo? dein sequitur inobedientia. Porro contemptum oriri ex impietate manifestum est. Nam cum auctoritas sit ex pietate, quod superius ostensum est, necesse utique, ut amittat eam, quisquis negligit pietatem.

(l) *An verus sit*) Videntur eadem dici. Puto tamen aliud insinuare Nostrum. Nempe supra ostenderat, quale multitudinis sit judicium de rege impio, & Deum contemnente. At nunc judicii illius reddit causam. Videlicet interdum prave multitudo judicat. Ne ergo & hic putet aliquis judicium illius esse erroneum, ostendit subnixum esse ratione. Ratio vero illa est, quoniam rex impius non est verus rex. Causa, quia verus rex est is, qui regit. At rex impius regere non potest, obstante contemptu atque inobedientia. Est ergo rex non verus, sed exterius tantum, & nomine tenus. Hanc puto ejus esse sententiam, & ostendi velut circulum, quomodo nimirum ex manifestata regis impietate oriatur contemptus, ex contemptu inobedientia, ex inobedientia opinio quod sit rex non verus, ex ea major majorque contemptus ac inobedientia donec penitus destruatur.

nom / hans wald ok åra ſkal förſmas/ok ſköt förganga. Ok ſwa ſum han förſma Gud/ o. Gudz budord/ ok gudlikan rät : ſwa wardr ok han/ ok hans budord/ ok thet han umwarder / förſmat af undidana hans/ ok wardr at ängo wald ok åra hans.

IV. An witur kununger / han ſkal ſwa ſkipa ſin ord ok athäwe/ at han hawi ſannelika fullan godwilia / ok ey falſan / af undidanum ſinum. Ok thet far han giärna af thy / at han wär thöm för allan orät/ ok haldr thöm i frid ok frelſe/ ok giui almoga ängin ämpne til at tala illa um han / ålla hans athäwe : ty at Gud giuer opta ſit thol ther til / at almoge fördärwar ok ſätr af alle åro ok walde / kunung

ålla

ſcet penituſque intercidet. Ut enim contemnit Deum, præceptaque & jus Divinum, ita ipſe etiam, ejuſque præcepta & placita contemnuntur ab ipſius civibus, potentia denique illius atque dignitas deſtruitur.

IV. Rex porro verus ſic in verbis factiſque ſuis ſeſe debet exhibere,ut cives eum vera (m) non ficta ſimulataque benevolentia complectantur. Id quod conſequitur facile (n) ſi eos ab injuria omni tueatur, inque pace ac tranquillitate cuſtodiat,nec occaſiones (o) præbeat multitudini male de ipſo ipſiuſve actionibus loquendi: Deus quippe ſæpiuſcule permittit multitudini peſſundare,ac a gradu omni honoris ac potentiæ dejicere

Regem

(m) *Non ficta*) Nam & hoc non raro ſolet fieri, maxime cum nihil eſt in Principe, quod benevolentiam mereatur veram. Simulant igitur benevolentiam, quia ſciunt eam Principem a ſe exigere,quia ex illius ſimulatione ſperant commodum & fructum. At revera benevoli non ſunt, quia nil inveniunt in Principe, quod benevolentiam veram mereatur. Vera enim benevolentia non poteſt eſſe,niſi ob veras principis virtutes,ob verum ejus erga cives amorem. *Neque enim*, ait Plinius in Paneg. c. 85. *ut alia ſubjectis,ita amor imperatur,neque eſt ullus affectus tam erectus & liber, & dominationis impatiens,nec qui magis vices exigat. Poteſt fortaſſe Princeps inique, poteſt tamen odio eſſe nonnullis, etiam ſi ipſe non oderit,amari,niſi ipſe amet,non poteſt.* Et Cicero in Lælio: *Nihil eſt amabilius virtute,nihil quod magis alliciat homines ad diligendum.* Item Plutarchus in Polit. *Omnium amorum cum validiſſimus eſt,tum divinißimus,quem civitates & populi erga unum aliquem ob virtutem ejus concipiunt.* Sed cur tandem Principi cavendum, ne ametur ſimulate? quia nihil eſt,quod eum perdat citius. Nam cum in amore civium,ceu fundamento, requieſcat ſalus ejus ac ſecuritas, liquet utique quam lubrico fallacique poſitus ſit loco, qui amatur ficte tantum atque ſimulate. Adde,quod amor faciat fiduciam, nemo autem decipietur facilius, quam qui ne timet quidem, ne decipiatur. Satisberienſis recte: *Nulla occultiores ſunt inſidiæ,quam quæ latent in ſimulatione officii,aut aliquo neceſſitudinis nomine. Tu obſequium putas,amicitiam ſuſpicaris, metiris officium, inſidiæ ſunt.* Hinc Plinius prædicto loco optime: *Pejor odio amoris ſimulatio.*

(n) *Sieos abinjuria*) Habes artes, quibus Princeps veram ſibi comparare poſſit civium benevolentiam. Una reſpicit cives,altera ipſum Principem. Reſpectu civium requiritur

ålla höfdinga ſin/ firi hans onda liſnad ok odygdelika gärninga. Ok ty år Kununglig åra ok tarf/ at hawa fullan ok ſannan kärlek af ondidanom ſinom.

V. Thet år ok bade tarf ok åra/ at hawa trona ok witra/ok hemeliſka radgiwa/ok ey manga/ thöm hä ma hämeliſka opinbara/ ok fulkumliſka i lius lata alt ſit hiertа och hemelik ting. Ty at ſua år ſkriuat: Radgiwi ſe tik ey en i tuſand/ then

Regem Principemve ſuum propter vitam ejus fœdam, atque facta turpia. Idcirco decorum neceſſariumque Regi, ut plena veraque charitate a civib9 ſuis colatur.

V. Decorum quoque atque neceſſarium, ut (p) fidos, (q) prudentes & (r) ſilentij tenaces habeat conſiliarios, (ſ) eoſque paucos, quibus ſecreto aperire, aperteque ſignificare queat cordis ſui intimas cogitationes. Ita namque

quiritur primum, ut juſtitiam & erga ipſos, & inter ipſos ſervet; deinde ut vim omnem præſertim externam ab eis arceat. Reſpectu ipſius, ut vivat laudabiliter, id eſt, colat virtutes atque honeſtatem. De juſtitia teſtis quoq; Seneca de Clem. c. 19. *Quis*, ait, *ab hoc non ſi poſſit, fortunam quoque avertere velit, ſub quo juſtitia, pax, ſecuritas floret, ſub quo opulenta civitas copia bonorum omnium abundat?* De injuriæ remotione Theopompus qui interrogatus quo pacto regnum maxime ſtabiliri poſſet, reſpondit, *ſi reges civibus nullam injuriam afferri permittent.*

(o) *Permittit multitudini*) Recte *permittit.* Habet nempe vis illa ſæpe plurimum ex iniquo, licet adverſus malum principem adhibita, quod proinde tantum permittit Deus. Sinit, inquam, ex ſui animi ſententia furere multitudinem; Principi vero auctoritatem, & id genus alia præſidia demit, quibus alias in ſecuritatem ſuam ornare, inſtruere, ac munire ſolet bonos Principes.

(p) *Fidos*) Nunc agit de Conſiliariis, & virtutibus ac officiis eorum, Prima virtus quam in iis requirit, fides eſt. Et profecto ſine hac, cæteræ omnes ſunt fruſtraneæ. Quid enim commodi ſalubrive ſvadeat perfidia, etiamſi poſſit?

(q) *Prudentes*) Secunda conſiliariorum virtus. Neq; poteſt ambigi, cum conſiliorum omnium bonorum mater ſit prudentia. Cæterum prudentia hæc non communis ſolum eſt, & pertinens ad quamlibet Rempublicam, ſed ſpecialis quoq; ad eam, in qua dandum aliquod conſilium, promanans non ex ſuperficiaria illius notitia, verum intima & penitiſſima, cum ſingulari temporis, perſonarum, rerumq; præſentium obſervatione conjuncta.

(r) *Silentii tenaces*) Tertia hæc virtus eſt. Ratio aperta, quia conſilia non ſunt conſilia, ſi de ipſis nemini non conſtat. Erunt namq; qui eludent, & conſiliis conſilia evertent. Itaq; Valer. Maxim. lib. 11. eleganter *taciturnitatem* vocat *optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum.* Obſervarunt Perſæ, de quibus Ammianus lib. XXI. *Apud Perſas nemo conſiliorum eſt conſcius, præter optimates taciturnos ac fidos, apud quos ſilentii quoq; colitur numen.*

(ſ) *Eoſq; paucos*) non quidem, quorum audiat ſententiam, ſed quibus ipſe animum ſuum manifeſtet, ſicut mox oſtendit. Nam ſi contra fiat, metus eſt, ne prodatur, quando inter multos ſilentium ægerrime poteſt cuſtodiri. Sed nec concordia eadem inter multos, quæ inter paucos. Quare hi quidem pauci ſunto. Veget. 111. lib. *Fieri quid debe-*

then tu ſkalt opinbara alt tit hierta.

que ſcriptum eſt: Conſiliarius ſit tibi unicus de mille, cui aperias ſecreta cordis tui.

VI. Ån vm rikeſens ärande ok ſkipilſe/ ok vm thön mal ther warda land ok almoga/ ta är å thes bätur at flere witre mån ſen i rade kununx: Ty at ther är god rad at finna rad/ ther mange witre mån

VI. (t) At de negotiis regni ac imperii, rebuſque ad regionem multitudinemque pertinentibus melius eſt, ut plures (u) viri prudentes ſint in conſilio Regis. Facile namque bonum inveniri poteſt conſilium, ubi plures viri prudentes

debeat, cum multis tracta, quid facturus ſis, cum pauciſſimis. Ad eundem modum & Mauritius noſter, Vegetium ſecutus, uti arbitror, lib. VIII. Cap. 2. Sed an aperire ulli ſenſa ſui animi ſecretaq; debet Princeps? Negant viri magni. Nec nos repugnamus, ſi vel ita prudens Princeps ſit, ut ipſe ad eligenda optima ſufficiat, vel ita pravus, ut aperire ſecreta ſui animi non audeat. In cæteris non video, quid obſtet, quo minus aperire queat, imo debeat, cum præſertim doceant exempla maximorum Principum. Curtius profecto Alexandrum hoc feciſſe ait. Sic enim de Hephæſtione Lib. III. C. 12. *Is longe omnium amicorum chariſſimus erat regi, cum ipſo pariter educatus, ſecretorum omnium arbiter.* Eadem fuit conſvetudo Theodoſii. Unde Pacatus noſter C. 15. *Quos tu poſtea, qualesq; legiſti, quibus conſiliorum tuorum arcana committeres?*

(t) *At de negociis regni*) Non hoc ſic intelligendum, quaſi pauci illi aliis in rebus potius ſint adhibendi, quam negociis regni. Adhibentur vel præcipue. Nempe duplicia fere regni ſunt negocia, quædam directe ſpectantia ad regimen, quædam indirecte. Illa exempli cauſſa, quando agitur de cultura regionum, de adminiſtratione juſtitiæ, de conſervatione civium, & ſimilia. Iſta, quando agitur de hoſtibus æmuliſve, de ſuſcipiendo bello, de minuendis adverſariorum viribus, de ſubvertendis invidis, aliiſve hujus generis. In priori genere utiliſſimum, audire multos, quia neq; vitia diſci alias, nec remedia inveniri poterunt, ſicuti oportet. In poſteriori pauciores ſufficient. Quanquam ex his ipſis paucioribus non niſi pauciſſimis ſecreta ſui animi, ac deſtinationes aperiet, quod ſupra Noſter admonebat. Aliud quippe deliberare, aliud de deliberatis certi quid ſtatuere. Hoc pauciſſimorum eſt cum Principe, vel Principis unius, illud plurium. Prudenter enim Comminæus lib. II. *Optimum eſt, ut Princeps multorum audiat ſententias. Sæpe enim accidit, ut prudentes etiam viri labantur, & errent in dicendis ſententiis, quando vel gratia, vel odio, vel æmulatione quadam impulſi, diverſum ab aliis dicunt. Deinde non ſemper ſumus eodem animi vigore: nam quæ fiunt a prandio conſultationes, inter decreta referri non debent. Quod ſi quis putet eos, qui aberrant, non eſſe principum adhibendos conſiliis, ille meminerit, nemnem eſſe omnium hominum, qui non fallatur aliquando, atq; ex affectibus aliquid agat. Ideoq; in magno deliberantium numero hoc boni eſt, quod aliqui ſemper exiſtunt, qui quod ab aliis peccatum eſt, emendent atq; ſanent.*

(u) *Viri prudentes peritiq;*) Hæc eſt ratio, cur plures adhiberi debeant. Nam in plurib⁹ experientia major, indeq; major etiam prudentia. Non poſſunt pauci ſcire, quid ubiq; locorum per regnum univerſum fiat, quæ ubiq; ſit imperii conditio, quid peccetur, quid deſideretur a ſingulis. Ergo rectius convocantur ſinguli, quorum quiſq; adferat a ſe obſervata, quiſq; ſua ſignificet remedia.

bene-

mån ok rönte vm wåla ok at ſpyrias. Ok ty ſtanda thön land wål ok thy ſtädi / ther hawa manga witra ok rönta rad giärda mån / ok görs ánkte vtan thera rad ok ſpurdaga. Ty at ſwa år ſkriuat: Hwar ſum åru mang rad ok opta / ther år mykil ſnille; Ok ther ſum engin radr ålla ſtyrer / ther forwarder almogen.

VII. Nu mån kunung ſkal flya alt thet odygdelikt år / ok liwa i allom ſinom athåwom dygdelika / ſwaſum år ſagt; Ty ſkal han wita hwad dygd álla odygd år / at han ma wita hwad han ſkal fylgia álla flyia.

VIII. Nu år dygd ok odygd hwarin andre anmote / ſwaſum het ok kalt / hwit ok ſwart. Ty at / ſwaſum ſágia wiſe máſtara: DYGD år fagr

dentes peritique deliberant, & ſententiam ſuam rogantur. (x) Beneque comparatum eſt cum eis regionibus civitatibuſque, in quibus multi ſunt viri prudentes, periti & ad conſilium dandum idonei, neque quidquam abſque conſilio eorum peragitur. (y) Ita enim ſcriptum eſt: Ubi multum & frequens eſt conſilium, ibi magna ſapientia; ubi vero nemo ſvadet regitve, ibi multitudo interit.

VII. Iam cum regẽ fugere, quod eſt turpe, vivere vero ſecundũ virtutem cunctis in negotiis ſuis aporteat, ſicut dictum eſt; propterea ſciendum ei, quid virtus vitiumve ſit, ut quid ſequendum fugiendumve ſibi ſit, intelligat.

VIII. Virtus autem vitiumq́; ſibi mutuo ſunt adverſa, ſicut calidum & frigidum, album & nigrũ. Nam, ut ajunt ſapientes: (z) virtus pulchra hominis eſt diſpoſitio

(x) *Beneq́ comparatum eſt*) Cum reſpectu conſilii, quod fere utile hoc modo invenitur: tum reſpectu famæ ac exiſtimationis publicæ, quæ amplificatur ſi appareat eſſe multos prudentia inſtructos, aptoſq́; dandis idoneis conſiliis; tum demiq́; reſpectu ſecuritatis, quæ ſervatur non modo per ſagacem explorationem conſiliorum apud inimicos, ſed & eorundem tempeſtivam præventionem eluſionemq́;, imo cautam cordatamq́; occupationem. Nemo enim temere illum audet aggredi, cujus proviſione metuit conatus ſuos everſum iri.

(y) *Ita enim ſcriptum eſt*) Reſpicit ad locum Salomõnis, qui eſt c. 2. Prov. *Ubi non eſt gubernator, populus corruet, ſalus autem, ubi multa conſilia.* Sed hic Salomon *ſalutem* multam memorat ex multis conſiliis, non *ſapientiam*; ut pæne dubitem, an vox ſnille recte ſeſe habeat in Svetico.

(z) *Virtus pulchra*) Quis ex ſapientibus ſeu Philoſophis ſic definiverit, nec dum habeo compertum. Abeſt proxime definitio Auguſtini, quæ ſic habet: *Virtus eſt bona, qualitas mentis, qua recte vivitur.*

fagr ſkipelſe / ok god ſtyrilſe manſens til hans hug ok wilia huru han ma radlika liwa. Engin ma illa liwa ther dygd hafwår. Ty Gud ſielfwer han giwer ok fulkoma dygd mannenom/ ok främber hona i hans ſkiälum ok athåwom med ſinom nadom. Och ther amot år Odygd il ok oren/ ok thet/ ther omanlikt ok ogudlikt år i manſens hug ok athåwom. Ok ther til ſtyrer mannenom wårilzlik fikt ok fägrind/ ok likamens luſte/ ok owinſins rad ok luckan med alle hans makt.

tio gubernatioque bona in intellectu voluntateq;, ut queat recte vivere. (a) Nemo male poteſt vivere, qui virtute præditus eſt. (b) Ipſe namque Deus tribuit perficitque virtutem in homine, eamque juvat ſua gratia in ratione ipſius actionibuſque. Ex adverſo vitium pravum eſt ac fœdum, quicquid deniq; in animo actionibuſq; hominis eſt inhumanum & pietati adverſum. Ad quod invitant hominem (c) ſtudium cupidoq; rerum terrenarum, & deſiderium voluptatum corporis, & conſilium inimicorum, omni conatu iſtuc invitantium.

Nu

IX. vir-

(a) *Nemo male poteſt vivere*) Quia virtus ſemel comparata non ejicitur facilius, atq; habitus alii, uſu exercitioq; comparati. Tamen cum perfectio humana quantacunq; etiam, ſit imperfecta, fieri non modo ſoler, verum etiam propemodum neceſſe eſt, ut qui virtutem habent, errent aliqvando ac labantur. Id quod teſtantur exceptione omni majora Moyſis, Davidis, atq; ſimilium exempla. Suntq; plane paradoxa, imo falſa illa Stoicorum dogmata, ſapientem omnia recte facere, peccare non poſſe. Neq; Noſter aliquid hujuſmodi aſſeruit, quando dixit, *male vivere non poteſt*. Nempe ipſi aliud errare, labi; & rurſum aliud, male vivere. Quoniam is demum male vivit, qui vitam ſuam ad malitiam componit, qui in vita turpitudinem & flagitia probat, ſectatur, & cum voluptate exercet, quod non poteſt is, qui eſt præditus virtute.

(b) *Ipſe namq; Deus*) Ita pridem docuit Homerus in Iliade. ut Plato in Menone, poſtquam quæſiviſſet, an natura virtus ſit in homine? ſubdit, *divina ſorte virtutem adeſſe, quibus adſit*. Auguſtinus: *Virtus eſt bona qualitas, quam Deus ſolus in homine operatur*. Aliquanto copioſius & evidentius Proſper. *Virtutum ſemina, quæ beneficio Creatoris inſerta ſunt, prævaricatione primi parentis everſa ſunt, nec haberi queunt, niſi eo reſtituente, qui dedit*.

(c) *Studium rerum terrenarum*) Nota cauſſas, quibus homines ad vitia compelluntur. Sunt eæ duplices, aliæ intra hominem, aliæ extra eum. Intra eum primo, ſtudium rerum terrenarum, id eſt, fragilium & caducarum, ut opum, gloriæ, potentiæ, ac ſimilium. Deinde ſtudium voluptatum corporearum, id eſt, rerum, quibus corpus maxime afficitur, ut libidinum, ingurgitationum, & id genus. De utroq; etiam Varinus: *Vitium ex vehementi ad carnem & mundum affectione oritur*. Extra hominem eſt conſilium inimicorum, id eſt, ſvaſio & adhortatio eorum, qui mala nobis cupiunt. Revera enim inimici ſunt, qui ad vitia nos ſtimulant, licet ſæpe nos decipiant, ſpecie habituq; amicorum. Nam cum vitia nos perdant, qui poteſt eſſe fidus amicus, qui ad ea nos invitat, quæ coujuncta ſunt cum noſtro damno? Veri proprium eſt amici, ſvadere,

IX. Nu åru dygde mange ok mangſkina: Trea åru the ther ſigias wara gudlika dygde/ ok åru iui al manſens ſkiäl: Thet är Hopp/ Troo/ ok Kärleker. Thet är iui manſens ſkiäl/ at han hoppas/ tro/ ok älſkar/ thet han aldrig ſa/ ok thet han gitr ey gripit med ſinom ſkiälum ok vndiſtandilſum. Ok theſſe trea Dygde hawa ſik a manſens wägna til Gud ok andelik ting.

X. Nu åru andre tolf dygde/ the ſik hawa til manſens ſidi ok athäwe/ ok the åru ſumma i manſens ſkälum/ ſwaſum witerleker/ thän ma höta Förеakt/ ok ſumma åru i manſens hug ok wilia/ ſwaſum är Rätwiſa/ ok andra thyſika dygde. Än andra alla åru i manſens ſidom ok athäwom / ok hans naturlikom ſkipilſom. Nu af

IX. Virtutis porro plurimæ ſunt ſpecies: (d) Tres namque dicuntur divinæ, omnemque hominis excedentes rationem, ſpes, fides, atque charitas. Excedit rationem hominis, ut ſperet, credat, diligatque quod nunquam vidit, quodque ratione intellectuque ſuo nunquam potuit concipere. Atque hæ virtutes tres in homine referuntur ad Deum & res ſpirituales.

X. Sunt & aliæ duodecim, quæ (e) referuntur ad mores actionesque hominis, earumq; aliquæ ſunt in intellectu ejus, ut providendi facultas, quæ vocari poteſt prudentia. Aliquæ (f) in ejus voluntate, ut juſtitia, & id genus aliæ virtutes. Cæteræ omnes ſunt in moribus hominis actionibuſq; ac diſpoſitionibus naturalibus. Verum

dere, quæ ſunt ſalutaria & bona. Quanquam iſta inimicitia nunc ſit directa, cum homines revera inimici per arcanam artem iſtam, quod flagitia nobis ſvadent, quærunt nos ſubvertere. Quomodo ſæpe ipſos Principes invitant ad vitia, qui occupatis per ea ipſis ſibi quærunt vias & occaſiones ad dominationem. Exemplum eſt eximium in Seiano, *Tiberium vitam procul Roma amœnis locis degendam impellente*, apud Tacitum IV. An. 41. Nunc vero indirecta, cum amore flagitiorum nos adducunt, ut habeant ſibi ſimiles, & ſic numero peccantium vel veniam ſibi, vel ſecuritatem faciant. Qui tametſi per inimicitiam ſubvertere nos proprie non quærunt, ſubvertunt tamen, quando vitia poſt ſe exitium haud ſecus trahunt, atque corpus umbram.

(d) *Tres namq; dicuntur divinæ*) Non quod Dei ſint, ſed quod a Deo veniant, ſingulari gratia illuſtrante animum humanum, unde vulgo & *infuſæ* nuncupantur. Neq; aliter intelligendum, quod excedere rationem hominis addit, Hoc enim vult, ſuperiores eſſe majoreſque, quam ut ſola ratio humana poſſit dictitare, ut mox indicatur.

(e) *Referuntur ad mores*) non ſolum perficiendo, quod faciunt eæ, quæ morales ideo a pleriſque nominantur, ſed & præſcribendo modum atque temperamentum, quod facit prudentia, quæ alias non moralis virtus eſt, ſed intellectualis.

(f) *In ejus voluntate, ut juſtitia*) Poſſis hinc colligere, auctorem noſtrum diſciplinam Thomæ ſectatum; hujus enim peculiaris ea fuit ſententia, juſtitiæ ſubjectum proprium eſſe voluntatem. Et hoc ſine laudabat Ariſtotelem, juſtitiam per actum

af allom thom ár ey ſigiande nu at ſinne / utan af thom dygdom enkanlika ſkulu kunung ok höfdinga hawa ok álſka. Hwi ſkulu the állas wara herra ok iwirmán almogans / utan the liwa dygdelikare ok gudelikare án andre mán af almoganum.

rum de his omnibus cum cura ut nunc diſſeramus, neceſſe non eſt, ſed de illis ſolum virtutibus, quæ requiruntur in Regibus Principibuſq;, ipſiſq; cordi eſſe debent. Quo enim pacto poſſint eſſe Domini cæterorum, & ſuperiores multitudinis, niſi virtutem pietatemque colant plus, quam alii ex multitudine?

XI. Nu ma nakor ſpiria / hwad ár DYGD? Ther ſwara wiſe máſtara ſwa til ok ſágia: Dygd ár god / och fagr ſkipilſe i manſens hug / ok wilia / ok hans athárwe / hwilka led mannen ma wál ok redlika liwa.

XI. Quærat aliquis hoc loco, quid ſit virtus? Ad quod viri ſapientes ſic reſpondent: Virtus pulchra hominis eſt diſpoſitio gubernatioq; bona in intellectu, voluntateq;, actionibuſq;, per quam homo recte honeſteq; poteſt vivere.

XII. Ok af allom dygdom ta áru fira the ſum áru howuddygde / ok hwa ſom ey hawer thom / ſwaſinn wiſe máſtara ſágia / ta hawer han ánga dygd fulkumlika: Ty at hwarn thera hawer nokot ſamband med andra / ſwa at ángin thera ma utan andra wara.

XII. Sunt autem ex virtutibus omnibus (g) quatuor principales, quas qui non habet, eum ſapientes ajunt nullam virtutem perfecte habere. (h) Aliæ enim ita ſunt connexæ aliis, ut neutra eſſe poſſit abſq; altera.

Thón Pri-

voluntatis deſcribentem lib. v. Eth. cap. 1. Sed ibi Ariſtoteles voluntatem non opponit appetitui, verum juſtitiam contra voluntatem negat poſſe exerceri, ſicut pridem docti monuere.

(g) *Quatuor principales*) Sic Ambroſius vocavit lib. 1. de Off. c. 24. Euſtratius ad initium lib. VI. Eth. dixit γενικὰς, id eſt, *generales*. Vetuſtiſſimis ſunt *partes virtutis*. Eos ſequitur non uno loco Tullius, præſertim lib. II. Rhetor. unde Victorinus ibi: *Virtutem dividit in partes quatuor, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, temperantiam.* Recentiores *cardinales* nuncupant. Sarisberienſis IV. de Nug. c. ult. *Hæ ſunt quatuor virtutes, quas Philoſophi cardinales appellant, eo quod a primo fonte honeſtatis quaſi primi rivuli emanare credantur.*

(h) *Al æ enim ita ſunt connexæ aliis*) Hinc lemma vetus, præſcriptum capiti vigeſimo ſeptimo libri primi officiorum Ambroſii: *Quod virtutes quatuor ita perplexæ ſint, ut ab invicem ſeparari nequeant.* Eadem & Stoicorum fuit ſententia. Habere ideo virtutes omnes, qui unam habeat, quiq; agat ſecundum unam, agere ſecundum omnes ajebant.

XIII. Thön förſta howuddygd är Forhuxan/ ok hete hon Prudentia a Latino. Och är thet thön dygd ſom kan ſkuda ok ſkilia hwat ſum är got ällr ilt. Ok ty hwa teſſa dygd hawer/ han gör enkte vtan forhuxan/ wägr alt thet görande är älla latande/ med ſinom ſkiälom hwat thet är betra giort älla latit.

XIV. Annar howuddygd är huxens ſtarkleker/ ok ſix then huger wara ſtarker/ ſom hardr är bögia/ok ey är ſkyntr til at blötas/ älla minſkas/ vtan med ſullum ſkiälum. Ok är thera handa huxens ſtarkleker thön dygd/ ther hard ok genwärdlik ting ma med ſkiälum tula. Ok ſägia ſwa wiſe mäſtara/ at ſtarkleker huxens är then dygd ther ſkuda ok tul wada ok genwärdo/ ok ma tula lankt arwode vtan allan rädduga.

XV. Tridia howuddygd är hofſämi i hug ok athäwom manſens/ ok thön dygd hetr Temperantia a Latino. Ok thön dygden är en ſtyril-

XIII. Prima virtus principalis eſt prudentia, ſic a Latinis nuncupata. Eſtque ea virtus, quæ diſpicere diſcernereq; poteſt bonum a malo. Quare illa qui eſt præditus, is nihil agit abſq; providentia, omniaque quæ agenda omittendave ſunt, ſedulo expendit cum ſuis rationibus, utrum melius, ſi fiant, an ſi omittantur.

XIV. Secunda virtus principalis animi eſt fortitudo, diciturq; fortis ille animus, qui non facile flectitur, nec cito emollitur, vel minuitur, niſi per ſufficientes rationes. Eſtq; (i) animi fortitudo virtus iſtiuſmodi, qua res aſperæ ac adverſæ (k) cum ratione feruntur. Sapientes quippe ajunt fortitudinem animi eam eſſe virtutem, quæ ſpectare ferreq; audeat noxia & adverſa, ſuſtinereque labores diuturnos, abſq; tergiverſatione.

XV. Tertia virtus principalis eſt moderatio in cupiditatibus actionibuſq; hominis, a Latinis temperantia vocata. Hæc virtus ani-

bant. Vide Manud. Lipſii lib. III. Diſ. 4. Quod ut verum ſit de perfectis plane atque abſolutis, quales ſolas Stoici virtutum titulo cenſebant dignas, ſapientique tribuebant ſuo, ſic de iis falſum, quæ ſic vulgo populariterque appellantur.

(i) *Animi eſt fortitudo*) ſive mavis *magnitudo*, nam ab aliis *magnanimitas* vocatur. Quin & *animi conſtantia* poteſt appellari, ut ex Cicerone liquet.

(k) *Cum ratione feruntur*) Sic & in ſequentibus paſſivam magis facit, quam activam, credo, quod hic ejus pars ſit difficilior, minuſque occurrat. Atque ita plane Alcuinus in Dial. de arte Rhet: *Fortitudo eſt magnanima periculorum & laborum perpeſſio.*

ſtyrilſe i manſens ſkiálum / ther han ſtyrer i luſta weruldlika tinga/ til thes hanom ár tarfligaſt i hans naturlik vphálde. Álla ma ſwa ſigias: Hoffámi ár thón dygd/ ther forbiudr ok aterbrytr i mannenom allan huxens ok likamens girugan ok oquemelikan luſta. The dygd hawa the ther Hoffámi hawa i mat ok drik / i ſympn ok i waku/ j gládi/ ok kládom.

XVI. Fierde howuddygd ár Rátwiſan. Ok ſwaſom ſágia wiſe máſtara: Rátwiſan ár thón dygd ther gómer ok ſaman haldr manna ſamhelde/ ok hwar ſum hon ár. Falſkheet ár ángin ráttr/álla támnadr manna mellin/ utan ther ár háldra aldrahanda oráttr. Rátwiſan ár thón dygd/ ther ſtadug ár i manſens wilia / til at lata hwariom thet hans ár.

XVII Ok ta hawer man ſamlika alla teſſa dygdana / ta han haldr

animum hominis gubernat, quem temperat in voluptatibus terrenis, ad deſiderandum illud ſolum, quod ipſi ad naturæ ſuæ conſervationem eſt neceſſarium. Poſſumus & ſic exponere: Temperantia virtus eſt, quæ prohibet coercetque in homine omnes animi corporiſq; cupiditates, irrationabiliaq, deſideria. Hac præditi ſunt virtute, qui moderati ſunt in cibo & potu, in ſomno & vigiliis, in voluptatibus, in veſtimentis.

XVI. Quarta virtus principalis eſt Juſtitia, de qua ſapientes ita: Juſtitia eſt virtus, (l) quæ cuſtodit & conjungit ſocietatem hominum inter ſe, ac (m) ubicunq; fuerit. (n) Dolus non eſt jus æquitasve inter homines, ſed potius multiplex injuria. Juſtitia virtus eſt, (o) qua homo vult conſtanter tribuere unicuiq;, quod ſuum eſt.

XVII. Tum autem quilibet virtutes iſtas habet cunctas, cum ſervat

(l) *Quæ cuſtodit*) Duo in juſtitia obſervant, primum quod ſocietates faciat, alterum, quod conſervet ac cuſtodiat. Nam nec initur ſocietas cum eo, a quo metuitur injuria, & ſi fuerit inita, non ſervatur. Ariſtoteles III. Pol. 8. *Juſtitiam virtutem eſſe dicimus ad ſocietatem aptam, quam neceſſe ſit conſequi alias omnes.* Diotogenes: *Juſtitia eſt communio continens, & in unum colligens.*

(m) *Ubicunq; fuerit*) Poſt iſta verba ſine dubio exciderunt aliqua. Nam illud ok in Svetico habet nihil, ad quod referatur. Itaq; hic lacuna erit facienda.

(n) *Dolus non eſt*) loquitur de tali dolo, qui ſub ſpecie juſtitiæ ſe occulit. De quo multa Cicero in de officiis III. poſtremo ſic concludit: *Quocirca aſtutiæ tollendæ ſunt, eaq; malitia, quæ vult illa quidem videri ſe eſſe prudentiam, ſed abeſt ab ea, diſtatq; plurimum.*

(o) *Qua homo vult conſtanter*) Hæc definitio juſtiniani. Vide ipſum ab initio Inſtitutionum, & interpretes in univerſum omnes, qui diverſimode nituntur explicare.

Secun-

halder ok göme ſtarklika thöm äpte thera rättom ſkipilſom. Ty at til hwars dugr Forhuxan / um hon är ey ſtadog? älla hwat dugr Retwiſan um hon är ey hoffam? Ty at thet är rät Rätwiſa/ther ſtyris med howe. Swaſom ſigr en wis man: At thet är rät Rätwiſa/ hielpa arniom mannom til rad ok til ſannind. Ok witir Forhuxan är/ warna ſik för förrädilſom ok allom wada. Styrkleker huxens är i thy / än mannin umbär tulmodlika alla genwärdo. Än hoffämi är i thy / at mannen forſtyrer ſik af ondre giri ok odygdelikom luſta. Ty at alt thet dygdelika görs / thet ſkal göras med witre forhuxan/ retwiſlika/ ſtadlika/ ok hoffamlika.

XVIII. Af theſſom fiurum howuddygdom ſkriwar en wis man Seneca

vat cuſtoditq; diligenter, (p) ſecundum rectam ſuam indolem & naturam. Quid enim conducit prudentia, ſi conſtantia ſit deſtituta? quidve conducit juſtitia, ſi careat moderatione? Ut enim vera ſit juſtitia, moderatione regenda eſt. Sicut ait ſapiens nonnemo: Ea vera eſt juſtitia, ut indigentes juvemus (q) conſilio ac veritate. Eſt autem officium veræ prudentiæ, proſpicere ſibi contra proditiones, noxaſq; omnes. Magnanimitatis vero, ferre patienter quasvis adverſitates. Continentiæ, abſtinere ſe a pravis cupiditatibus, & inhoneſtis voluptatibus. Quicquid enim fit honeſte, fieri prudenter, juſte, fortiter, & moderate debet.

XVIII. De his quatuor virtutibus principalibus ſcribit (r) ſapiens

(p) *Secundum rectam ſuam indolem & naturam*) Quam oſtendit Noſter ſupra eam eſſe, ut ſit una juncta alteri ſociataq;, nec a ſeſe mutuo divellantur. Et huc ſpectant, quæ adferuntur in ſequentibus, nec debent aliter intelligi.

(q) *Conſilio ac veritate*) In Svetico eſt *ad conſilium & veritatem*, quo innuitur, juſtitiam hoc exigere, ut ægenti ſuccurramus conſilio, ut ſi veritatem invenire nequeat, eam, ſi poſſimus, prodere ne gravemur, ſicut fit in teſtimoniis, in quorum defectu ſæpè miſeri ac innocentes cadunt cauſſa ſua.

(r) *Sapiens vir Seneca*) Ejus enim Noſter, cum nonnullis aliis putavit eſſe hoc opuſculum. Et juvabant tituli vulgares, qui Senecæ tribuebant. Eſt in bibliotheca mea codex membranaceus Epiſtolarum Senecæ, & aliorum nonnullorum ejus operum, in quo lego ſuperſcriptum huic libello: *Seneca de verborum copia.* Suſpicor autem natum ex eo, quod quis putabat, pertinere totum ad differendum pluribus de unaquavis virtute libellum iſtum, eſſeq; inſtar locorum communium Rhetoricorum. Quanquam a recentiori manu ſuperſcriptus ſit titulus magis vulgaris: *Seneca de quatuor virtutibus cardinalibus.* Sed fallunt iſti tituli, aut ſaltem non hoc volunt, quod putabant vulgo. Nec enim libelli hujus Seneca eſt auctor, ſed Martinus quidam, Epiſcopus, Dumienſiſq; cœnobii Abbas, quod jam pridem ex codicibus melioribus obſervavit Geſnerus. Nic. Faber in Præf. ad Senecam: *Liber de virtutibus, eſt Martini Bracarenſis Epiſcopi, qui Canones Orientalium*

neca, ok ſigr ſwa: The äru fira dygde ther mannen ſtyre til at liwa wiſlika / thet är Forhuxan / Starkleker / Hoſſämi ok Retwiſa. Ok hwar thöm göme / ta göra the han wälſidogan man.

XIX. Och ſigr han / om tu wilt witerlika med forhuxan liwa / ta ſtal tu thet wite / at tu liwer ta med rättum ſkiälum / om tu alt forhuxa / thet tig ma tilkoma / ok wird ey wirulzlik ting fram för dygdelikan liwat ok athäwe. Ty at the äru farande / ok komande / ok hwargen ſtadlik / om tu rättelika huxe op a thera naturlik ſkipilſe. Ty at mangt är / thet ſum tykkis wara got / ok är ey / ok mangt

piens vir Seneca, & ſic ait: (ſ) Quatuor ſunt virtutes principales, quibus homo ſeſe ad vitam ſapienter degendam gubernat, prudentia, magnanimitas, continentia, & juſtitia. Quique has obſervat hunc efficiunt virum bonum.

XIX. (t) Si, ait, deſideras veram ſequi prudentiam, tum demum ſcias recte vivere te per rationem, (u) ſi omnia prius perpenſes, quæ tibi obveniunt, nec res terrenas præferas vitæ cum honeſtate ac virtute conjunctæ. Sunt enim res tranſitoriæ adventitiæq;, nec conſtantes, ſi naturam earum probe conſideres. Multa namq; ſunt, quæ videntur eſſe bona, & non

entalium conciliorum in Hiſpaniam attulit, ſecundaq; Braccarenſi Synodo approbavit ſub Theodomiro Galleciæ rege, cui Miro ſucceſſit, ad quem ille liber. Eſt autem longe alius Martinus hic, & B. Martinus, cum B. Martinus fuerit Epiſcopus Turonicæ Eccleſiæ, vixeritq; circa annum Chriſti CCCLXX. at Martinus alter Epiſcopus Eccleſiæ Braccarenſis (vel, ut cenſet Lipſius, Dunienſis) vixeritq; circa annum DXL. quod iccirco noto, quoniam Bureus in Auctorum indice confudit iſtos duos errore minime ferendo. Quod verò liber vulgo Senecæ dicatur, neſcio annon venerit ab ipſo hoc Martino, qui ſic voluit teſtari, non ſuum eſſe partum, ſed deſumptum totum fere, quantum eſt, ex Senecæ operibus, ſi non verbis ipſis, ſaltem ſententiis. Certe in prædicto meo codice rurſum alia manu extat & inſcriptio hujuſmodi: *Ab Epiſtolis Senecæ ad Lucilium notabiliter extracta.*

(ſ) *Quatuor ſunt virtutes*) Hæc in meo codice non comparent. Et videntur Noſtri potius, quam Senecæ, vel Martini eſſe. Ideo mox ſequitur, och ſigr han / id eſt, *& ait*, otioſa repetitione, ſi res aliter ſe habet, quam nunc dixi.

(t) *Si, ait, deſideras*) Sunt hæc pleraq; ad verbum deſumpta ex dicto libello, multis tamen omiſſis, quos putabat Noſter inſtituto ſuo parum ſervire. Itaq; in expoſitione, quantum licuit, ipſas Martini locutiones retinuimus.

(u) *Si omnia prius perpenſes*) Id eſt, ante quam eveniant, cogites evenire poſſe, & cum evenerint, eſſe talia, quæ nequeant perpetuo durare, quia terrena ſunt ac externa, ſive bona ſint, ſive mala. Ita enim animus fiet firmus, nec faciet per imprudentiam quidquam, quod eſt indecorum. Seneca Ep. 91. *Nihil nobis improviſum eſſe debet. In omnia præmittendus eſt animus, cogitandumq;, non quicquid ſolet, ſed quicquid poteſt fieri. Quid enim eſt, quod non fortuna cum voluit, etiam floreniiſſimo detrahat? Cogitanda ergo ſunt omnia, & animus adverſus ea, quæ poſſunt evenire, firmandus.*

Non

mångt år got/ ſom ey ſynis got. Ok ty ſkal tu ey halda thet för mikid/ thet tu hawer af werulzliko ſarando godze/ utan nyttia thet tik til tarwa/ mån thet år i tino walde. Wil tu witerlika liwa/ ta ſkal tu tik å ſamuled halda/ hwad tik kan tilkoma/ glådi alla genwårdo/ ok ſkipa tit athåwe ſerlika åpte ty/ ſom aldr ok time kunno ſik ſkipa. Ty at thet hörö til witrom ok förehurande manne/ med ſkiålum wåga thet han ſkal göra ålla lata/ ok ey troa afbrat thet ſom fals ma wara.

XX. Timanda tingom ſkal man ſik ey vp a noket fåſta/ ok ånkte ther vm wiſt at döma. Ty at ey år alt thet ſant/ ther ſanno år liſkt/ ok ey år alt thet fals/ ſom ey tikkis genſtan wara trolikt. Ty at opta tikkis thet ſant wara ſum fals år/ ok thet fals ſum ſant år. Swaſom opta/ then ſom ſandr win år/ han tee oblit anlite/ ok han ſum år falſkr ok flikrar/ han tee blit ok glat anlite.

XXI. Wilt tu witr warda/ ta ſkalt

non ſunt, multa quòq; bona ſunt, quæ non videntur eſſe bona. (x) Non igitur magnum exiſtimes, quod habes ex bonis caducis & tranſitoriis, ſed pro te tanquam tuum diſpenſes, eoq;, quamdiu eſt in poteſtate tua, utaris. Si vis vivere prudenter, (y) idem ſemper eſſe debes, ſive tibi proſpera eveniant, ſive adverſa, & te accommodare, prout temporum ratio exigit. Prudentis enim proprium eſt, examinare cuncta ſibi agenda omitendave, nec facili credulitate ad falſa prolabi.

XX. (z) De dubiis non definiendum certi quid, nec firma ſtatuenda ſententia. Non enim omne verum, quod eſt vero ſimile, neque omne falſum, quod primum incredibile videtur. Crebro quippe mendacium ſpecie veritatis latet, crebro faciem mendacii veritas retinet. Sicut ſæpe amicus verus triſtem monſtrat frontem, & adulator oſtendit blandam.

XXI. Si prudens eſſe cupis, in

(x) *Non igitur magnum exiſtimes*) Ipſe Seneca Ep. 74. *Una via eſt ad tuta vadenti, & externa deſpicere, & honeſto contentum eſſe.*

(y) *Idem ſemper eſſe debes*) Docet rurſum Seneca Ep. 94. exemplo Socratis & Catonis. Agapetus ad Juſtin. *Æqualem oportet ſemper eſſe imperatoris animum, mutari enim pro rerum varietatibus mentis inſtabilis argumentum.*

(z) *De dubiis non definiendum*) Lactantius lib. III. cap. 4. *Recte Zeno & Stoici opinationem repudiavere. Opinari enim te ſcire, quod neſcias, non eſt ſapientis, ſed temerarii potius ac ſtulti.* Et Cicero Off. 1. *In prudentia hoc vitandum, ne incognita pro cognitis habeamus, hiſq; temere aſſentiamur.*

In futu-

ſkalt tu alt firi hugra/ ok lata alt firi hug tin/ thet til ma koma/ ſwa at ænkte ma tik bradlika tilkoma/ thet tu ey hawer forhugrat. Ty at hwar ſum witur ok forhugrande är/ han ſigr ey: Jak wänte ey at thetta matte tilkoma. Ok han twåkar ey um thet warda ma/ utan han bidar at thet kumbr/ at warna ſik terföre med thi han förma/ ok hwad ſom tilkombr/ ta hugra han hwi thet tilkom/ok huru thz ma ändas. Ty ſkal han ænkte thet bygia ok tiltaka/ ther ſkadlikt är/ok laſtlikt/ länge at halda

XXII. Witur man ok forhugrande han wil ey annan ſwijka/ ok han ma ey af androm ſwikin warda. Hugra ænkte thet ſom faſängt är/ ok göm at tin hugran ſeråt ok ſtadug/ ok ganga hwarkin af thy ſum ſant är. Ok tala ænkte thet/ ſum onyt är. Ok lowa warlika/ ok laſta warlikare. Ty at thet ma koma/at tu wil thet lowa/ tu

(a) in futurum proſpectum intende, & quæ poſſunt contingere, animo tuo propone, ſic ut nihil tibi ſubitum accidat, quod non totum ante proſpexeris. Nam qui prudens eſt, (b) non dicit: non putavi quidem hoc futurum eſſe. Neq; ſuſpicatur eventum, ſed expectat atque cavet, quantum poteſt. Quicquid evenit, ejus requirit cauſſam, & cogitat exitum. Itaque nil inſtituit orditurve, in quo perſeverare ſit noxium vel inhoneſtum.

XXII. Prudens alios (c) fallere non vult, (d) falli ab aliis non poteſt. Cogitationes inutiles non recipies, ſed cogitatio tua certa ſit & ſtabilis, nec recedat a vero. Sermo quoq; tuus non ſit inanis. (e) Lauda caute, vitupera cautius. Fieri namq; poteſt, ut laudare velis, quæ prius vitu-

peraſti

(a) *In futurum proſpectum intende*) Seneca Ep. 91. *Nihil nobis improviſum eſſe debet. In omnia præmittendus eſt animus, cogitandumq; non quicquid ſolet, ſed quicquid poteſt fieri.*

(b) *Non dicit non putavi*) Cicero lib. 1. Off. *Præcipere cogitatione futura, & aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit in utramq; partem, & quid agendum ſit, cum quid evenerit, nec committere, ut aliquando dicendum ſit, non putaram: hæc ſunt opera magni animi & excelſi, & prudentia conſilioq; fidentis.* Adde Tactica Mauricii noſtri lib. VIII. cap. 1. & quæ â nobis ibi annotantur. Item Senecam de Tranq. cap. 11. & de Jra. 11. cap. 31.

(c) *Fallere non vult*) Sextus adu. Math. *Sapiens nunquam fallit ac mentitur.* Eſt ex Paradoxis, ſicut cætera.

(d) *Falli ab aliis non poteſt*) Qui enim alias ſit ſapiens, & expectans omnia, quæ poſſunt evenire, ſicut ſupra dixit? Atq; ſic exponunt iſtic Senecæ ac Stoicorum dogma. Conſule Stobæi Eclogas Tom. 1. lib. 11. 4. 4.

(e) *Lauda caute*) Vetus eſt trochaicus inter Publii & Senecæ ſententias; *Neminem nec accuſaveris, nec laudaveris cito.*

Teſtimo-

tu hawer förra laſtat. Ty at ſwaſum annat tikkis wara flikert/ſwa tikkis annat wara illwili.

XXIII. Tu ſkalt ok bära witna ſannind/ ok ey winſkapi. Hyxa hwad tu lowa / ok fulkoma hwat tu lowat hawer. Äſt tu witir/ ta ſkipa tin tima tarflika. Skipa wäl ok witrlika thet ſom ta är / ok hyxa ok warna thet ſom warda ma/ ok mins thet ſom warit hawer. Ty at hwar ſom ey hyxa thet ſom warit hawer / han liwer med lifz wåda/ ok hwar ſö ey hyxa hwad warda ma / hanom kombr alt owarandis til. Ok hyxa thy at bade ilt ok got warda ma/ at tu mage tik göma för alt thet ilt är.

XXIV. Ta tu hawer ånkte fyſla/ ta hyxa ok idna i hug tinom thet got ok dygdelikt är. Ty at witur man ok dygdelikr/han är aldrei faſängr. Ta han hawer likamens

peraſti. Nam ſicut alterū ſimile eſt adulationi, ita alterum ſimile malignitati.

XXIII. (f) Teſtimonium veritati, non amicitiæ reddes. (g) Cum conſideratione promitte, quæ promiſeris, præſta. Si prudens es, (h) tempora tua ſapienter diſpēſa. Præſentia bene ordina, futura caute provide, præterita ſedulo recordare. Nam qui nil de præterito cogitat, in vitæ diſcrimine verſatur, & qui de futuro nil præmeditatur, in omnia incautus incidit. Proponas animo tuo futura bona & mala, ut tueri te adverſus mala cuncta valeas.

XXIV. Cum es otioſus, (i) ſapientiæ ſtudiis & cogitationibus bonis animum exerce tuum. Nam prudens & virtutis amans (k) nunquam ocio marceſcit. Cum corporis

(f) *Teſtimonium veritati non amicitiæ reddes*) Vult, in teſtimonio reſpiciendam veritatem, non amicitiam. Nempe contra ſæpe fit, dum putamus nil agendum, quod amico noceat.

(g) *Cum conſideratione promitte*) Rationem reddit Saresberienſis III. Polic. c. II. *Si enim promiſſionis implendæ facultas non ſuppetit, temerarium eſt promittere, quod præſtari non poteſt. Si vero poteſtas fuerit largiendi, niſi voluntas beneficii producat effectum, promiſſor non gratiam de promiſſo, ſed de mendacio contrahit maculam.*

(h) *Tempora tua ſapienter diſpenſa*) Tempus enim unicum eſt, quod & breviſſimum, & elapſum ſemel nulla arte revocatur. Vide Senec. ep. 1.

(i) *Sapientiæ ſtudiis*) Bene. Nam ut ait Seneca ep. 82. *Otium ſine litteris mors eſt, & vivi hominis ſepultura. Et ſi tempus in ſtudia conferas, quod ſubduxeris officiis, non deſerueris, nec munus detrectaveris*, dicit idem de Tranq. c. 3. Adde Ciceronem IX. ep. 2. Cæterum in Svetico hic eſt *idna*. Supra eſt *idka*, credo, quod utrumq; diceretur. Video namq; junctim poni c. 21. K. B. Sl. ſcribiq; *idkna*.

(k) *Nunquam ocio marceſcit*) Quia quanto animus cujuſque defecatior, purior, ſublimior, tanto promptior eſt, & agilior, & ignavæ quietis impatientior. Itaq; & Scipio

kamens roda/ lägger han ſin hug ok ſina akt til at huxa ok ſkipa/huru han ma wäl ok dygdelika ſkipa ſit lewerne ok athäfwe/ok huxa/huru han ſkal hwatwitna tiltaka.

XXV. Tu ſkalt ok ey akta/hwad manne thet är/ um han rätr tik tin hedr ok tina tarfwer.

XXVI. Tu ſkalt ok ey huxa/med huru mangom/ utan med hwem tu byndr tin hemelika winſkap.

XXVII. Far äpte thy tik är mögelikt ſa / ok nim/ thet tik är qwämelikt kunna.

XXVIII. Läg tik ey i the ting/ ſom

ris habet requiem, animo ſuo meditatur, quo pacto bene honeſteq; poſſit vivere, & (l) in partem utramq; ſeſe gerere.

XXV. (m) Non te moveat dicentis auctoritas, ſi ſvadeat honeſta tibi atque ſalutaria.

XXVI. (n) Nec quam multis, ſed quibus ſecretam ineas amicitiam, cogitare debes.

XXVII. Id quære, (o) quod invenire poſſis, idq; accipe, quod tibi commodum eſt ſcire.

XXVIII. Altiori te rei non imponas

pio de ſe dicere conſveverat: *nunquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus eſſet.* Quam Cicero *magnificam* ait eſſe *vocem, & magno vivo ac ſapiente dignam* lib. de Off. III. Vellejus de eodem lib. I. c. 13. *Neq; quisquam hoc Scipione elegantius inter valla negociorum otio diſpunxit: ſemper aut belli aut pacis ſerviit artibus: ſemper inter arma ac ſtudia verſatus aut corpus periculis, aut animum diſciplinis exercuit.*

(l) *In partem utramq;*) Sive accidant ſecunda, ſive accidant adverſa. Hæ namque partes duæ ſunt, quibus conſtat vita omnis, Sed nec alius major ſtudiorum fructus, qualia viris in republica olim verſaturis commendantur. Sic de Helvidio Tacitus IV. Hiſt. c. 5. *Ingenium illuſtre altioribus ſtudiis juvenis admodum dedit: non ut pleriq;, ut nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quo firmior adverſus fortuita, Rempublicam capeſſeret.*

(m) *Ne te moveat dicentis auctoritas*) Ut ſæpe fit in conſiliis, quæ eo videntur meliora, quo eſt major, qui ſvadet. At fit contra interdum, ut qui habebatur minimus, optimam adferat ſententiam. Bene Juſtinianus Imperator in de Concept. Digeſtorum: *Non ex multitudine auctorum judicandum, quod melius & æquius eſt: cum poſſit forſitan & deterioris ſententia & multas, & majores in aliqua parte ſuperare.* Cato:

Utile conſilium Dominus ne deſpice ſervi,
Nullius ſenſum, ſi prodeſt, tempſeris unquam.

(n) *Nec quam multis*) Sic, ut conſultum tibi putes, ſi commiſeris te paucis. Quid enim, ſi pauci illi homines ſint improbi, maleq; tibi cupientes? Tiberium profecto callidiſſimum Principem unicus Sejanus tantum non dejecit a faſtigio imperatorio, cui ſe nimium crediderat. Adde Syr. c. 8. f.

(o) *Quod invenire poſſis*) Conſilio cogitationeq;. Bene autem hoc monet. Nam *quidam nimis magnum ſtudium multamq; operam in res obſcuras atq; difficiles conferunt, easdemq; non neceſſarias*, ait Cicero Offic. I.

(p) *Accipe*) h. e. diſce. Noſter vertit, *nim*, minus commode.

(q) *Altiori te rei ne imponas*) Eccleſ. 7. *Quid neceſſe eſt homini, majora ſe quærere?* Igitur cum neceſſe non ſit, recte ne quæſieris quidem. Cato:

Quod potes, id tentes, operis ne pondere preſſus,
Succumbat labor, & fruſtra tentata relinquas.

Ac

ſom tik åro oſhög iui tina makt/ ok tik år ey radelikt med fara. Thön år tigiande/ ther wunnen år/ ålla atrgang fa i ſinom athåwom. Ta år ok beſt/ radelika fara ok tala.

XXIX. Ta mannenom wål gangr/ ta ſkal han ſik ſwa koma/ ſom han ſe i högom wada. Ty at thet år want at wita/ huru wåruldin kan ſik wid han ſkilia.

XXX. Um tu hawer mykin hug ok ſtadugan/ Ta ma tu liwa med mykle tröſt/ fri/ ok glaedr/ ok oräddr. Hawer tu mykin hug ſtadugan/ ta ſkalt tu aldrei akta/ hwa tik

ponas,& in qua verſari te(q) haud ſit conſultum. Tacendum ei, qui victus eſt, vel cœpta nequit expedire. Quare optimum moderate agere ac loqui.

XXIX. Cum homini alludit vitæ proſperitas, ita ſeſe,(r) velut in periculo ingenti conſtitutus, retineat.Scitu namq; difficile eſt quam facile (t) quem deſerant terrena.

XXX. Magnanimitas vero ſi inſit multa tuo animo, (u) cum magna fiducia vives, liber, alacer, intrepidus. Si magnanimus fueris, (x) nunquam judicabis tibi con-

Ac profecto turpe,id ſuſcipere agendum,quod perficere non poſſis; nam & imprudentiam arguit, & temeritatem,& imbecillitatem,quæ omnia cum dedecore ſunt conjuncta. Ut nil dicam de tempore, quod perit inutiliter, & ſumptu, qui cum fructu nullo impenditur, & impedimento, quod per hoc melioribus & peritioribus injicitur. Quanquam autem hoc eveniat interdum in iis, qui ad iſta compelluntur, ob benigniora aliorum de ipſis judicia, tamen nihil fœdius, quam cum inani gloriæ aut lucri ſtudio ultro hæc aliqui affectant, neq; offerunt ſe modo, verum ingerunt, ac ut Noſter ait, imponunt.

(r) *Haud ſit conſultum*) Propter periculum, quod ſibi habet adjunctum, ſive vitæ, ſive famæ atq; fortunarum.

(ſ) *Cum homini*) Novum hoc eſt dogma, non cohærens cum ſuperiori, ut cum eo connectendum haud fuerit in editione priori, a Buræo adornata.

(t) *Velut in periculo ingenti conſtitutus retineat*) Id eſt, cohibeat, coërceat ſe, ne ſublatus illa fortunæ indulgentia longius currat, quam officium rectaq; ratio permittunt. Deniq; id agit, quod qui conſtitutus eſt in adverſis, nihil fidat, nihil negligat vel contemnat, monito Terentiani ejus in Phormione: *Omnes, cum ſecundæ res ſunt maxime, tum maxime meditari ſecum oportet, quo pacto adverſam ærumnam ferant.* Seneca Ep. 79. *Hoc tene, hoc mode, adverſis non ſuccumbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquam quicquid poteſt facere, facturæ ſit.*

(u) *Quem deſerant terrena*) Ita ipſe auctor. Intelligit autem ea, quæ habentur indulgentia fortunæ atq; ſunt incerta & inconſtantia.

(x) *Cum magna fiducia vives*) Quoniam timebis nihil. Nempe timemus ea, quæ majora nobis, & validiora. Magnanimo vero nihil magnum.

(y) *Nunquam judicabis tibi contumeliam fieri*) Seneca de Ira. III. c. 5. *Ut tela a duro reſiliunt, & cum dolore cædentis ſolida feriuntur, ita nulla magnum animum injuria ad ſenſum ſui adducit.*

Vindi-

tik förſmailſe gör/ ok tu ma ſágia tinom owinom: Tu hawer mik ánkte ſkadt/ utan tu haſde wilia mik ſkada ok genwárdo göra. Ok ta tu ſee/ at tu hawer wald um tin owin/ ta ſkal tik tikkia/ at tu hawi ſulla hámd iwi han/ at tu matte hámnas um tu wilde. Ok wit/ at thet ár digr ok hedrlik hámd/ at tu förlatr owinom thera brut/ ta tu hawer wald ok ámne at hámnas ápte wilia tinom.

contumeliã fieri, inimicoque dices: non nocuiſti mihi, ſed animum nocendi habuiſti. Quod ſi inimicum in poteſtate tua videris, (y) vindictam putabis, vindicare potuiſſe. Scito enim, magnum & honeſtum genus vindictæ eſſe, inimicis ignoſcere delicta ſua, cum habes facultatem vindictæ ac pœnæ ſumendæ pro arbitratu tuo.

XXXI. Tu ſkalt ey gárna hóra taſtan ok amále um annan/ hwat han ár twin/ álla owin.

XXXI. Suſurros & ſermones de aliis clancularios (z) ne libenter auſcultes, (a) ſive amici ſint, ſive inimici.

XXXII. Ok haf ey ſtrid álla delo mote nakrõ med ſwik álla flárd: Ty at thet ár thera ſidr ok naturlik ſkipilſe/ ſum áro wanmáktuge.

XXXII. Cum nemine confligas dolo fraudeve: hæc enim decent eos natura ſua, (b) qui ſunt imbecilles.

XXXIII. Tu ſkalt ok warlika lággia

XXXIII. (c) Caute quoque te peri-

(y) *Vindictam putabis, vindicare potuiſſe*) Seneca de Clem. 1. Cap. 21. ubi loquitur de Principe: *Uti animoſe debet munere Deorum, dandi auferendiq; vitam potens. Hoc arbitrium adeptus, ultionem implevit, perfecitq;, quantum verè pœnæ ſatis erat.* Eodem reſpectu Publius in ſententiis:

Nocere poſſe, & nolle, laus ampliſſima eſt.

(z) *Ne libenter auſcultes*) Quia primum indies evadent plures, qui ſermones iſtiuſmodi inſtituent, ſi intelligent te iis delectari. Deinde fies ſuſpicax, & inquietus, multaſq; formabis ſpes metuſve, ubi nullæ ſperandi metuendive exiſtunt cauſæ. Poſtremo nullos habebis amicos, cum ſuſpicax amare poſſit neminem, nec viciſſim a quoquam amari.

(a) *Sive amici ſint, ſive inimici*) De quibus iſtiuſmodi ſermones ad te referuntur. Cum & inter amicos ſæpe odia gignant, & inter inimicos ſpem omnis concordiæ intercipiant.

(b) *Qui ſunt imbecilles*) Euripides in Bellerophonte, laudatus Stobæo ſerm. 8. *Dolos & obſcuras fraudes ad uſum minime virilem remedia mortales repererunt.* Saresberienſis IV. Polic. c. ult. *Dolus ex timiditatis imagine infirmitatis notam habet.*

(c) *Caute quoq; te periculis committas*) Committas te, cum ſic neceſſe eſt, ſed vt in iis verſeris cum cautione. Nam qui temerarius & improvidus eſt in periculis, facilime in exitium incidit. Cornelius Nepos in Pelopida: *Nimia fiducia magnæ calamitati ſolet eſſe.*

Repr-

läggia tik i nokrom wada/ok hwat witna redas. Ty at then är gerna ráddr/ sik wet brutlikan wara.

XXXIV. Wilt tu liwa med hofsámio/ ta skalt tu alt lata/ thet i wirmátes ár/ ok spák tin lusta/ ok fylg ey tinne giri. Ok hura med tik/hwat tu torf til naturlik uphálde tins lifz/ ok ey hwat ofgiri ok ondr luste kráwer. Ok ást tu hofsamr i liwerne ok athåwom tinom/ ta latr tu tik nögia/ án tu hafwer tina lifz tarwe. Ty at ha sik latr nögia at sinom tarwom/ han ár rikr/swasom han ware föddr med allom rikedome. Tu skalt ey fylgia alle tinne giri ok likamlikom lusta

periculis committas, & mediocriter timeas. Timidum namq; facit fere animum; (d) reprehensibilis vitæ conscientia.

XXXIV. Si vis continenter vivere, omnia superflua circumcide; & (e) in arctum desideria tua constringe, cupiditatesq; tuas vita. Considera tecum (f) quantum poscat natura ad sustentandam vitam, non quantum cupiditas & voluptas prava, exigat. Si fueris continens in vita tua, contentus eris (g) vitæ necessariis. Nam qui satis habet cum vitæ necessariis, (h) perinde dives est, ac si natus esset cum divitiis. Non obtemperare debes (i) desideriis tuis & corporis

(d) *Reprehensibilis vitæ conscientia*) Quippe quæ ostendit, quid vita istiusmodi mereatur, simulq; arguit, adesse, qui reposcat pœnam, eumq; nullis precibus minisve posse repelli. Democritus apud Stobæum ser. 96. *Omnes homines propter conscientiam male transactæ vitæ perpetuis perturbationibus & timoribus exagitantur.*

(e) *In arctum desideria tua constringe*) Hoc est, pauca desidera, sic enim paucis satisfacere desideriis illis poteris, & ita vives moderate. Seneca de Tranquillit. cap. 9. *Assvescamus a nobis removere pompam, & usus rerum, non ornamenta metiri. Discamus continentiam augere, luxuriam coercere, gulam temperare, paupertatem æquis oculis adspicere, frugalitatem colere, & desideriis naturalibus parvo parata remedia adhibere.*

(f) *Quantum poscat natura*) Quoniam hoc est pauciſſimum. Sen. Ep. 17. *Natura minimum petit.* Lucanus:

Discite, quam parvo liceat producere vitam,
- - - - Et quantum natura petat.

(g) *Vitæ necessariis*] Seneca Ep. 17. *Sapiens non ultra necessaria sollicitus aut anxius ventri & scapalis suum reddet, & occupationes divitum, concursationesq; ad divitias eunt ium securus lætusq; ridebit.*

(h) *Perinde dives est*) Nec enim divitiæ in opibus, sed animo possidentis. Bene Apulejus in Apol. 1. *Is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. Habebit enim quantum volet, qui volet minimum.* Et Socrates interrogatus, quomodo quis dives fieret, *si cupidinum,* inquit *inops.*

(i) *Desideriis tuis*) Illis non naturalibus; sunt enim & naturalia desideria, *quæ,* ut ait Seneca Ep. 21. *consolationem non recipiunt, quibus dandum est aliquid, ut desinant.* At vero *voluptas non naturalis est, non necessaria: huic nihil debes,* teste eodem.

Ede

ſta/ok läg alt thet af/ ther iwirmätes ár/ ok iwi naturalik tarf. Ät tik máttan/ ok ey fullan. Drick tik otyrſtan/ ok ey druknan. Tin föda ſe fangelik ok fögelik. Tu ſkalt ganga til tin mat/ ok ey til iwirmätes luſta. Hungr ſkal wäkia tina goma/ok ey mangahanda mat täſia. Släk tin luſta med höwiſkom tingom/ ok lat tik ther at nögia/ um tu gitr han ſläkt.

ris voluptatibus, ſed rejicere, quæcunq; modum, & neceſſitates naturales excedunt. (k) Ede ad ſatietatem, (l) citra cruditatem. Bibe ad ſatietatem, citra ebrietatem. Victus tibi ſit parabilis, (m) non raritate notabilis; nec ad voluptatem, ſed ad cibum accedes. Palatum tuum (n) fames excitet, [o] nõ ſapores diverſimodi. Deſideria tua parvo & parabili ſatia, teque redde contentum, ſi ſatiaveris.

XXXV. Halt tik ey för mera man án tu áſt. Ok hawer tu litit til/ ta haf thet ey orenlika; ok huru litit tu hawer/ lif ther af gladr ok

XXXV. (p) Non majorem te reputes, quam qui es. Et pauca ſi habes, (q) ne immunda habeas; ac quantumvis pauca habeas, cum iis jucun-

(k) *Ede ad ſatietatem*) Hoc enim eſt, quod ſolum unicumq; natura deſiderat. Seneca Ep. 21. *Eſurio, edendum eſt. Utrum hic panis ſit plebeius, an ſiligineus, ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult, ſed impleri. Sitio, utrum hæc aqua ſit ex lacu proximo excepta, an ea, quam multa nive cluſero, ut rigore reficeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc unum jubet, ſitim exſtingui.* Adde Ep. 4. & Conſol. ad Helviam cap. 9. Ergo recte & ipſe Ep. 8. *Cibus famem ſedet, potio ſitim extinguat.* Et Muſonius: *edendum, ut vivamus, non ut voluptuemur.*

(l) *Citra Cruditatem*) Quæ fere cum ex variis, tum ex nimiis cibis. Vide Senec. Ep. 89.

(m) *Non raritate notabilis*) Quod luxurioſis eſt in uſu. Seneca in Conſol. ad Helu. c. 9. *Undiq; convehunt omnia nota faſtidienti gulæ. Quod diſſolutus deliciis ſtomachus vix admittat, ab ultimo portatur Oceano. Vomunt ut edant; edunt ut vomant, & epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur.*

(n) *Fames excitet*) Quæ veteri dicto condimentum optimum. Senec. Ep. 119. *Fames mihi commendabit, quodcunq; comprehendero. Nihil contemnit eſuriens.* Item poſt: *Ambitioſa non eſt fames: contenta deſinere eſt: quo deſinat, non nimis curat. Infelicis luxuriæ iſta tormenta ſunt; quærit quemadmodum poſſt ſaturitatem quoq; eſuriat, quemadmodum non impleat ventrem, ſed farciat.*

(o) *Non ſapores diverſimodi*) Qui ſoli Stomachum faſtidientem poſſunt erigere.

(p) *Non majorem te*) Quoniam hoc & ſtulti eſt, & vaniſſime elati.

(q) *Ne immunda habeas*) Nempe *contra naturam eſt, faciles odiſſe munditias, & ſqualorem appetere, & cibis non tantum vilibus uti, ſed tetris & horridis*, ait Seneca Ep. 5. Igitur & Cicero Off. 1. *Adhibenda eſt munditia, non odioſa neq; exquiſita nimis, tantum qui fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam.* Bene *inhumanam* nominat hanc negligentiam, quia homini repugnat, quem natura condidit non ſordidum, ſed elegantem atq; mundum. Seneca iterum Ep. 92. *Munda veſtis electio appetenda eſt homini. Natura enim homo mundum & elegans animal eſt.*

Nec

ok oförgiande. Ok laſta ey thet tu hawer/ok halt ey förmykit thet annars år. Fly alt thet orenlikt år ok oqwämelikt/ ok tro/ at alt år tolande/ utan fyliſtia ok oren lifnadr. Halt tik af fulum ordom/ ty at thön göra man ledan ok oſidugan. Ok tala thet ſum höwiſt ok tarflikt år/ok nokro ſåte. Ok blanda ſtundom ſkämtan med alwore time/ ok tho ſögelika/ utan mans bliugd ok atlöge. Tu ſkalt flya oſmykin ok oſögelikan latr/ty at han gör

jucunde tranquilleque vivas. (r) Nec tua defleas, (ſ) nec aliena mireris. Turpia omnia fugito, (t) omniaque tolerabilia, præter turpitudinem crede. (u) A verbis quoque turpibus abſtineto, (x) quia homines fœdos atque impudentes faciunt. Sermones profer utiles, & honeſtos, & convenientes. (y) Miſce interdum ſeriis jocos, ſed temperatos, & ſine detrimento verecundiæ, aut cujuſquam irriſione. Nimias & (z) immodi-

(r) *Nec tua defleas*) Tanquam levia & exigua, ſicut vulgo tamen ſolet fieri: & hoc eo maxime, quod ſua nemo recte æſtimat. *Cupiditas felicitatem ſuam non intelligit, quia non unde venerit, reſpicit, ſed quo tendat.*

(ſ) *Nec aliena mireris*) Tanquam magna, multumq; ea ſuperantia, quæ a te poſſidentur. Quod ipſum quoq; frequentiſſimum. Queruli ſunt homines, omneſq; alios beatiores putant. *Aliena nobis, noſtra plus aliis placent*, ait Publius.

(t) *Omniaq; tolerabilia, præter turpitudinem*) Quoniam hæc ſola vere mala, vel ſaltem maxime mala. Cicero in Off. *Nullum eſt majus malum turpitudine, quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quanta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri.* Cum ergo turpitudo malum maximum, quicquid alias eſt malum, minus erit, ac iccirco eligendum potius, ac ſubeundum citius. Verſus vetus Publii:

Tolerabilius eſt mori jubere, quam male vivere.

Ambroſius III. Off. c. 5. *Vir ſapiens ſi periculum ſalutis cerneret, ſi declinaret flagitium: eligeret tamen magis ſalutis periculum, ut vacaret flagitio, quam flagitium, quo ſibi regnum pararet.*

(u) *A verbis quoq; turpibus*) Charondas apud Stobæum in Proemio legum: *Turpia nemo loquatur.* Cicero de Off. 1. *Nos naturam ſequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipſa oculorum auriumq; comprobatione, fugiamus.* Fabius VI. Or. 3. *Obſcœnitas non a verbis tantum abeſſe debet, ſed etiam a ſignificatione.*

(x) *Quia homines fœdos*) Muſonius apud Stobæum. *Fons & origo male vivendi, non refugere obſcœna & turpia loqui.* Plutarchus in de audiendis Poëtis: *Sermones de rebus inhoneſtis faciunt ad corrumpendos mores, efficiuntq; vitam effœminatam, & viros luxum, mollitiem, conſvetudinemq; mulierum amantes.* Nec obſcura cauſſa. Tranſit poſtremo in animum, quod auribus frequenter eſt hauſtum, ſed nec delectari poteſt ſermone obſcœno, cujus mens ab obſcœnitate omni aliena, cum plerumq; index mentis ſermo eſſe conſveverit.

(y) *Miſce interdum ſeriis jocos*) Ariſtoteles IV. Eth. c. 14. *Cum ſit in vita ſuus etiam requieti locus, atq; in hac temporis aliquid cum ludo & joco ponere liceat, hic quoq; videtur communicatio quædam ſermonis apta & concinna conſiſtere.* Cicero de Off. 1. *Sit igitur ſermo lenis, minimeq; pertinax, inſit in eo lepos.*

(z) *Immodicas geſticulationes*) Cic. Off. 1. *Et a forma removeatur omnis viro non digna ornatus, & huic ſimile vitium in geſtu motuq; caveatur. Nam & palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores,*

gör man otikkan/ ok i ſidom omanlikan.

XXXVI. Tin ſkämtan ok röſt ſe utan al oſögelik ord. Glädz hwarn tima tu äſt otäkker ondom mannom/ ok olydr thera athäwom; ok ä ta onde män laſta tik/ halt thet tik för digert lof. Köp änxins mans winſkap med thy/at tu flikre älla fagert late före hanom/ um tu hawer annat i tinom hug ok wilia. Fly alt thet laſtlikt är/ ok hör ey gerna annars mans laſte/ok ſpyr ey äpte thöm. Um tu näpſe älla ſnybbe nokrom för odygde hans/ ta gör thet med howe ok fullan kärlek. Ta nokor tala/

XXXVI. Sales tui ſint ſine dente. Lætus eſto, [a] quoties diſplices malis, & diſſimilis es moribus eorum; & malorum de te exiſtimationes malas, multam tui laudationem puta. Nullius [b] amicitiam per aſſentationem, diſſentientem a tuo animo mercare. Eſto vitiorum fugax ipſe, aliorum vero (c) neq; auſcultator pronus, neq; curioſus ſcrutator. Si quem propter vitia [d] reprehendes, moderate illud facies & cum charitate. [e] Dicentem tacitus audi. Re-

In

& hiſtrionum nonnulli geſtus ineptiis non vacant, & in utroq; genere quæ ſunt recta & ſimplicia, laudantur.

(a) *Quoties diſplices malis*) Quoniam ſic apparebit ea te facere, quæ ipſis ſunt ingrata, hoc eſt bona. Saresber. VIII. c. 14. *Refert plurimum, quis, cui, & unde placeas. Nec eſt ab eo laudari glorioſum, cujus familiaritas ignominiam redolet.* Cæterum in Svetico eſt olydr/ quod ſignificat *inobediens.* Licet autem expoſitionem admittat, mallem ego tamen ſcribere olijker/ propter textum latinum Martini. Neq; noſtrum aliter ſcripſiſſe cenſeo.

(b) *Amicitiam per aſſentationem*] Primum quia turpis omnis aſſentatio, & veritati inimica. Deinde quia ſervilis & indigna libero ac generoſo animo. Denique quia per aſſentationem parta amicitia, nec vera eſſe poteſt, nec durabilis, quia nullo ſolido eſt ſubnixa fundamento. Cicero de Amic. *Sic habendum eſt, nullam in amicitiis peſtem eſſe majorem, quam adulationem, blanditiam, aſſentationem. Quamvis enim multis nominibus eſt hoc vitium notandum, levium hominum atq; fallacium, ad voluntatem loquentium omnia.*

(c) *Neq; auſcultator pronus*) Thucyd. *Non decet calumnias neq; aliis narrare, neq; audiendo ſuſcipere.* Publius ajebat olim:

Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

[d] *Reprehendes moderate*] Ne tam per iram, quam rationem facere videaris. Cicero Off. 1. *Magna ex parte clementi caſtigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta, ut ſeveritas adhibeatur, & contumelia repellatur.*

[e] *Dicentem tacitus audi*] Quia niſi hoc feceris, ne audire quidem alterum poteris. Habent præterea interpellationes crebræ neſcio quid iniqui in ſe, derogantq; aliis, quod natura conceſſit, quæ jus loquendi tribuit omnibus. Ideo & in libro ſapientiæ: *Ne reſpondeas, priuſquam audieris, & in alterius ſermonem verbum nullum interjice.*

[f] *Facile reſponde*] Hoc eſt, ſine mora, ſine triſtitia vel arrogantia, contra quam ſuperbi ac inciviles faciunt. Cum præſertim hoc exigat æquitas, uſuſq; ſvadeat, cum facili-

la/ ta tijg ok hör han. Ok spyr nokor tik at nokro/ ta swara hanom blidlika. Trät ey gärna/ ty at ther kombr giärna missämia ok owinskapr. Ok ta tu tala gladr älla wredr/ ta göm at tu hawi ey undrläte i röst älla athäwom tinom. Ok war stadugr i ordom tinom/ ok ey enträten.

XXXVII. Hwar tu umgangr med iämningom tinom/ älla minnom mannom/ ta försma ängin med högmode/ älla underlatom tinom. Ok liwer tu rättelika/ ta torf tu ey rädas iwirmän tina. Tu skalt ey förgäta androm wirdning göra/ ok änga wirdning af androm bedas/ med ordom älla athä-

quirenti (f) facile responde. (g) In jurgia ne sis promptus, inde namq; discordia plurimum & inimicitia oriuntur. Quoties loqueris sive hilarior, sive commotior, observa, (h) ne speciem indecoram præferas in verbis sive vultu. Constans quoq; sis in sermone tuo, non pertinax.

XXXVII. Eorum, quibuscum versaris, sive pares sint, sive inferiores, neminem (i) per superbiam vel arrogantiam contemne. Si recte vixeris, (k) ne superiores quidem metues. (l) In reddendo officio ne sis negligens, in exigendo eo ab aliis ne sis durus sive verbis, sive factis. (m) Cunctis esto

cilitas hæc animos hominum mirifice cum oblectet, tum conciliet. Cic. 11. Off. *Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasq; sermonis.*

(g) *In jurgia ne sis promptus*) Syrac. c. 27. *Abstine te a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam.*

(h) *Ne speciem indecoram*) Per effusum risum, exultationemve intemperatam in hilaritate, aut per oculorum torvitatem, oris dentiumve compressionem, & similia in ira. Cicero de Off. 1. *Motibus animi nimiis rationi non obtemperantibus sermo debet vacare, ne aut ira exsistat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut quid tale appareant.*

(i) *Per superbiam vel arrogantiam contemne*) Non modo, quia inhonestum, sed & quia intutum, cum gignat odium, quod fere ultionem meditatur. Nec est, ut inferiores putes, & sic impune lædi arbitreris. Quando nihil est tam magnum, cui non sit periculum etiam ab invalido. Est ergo & inter monita Catonis: *minorem te ne contempseris.*

(k) *Ne superiores quidem metues*) Quia nulla metuendi erit caussa. Metuuntur enim superiores, propter potestatem: at ea bonis est solatio, malis formidini, quia malis affert supplicia, bonis præmia, vel certe securitatem.

(l) *In reddendo officio ne sis negligens*) Verba ipsa sunt Martini, sicut cætera totius hujus loci. At pro eo Svetica sic sonant, *ne obliviscere aliis præstare honorem*, quod ignoro, an voluerit Martinus. Certe *officium* non satis exprimit vox wirdning. Hoc volebat potius, quemlibet officium sibi præstitum grata officii relatione debere compensare, nec tamen ab aliis hanc gratiam acerbe exigere.

(m) *Cunctis esto benignus*) Hoc est, facilis ad præstanda, quæ ipsis esse grata possunt &

háwom. War allom blidr/ ok ángom ofmykit til latugr/ ok fam hemelikr. War hardare i dome/ án i Ordom tinom. War miskundsambr i ordom ok atháwom/ ok ey grymbr.

XXXVIII. Tu skalt ey lowa tik sielwan/ ok rosa sielwer af gerningom ok dygdom tinom/ ok ey afunna androm lof ellr goda frágd/ firi goda

esto benignus, (n) nemini blandus, (o) paucisq; familiaris. (p) Severior in judicio, quam in sermone tuo. (q) Cultor clementiæ in verbis opereque, sævitiæ detestator.

XXXVIII. (r) Ne teipsum laudes, aut facta virtutesque tuas prædices, (s) neque gloriæ invideas alterius, ob res bene honesteq; ab eo

& utilia. Sic enim puto, locum hunc intelligendum. Nam de affabilitate supra monuerat. Cato:

Si potes, ignotis etiam prodesse memento:
Utilius regno, meritis acquirere amicos.

(n) *Nemini Blandus*) Sic, ut quidvis facias placendi gratia; ita enim intelligere malo Sveticum tillatugr/ quam ut explicat Bureus, cui significat *molestum*. Nempe tillatugr is est, qui permittit cuncta fieri, quo alterum servet amicum benevolum: licet pravum esse sentiat ac turpe, quod est non amici veri, sed perversi adulatoris. Plutarchum vide in egregio libello de discrimine Adulatoris & amici.

(o) *Paucisq; familiaris*) Ne per hanc familiaritatem fidas aliis, per quæ deinde ipsi perdant te, vel certe in metu perpetuo, atq; sic obsequio teneant. Dion apud Stobæum: *Recte scripsit hujus versus auctor: Esto sobrius ac memento nulli temere credere.*

(p) *Severior in judicio, quam in sermone*) cum humanitas sermonis severitatem judicii mitiget ac leniat, minusq; faciat ingratam.

(q) *Cultor clementiæ*) Quia proprium hominis, mitem ac humanum esse. Sen. 11 de Clem. 5. *Est clementia omnibus hominibus secundum naturam.* Contra *crudelitas minime humanum malum est, indignum tam miti animo*, ait idem 1. de Clem. c. 24.

(r) *Ne te ipsum laudes*) Cicero de Off. 1. *Deforme etiam est de se ipso prædicare.* Epictetus: *Absit propriorum facinorum aut periculorum commemoratio.* Cato:

Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse,
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Adde Plutarchum in peculiari opusculo de laude sui. Et est ratio manifesta, quoniam qui se laudat, sibi ipsi præbet testimonium, quod non potest non suspectum esse: quia nemo non benignus rerum suarum æstimator, amorq; sui omnes fere decipit. Sed & laudando sese, alios arguere videtur vel inscitiæ, quod virtutes meritaq; ejus nesciant, ignorentve ex condigno æstimare; vel invidiæ, quod honorem eis debitum præstare nolint. Quæ res utraq; odium habet non exiguum. Deniq; stoliditatis nota est; itaq; deridetur. Publius: *Qui se ipsum laudat, cito derisorem invenit.*

(s) *Neq; gloriæ invideas alterius*) Quoniam qui hoc facit, inimicum se ostendit justitiæ, cujus munus, honorare viros bonos & virtute præditos. Nec justitiæ solum, sed & patriæ ac reipublicæ, quæ oppresso per invidiam hoc munere justitiæ destituetur viris istiusmodi, qui honorem gloriamq; merentur. Bene Apollonius: *Nemini invidendum, boni enim bona fortuna digni sunt, mali vero in eadem male vivunt.*

Cri-

goda gårninga ok dygdelik athäwe hans. Tu ſkalt ey wara mykit troen i tidindom um ofrägd annars/ ty at then föres optare med afund ok illwilia / än med rätte ſannind. War ſeen til Wrede/ och ſkyntr til nåda. War ſtadugr i genwärdo/ ok ödmiukr/ ta tik alt wäl

eo geſtas. (t) Criminationes aliorum haud facile credas, (u) ſæpius per invidiam odiumq; proferuntur, quam ex veritate. (x) Ad iram tardus ſis, (y) ad miſericordiam pronus. (z) In adverſis firmus, (a) in proſperis humilis. (b) Rari

(t) *Criminationes aliorum*) Habes integrum Luciani libellum de non temere credendo calumniæ, quem vide.

(u) *Sæpius per invidiam odiumq.*) Ut neceſſe ſit iniqvum vel eſſe, vel fieri, qui cito eis credit. Herodotus optime lib. VII. *Calumnia res eſt graviſſima, in qua duo ſunt, qui injuriam faciunt, unus qui patitur. Calumniator enim injuriam facit, non præſentem accuſans: & ſimiliter qui accuſanti fidem habet, antequam vere rem cognoſcat. Qui autem abeſt, injuriam patitur, tum a calumniatore, tum ab illo, qui ipſum aures calumnianti præbens pro malo reputat.* Nec volebat aliud Menander, quando de eo, qui criminatori facilem adhibet fidem: *Quisquis eſt, qui calumniis ſtatim fidem adhibet, aut moribus improbis præditus eſt, aut ingenium prorſus habet puerile.*

(x) *Ad iram tardus ſis*) Eccleſ. c. 7. *Ne ſis velox ad iraſcendum.* Ratio: *quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.* Rationem eandem ita explicat Philemon apud Stobæum. *Inſanimus omnes, cum iraſcimur.* Horatius 1. Ep. 2. *Ira furor brevis eſt.*

(y) *Ad miſericordiam pronus*) Primum propter humanitatem ipſam, & naturam, quæ nos voluit miſericordes eſſe. Hildebertus Cœnoman. Ep. 23. *Neſcire miſereri, cum feris eſt habere commercium.* Deinde propter rerum humanarum incertitudinem. Bene Lactantius: *In multis caſibus & incommodis fragilitas noſtra ſubjecta eſt. Sperasne tibi accidere poſſe, quod alteri accidit. Ita demum excitaberis ad opem ferendam, ſi ſumſeris ejus animum, qui opem tuam in malis conſtitutus implorat.*

(z) *In adverſis firmus*) Quia *fortis animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici*, ait Cicero Offic. 1. Columella 1. c. 3, *Sapientis eſt, fortuitos caſus magno animo ſuſtinere.*

(a) *In proſperis humilis*) Sic Martinus. Intelligit autem virtutem ſuperbiæ adverſam, id eſt modeſtiam. Moderate ferri vult fortunam ſecundam, exemplo Corbulonis apud Tac. An. XV. c. 5. qui *quamvis ſecundis rebus, moderandum fortunæ ratus eſt.* Claudianus de Probo in Prob. & Olyb.

– – – Nunquam levantibus alte
Intumuit rebus: ſed mens circumflua luxu
Noverat intactum vitio ſervare rigorem.

(b) *Rari ſis ipſe ſermonis*) Epictetus: *Silentium ut plurimum ſervandum, aut neceſſaria dicenda, idq; paucis.* Cato:

Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam,
Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere.

Cur autem Deo proximus? quoniam & Deus amat, ſervatq; ſilentium, quod oſtendit integra oratione de ſilentio non ita pridem habita. Pater Telemachi apud Homerum, ad Telemachum: *Tace animumq; contine, nec interrogaveris, hic enim mos eſt divorum cœlicolarum.* Ergo dignum ſummis etiam ſilentium. Neq; caret auctoritate, ex eadem cauſſa. Chares apud Stobæum: *Linguam ubiq; temperare conetis, nam cum ſeni tum juveni hoc*

wål gangr. Tala fatt / ok war tulmmod ugr i annors ordom.

XXXIX. Rätwiſa är natur-lik ſkipilſe i manſens hug ok wilia / ſumen til hielp ok ſamband manna ſamwaru.

XXXX. Wilt tu wara rät-wis / ta ſkalt tu förſt älſka Gud / at tu mage älſkas af hanom. Ta älſka tu Gud / ta tu fylgia hans wilia ok radom / ok har tu hes hug ok wilia / ok fullkomna thet med gärningom tinom / at tu ſee allom til hielp ok tröſt / ok ängom til ſkada. Ta äſt tu rätwis man / och halda

Rari ſis ipſe ſermonis, ſed (c) patiens loquentium.

XXXIX. Juſtitia conventio eſt naturæ in animo voluntateq; humana, inventa in adjutorium & conſociationem multorum.

XXXX. Si juſtitiam ſectari deſideras, (d) Deum prius ama, ut ameris a Deo. Ita vero (e) Deum amabis, ſi ejus ſectaris voluntatem & conſilia, ipſaque proſequeris ſtudioſe, factiſque tuis referes, ut (f) proſis omnibus, noceas nemini. Tunc juſtus eris, juſtumque ha-

hoc conciliat honorem. Adde, quod ejuſmodi ſilentium prudentiæ ſit nota. Siracid. c. 20. *Eſt tacens, qui invenitur ſapiens.* Et Apollonius: *Eſt viri plane rudis, ſtolidiq;, non poſſe tacere, ſed quæ non decet, efferre.* Bene Nicoſtratus: *Si continue, & multa, & celeriter loqui ſignum eſſet prudentiæ, tum hirundines dicerentur multo ſapientiores vobis.* Poſtremo:

\- - - - *Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum,*

uti ait Cato. Ergo Epictetus: *In omni negocio nihil adeo proſpicere debes, quam ut tutum ſecurumq; ſit, quod agis. Eſt autem tutius tacere, quam loqui.*

(c) *Patiens loquentium*) Cleobulus unus ex ſeptem ſapientibus pene ſimiliter: *Libenter audire oportet.* Sed addit: *non quævis tamen temere.* Scilicet inepta, ſtolida, prava, turpia, ſcelerata multi loqvuntur, quæ bonus ſapienſve nemo patienter audire vel poteſt, vel debet, ſicut ſupra quoq; innuebat Noſter. Ergo non de his, ſed aliis monitum accipiendum. Atq; ita & Syrac. c. 32. *Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia.*

(d) *Deum prius ama*) Igitur amare Deum, pars eſt juſtitiæ, neq; pars tantum, ſed principium & origo. Vere prudenterq; Lactantius lib. VI. c. 9. Poſt aliquammulta de Jure Naturæ: *Hujus legis* (Naturæ) *caput primum eſt, ipſum Deum noſſe, ſoli obtemperare, ſolum colere. Non poteſt enim rationem hominis obtinere, qui parentem animæ ſuæ, Deum neſcit.* Conſentit Ariſtoteles, quando ita habet in libello de virtutibus apud Stobæum: *Eſt autem prima juſtitiarum adverſus Deos.* Sed de hac re amplius agemus in noſtris ad Sciagraphiam Juris Naturæ annotationibus.

(e) *Deum amabis, ſi ejus ſectaris voluntatem*) Seu, quod idem eſt, cuſtodies juſtitiam, & vitia malaq; omnia fugies. Hermes ad filium: *Cultus Dei unus eſt, malum non eſſe.* Seneca Ep. 96. *Satis Deum coluit, quisquis imitatus eſt.*

(f) *Proſis omnibus, noceas nemini*) Cicero, & ex eo Lactant. lib. VI. c. 18. *Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere, jam ſe ipſe doceat, eum virum bonum eſſe, qui proſit, quibus poſſit, noceat nemini.* Ubi pro eo, quod Noſter habet *omnibus*, ponit, *quibus poſſit.* Atq; ita illud *omnibus* intelligendum eſt. Sed poſt illud, *noceat nemini*, Tullius addit, *niſi laceſſitus injuria*, quod Lactantius carpit, citra cauſſam ſufficientem, credo, ut expo-

no

halda mân tik fire râtwiſan / ok fylgia tinom athâwom / ok âlſka tik ok hedra med alle makt ſinne. Ok um tu wilt râtwis wara / tâ ſkalt tu ey at enaſt ângom ſkada göra / utan tu ſkalt ok wârna ok förbiuda / at ângin androm ſkada göri. Ty at thet âr ey ful râtwiſa / ey androm ſkada göra / utan thet âr ett afhald / ey göra thet orât ok oloflikt âr: Utan thet âr ful râtwiſa hawa fullan hug ok wilia ângom ſkada / ok warna / at ângin androm orât âlla ſkada göra. Ok hwa ſum androm gör ſkada ok orât / ta râtte

habebunt te omnes, (g) ſequentur, diligent, ac obſervabunt totis viribus ſuis. Si vis eſſe juſtus, non ſolum ipſe nocebis nemini, ſed & (h) ut nocere quiſquam poſſit aliis, prohibebis. Nam nocere nihil aliis, non eſt perfecta juſtitia, ſed abſtinere ab eo, quod iniquum eſt aut inhoneſtum: Verum illa perfecta eſt juſtitia, (i) ne velle quidem nocere cuiquam, dareque operam, ne quis aliis afferre injuriam aut nocere queat. Denique ſi quis nocuerit aliis, vel attulerit injuriam, (k) totis eam vindica viribus

no amplius in Notis ad Officia Ciceronis. De eodem ſtudio juvandi alios ex juſtitiæ præſcripto Seneca Ep. 96. *Natura æquum juſtumq; compoſuit, ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere, quam lædi, ex illius imperio paratæ ſunt juvantis manus.*

(g) *Sequentur, diligent, ac obſervabunt*) Plutarch. in Polit. *Hominem homini obſequentem ultro cicuremq; nihil aliud fecit, quam fides benevolentiæ, integritatisq; ac juſtitiæ opinio.* Cicero de Off. II. *Tria, quæ propoſita ſunt ad gloriam, omnia juſtitia conficit; & benevolentiam, quod prodeſſe vult plurimis, & ob eandem cauſſam fidem & admirationem, quod eas res ſpernit & negligit, ad quas pleriq; inflammati aviditate rapiuntur.* Adde cætera, in quibus docet, reges ipſos ob virtutem iſtam captos ultro ab hominibus, & ad imperium admotos. Nempe *juſtis & fidis hominibus, id eſt bonis, ita fides habetur, ut nulla ſit in his fraudis, injuriæq; ſuſpicio. Itaq; his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſime committi arbitramur*, ait idem paulo ante allata verba.

(h) *Ut nocere quiſquam poſſit alius*) Ita Procopius Perſic. II. *Non ſtatim juſtus eſt, qui injuriam nulli fecit, niſi & eo ſit animo, ut tueatur ſibi commiſſos adverſus alienas injurias.* Ergo Plato v. de Leg. *Honorandus eſt, qui nemini infert injuriam. Qui vero nec alios id facere patitur, duplici honore, imo etiam majore dignus eſt.* At vero contra, ut ait Ambroſius lib. I. Off. 36. *Qui non repellit a ſocio injuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille, qui facit.* Atq; ita Cicero. Vnde plane intelligitur, teneri quemlibet non modo ſe, ſed & alios tueri ab injuria, *ſi tamen poſſit*, ut Ambroſius & Cicero ajebant. Quod quo modo debeat intelligi, docebit Grotius II. de Jure Bel. & Pac. cap. 15.

(i) *Ne velle quidem nocere*) Quoniam qui vult, & nocendi habet animum, quantum in ſe eſt, nocuit: *& injuriam qui facturus eſt, jam facit*, ait Seneca l. de Ira. 3. Ergo recte Noſter, & Democritus apud Stobæum: *Bonum eſt, non injuriam non facere, ſed ne velle quidem.* Philemon apud eundem: *Vir juſtus eſt, non qui non facit injuriam, ſed qui cum poſſit injuriam facere, non vult tamen.*

(k) *Totis eam vindica viribus*) Quantum quidem per leges publicas, cauſſaſq; alias conceſſum eſt. Rationem tradit Publius, quando eleganter ait:

Qui dubitat ulciſci, improbos plures facit.

Dat

te thet med fullan hand / ok byria rätwiſe af ſielfwom tik. Afhänd ängom thet hans är; ok thet no-krom är afhänt / lat han thet med rät ater fa; ok näfs ſwa röwa-rom/ ok ilgerninges mannom/ at andre mage rädas/ ok wider ſee ther thylika gärninga göra. Ok ſät ängi urſäkt / utan tu fulleliga förſtande ſannind/ok af hwat wilia hwatna giort är. Ok gör tu ſwa/ ta ma tu ſikr wara/ ok gladeliga liwa/ok ſikrliga tina ändalykt bida.

ribus,(l) & a(m) te ipſo juſtitiam primum exige. (n) Nemini ſuum auferas; (o) aliis ablata juſte reſtituas; raptores & maleficos ita caſtiges, ut alii ſimilia patrare timeant. Nil excuſa, niſi (p) veritatem plene, voluntatemq;, unde provenit, intellexeris. Hæc ſi curaveris, ſecurus lætuſq; ages, intrepiduſq; curſus tui finem expectabis.

XXXXI. Nu ſir af thöm dygdom / ther kununga ok höfdinga ſkulu enkanneliga hawa / the thr rätliga wilia ſinom waldom ſtyra/ ſwa at the hawi ſielfwe loſ ok äro/ ok thera land ok almoge hawi frid ok

XXXXI. Nunc loquemur de iis virtutibus, quibus Reges (q) Principeſq; ſeorſum præditos eſſe oportet, qui recte uti volent potentia ſua, ſic ut ipſi capiant inde laudem decuſq;, regioneſq; ipſorum

Dat nempe animum peccandi peccatorum impunitas, vel ut dictum habet vetus : *Impunitas, delictorum nutricula eſt.* Ergo, quantum poteſt fieri, æquumq; eſt, delicta vindicanda. Cum præſertim altera accedat ratio, ſalus ſcilicet bonorum. Nam ut idem ait Publius

Bonis nocet, quisquis pepercit malis.

(l) *Et a te ipſo juſtitiam primum exige*) Cum quia hinc cognoſcitur, æquum eſſe, quod ab aliis deſideramus, tum quia hoc exemplo ſtimulus additur aliis, ad ſeriam imitationem.

(m) *A te ipſo juſtitiam primum*) Gregor. Rom. in Job. lib. XIV. c. 15. *Ordo erectionis in bono, ut primum contra nos, tum contra alios erigamur.* Nempe ſpeciem iniqui habet, exigere ab alio, quod facere ipſe negligis, aut non vis.

(n) *Nemini ſuum auferas*) Quocunq; id fiat modo, ſive per vim, ſive dolo. Cicero de Offic. III. *Naturæ rationi, quæ eſt lex divina & humana, parere qui velit, nunquam committet, ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat.* Vide totum locum.

(o) *Aliis ablata juſte reſtituas*) Etiamſi tu non abſtuleris, ſed quocunq; modo poſſis efficere, ut ſuum recipiant. Eſt enim regula generalis juſtitiæ, quæ jubet ſuum reddere cuiq;. Verſus vetus ita habet: *Suum tribuere cuiq;, tota eſt æquitas.*

(p) *Veritatem plenè voluntatemq;*) Multa nempe aliter narrantur, quam facta ſunt: multa, quæ facta ſunt, alio facta animo dicuntur, quando homines ſunt callidi ad obtegenda ſua vitia.

(q) *Principeſq; ſeorſum præditos*) Prout nempe ſunt reges principeſq;, & ad hoc officium rite explendum propriis & peculiaribus quibuſdam opus habent virtutibus, non ſolum homines. Auguſtinus in Epiſt. ad Bonif. *Aliter Rex ſervit Domino, quia homo*

eſt

ok frelſe/ ok fullan hugnad. Thet ár thön ſtörſte ok hörte dygd kunungr ſkal hawa witra förhuran i athåwom ſinom/ ok thet ár thön dygd / ther radr allom androm dygdom/ ok ſtyre til thet got ár.

XXXXII. Nu then dygd wi kallom witra förhuran i athåwom/ thet ár wit ok god ſkipelſe i manſens hug ok wilia/ ok i hans förſtandilſom / thön ther råttar ok ſtyrer allom hans athåwom til thet got ok dygdelikit ár.

XXXXIII. Nu ár triggiahanda got/thr manzens hugr ok hierta ſtar åpte: thet ár/ got luſtelikt/ got tarflikt/ ok got årlikt.

XXXXIV. Nu til hwilkit thera i manſens hug faldr/ta ma han ſik förgripa ok wildrfara/ um han hawer ånkte/thet hanom ma rätlika ſtyra til thet got/han hawa wil.

rum ac cives verſentur in tranquillitate, ſecuritateq;, ac jucunditate perfecta. Prima &(r) præcipua Regis virtus eſt prudentia in actionibus,& hæc eſt(ſ) virtus,quæ cunctis imperat cæteris, dirigitque ad id, quod eſt bonum.

XXXXII. Eſt autem virtus, quam prudentiam vocamus, ſapiens & bona animi & voluntatis humanæ conſtitutio, intellectuſq;, quæ ducit dirigitq; omnes hominis actiones (t) ad bonum honeſtumque.

XXXXIII. (u) Bona porro ſunt triplicia, quæ toto animo pectoreq; homo quærit ac deſiderat: bonum jucundum, bonum utile, ac bonum honeſtum.

XXXXIV. Quodcunque horum homo appetat, labi errareque poteſt, niſi habet, quo regatur, ducaturque ad bonum illud, quod deſiderat. Id

Nu

eſt, aliter quia Rex eſt. Quia homo, ſervit, vivendo fideliter: quia Rex eſt, ſervit, leges juſta præcipientes, & contraria prohibentes convenienti vigore ſanciendo.

(r) *Præcipua regis virtus eſt prudentia*) Quoniam hac præcipue regit, hoc eſt nomini ac muneri ſuo ſatisfacit. Ariſtot. III. Pol. 3. *Prudentia ſola virtus eſt ejus, qui imperat, propria.* Bene igitur Plato in Lachete: *Convenit, ut is, qui res maximas regit, plurima ſit prudentia præditus.*

(ſ) *Virtus, quæ cunctis imperat*) Moralibus virtutibus videlicet, cum in mediocritate conſiſtant, quam definit unica prudentia, ſicut recte docet Ariſtoteles in Nicomachiicis. Jamblichus apud Stobæum: *Prudentia virtutum princeps eſt, reliquiſq; omnibus utitur, atq; ipſarum ordinem, modum, & occaſionem in præſentia, tanquam oculus quidam mentis undeq; lucidiſſimus oſtendit.* Anonymus Chriſtianus de virtute: *Quemadmodum architectus his, qui ſub eo ſunt, miniſtris, modos ædificationis cum imperio & inſtructione præſcribit: ita etiam prudentia, quæ cæteris præeſt virtutibus, imperat iisdem quæ facere eas oportet.* Adde Ariſt. I. Mag. Mor. c. 35. & VI. Nicom. c. 11.

(t) *Ad bonum honeſtum ſ.*) Convenit Ariſtoteles I. Mag. Moral. c. 35. ubi ait: *Proinde fuerit prudentia eligendi & agendi, quæ in noſtra poteſtate ſunt, habitus, tendente ad commodum ipſa quoq; actione.*

(u) *Bona porro ſunt triplicia*) Stobæus in Eclogis Ethicis, ubi agit de ſententiis Peripateticorum: *Dividitur bonum in honeſtum, utile, & jucundum.*

XXXXV. Nu är thet thön dygd / ther wi kallom witra förhuran / ther hans hug ok athäwe ma rätlika ſtyra med dygd ok ſkiälum / til thet got / han hawa wil.

XXXXV. Id autem nil eſt aliud, quam virtus, quæ nobis dicitur prudentia, qua dirigi animus ipſius actioneſque poſſunt per virtutem rationemque ad id bonum, quod appetit.

XXXXVI. Nu är thet Kununglik ära / at han ſe witir / ok hawi witra förhuran / i allom ſinom athäwom / ok mäſt til triggia handa ſaka / the kununga mäſt tilhöra.

XXXXVI. Ergo Regi eſt decorum, ut ſit prudens, prudenterque verſetur in omnibus negotiis ſuis, præcipue vero tribus, quæ propius ad ipſum ſpectant.

XXXXVII. Han ſkal förſt huxa ok warna / at han ſe rättr kununger / ey at enaſt at namneno / utan ok med allom kununglikom athäwom. Ty at hwilkin kununger ey är witur / ok ey hawär witra förhuran / han är ey ſanlika kununger / utan at enſamo namneno. Ty at ſwa ſäger wiſe mäſtaren Ariſtoteles: The äru witre ok ſnille / thr

XXXXVII. Primum prudens eſſe debet, (x) ut ſit verus Rex, non titulo ſolum, ſed & factis ſuis omnibus. Nam quicunq; Rex non eſt providus, & prudentiâ deſtituitur, non eſt Rex verus, ſed ſolo vocabulo. Sic enim ait (y) Ariſtoteles Philoſophus: Illi ſunt prudentes, qui ſe alioſq; recte poſ-

(x) *Ut ſit verus rex*) Hoc eſt, non per alios, ſed ipſe revera regat. Nam ſi ſola eſt prudentia, quæ regit, regere utiq; non poteſt, qui eſt ea deſtitutus. Quomodo Claudius ſervorum ſuorum ſervus, quippe *cui non judicium, non odium erat, niſi indita & juſſa*, uti ait Tac. An. XII. c. 3. Item Principes alii, qui *libertorum conſiliis, libertorum nutu regebantur, per quos audiebant, per quos loquebantur*, teſte Plinio c. 88. Panegyr. Ideo Salomon Paralip. II. c. 1. ad Deum: *Da mihi ſapientiam & intelligentiam, ut ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim poteſt hunc populum tuum, qui tam grandis eſt, digne judicare?* Nemo, dicere vult, poteſt eum digne judicare, atq; regere ut oportet, abſq; prudentia, quæ a Deo impetranda.

(y) *Ariſtoteles Philoſophus*) Lib. VI. Nicom. 5. Sed per partes ibi tradit iſta, nec omnia. Sic enim habet: *Ac prudentis quidem eſſe videtur ea, quæ ſibi bona ſunt & utilia, non ex parte una tantum, ſed in univerſum, quæ ad bene beateq; vivendum conducunt, poſſe diſpicere.* Hic nihil agit de iis, quæ bona ſunt aliis. At aliquanto poſt: *Prudentes arbitramur, qui quod ſibi, hominibusq; alus bona ſunt, diſpiccre ac providere poſſunt.* De rebus arduis vero & periculoſis Ariſtoteles, nil tradit ibi nominatim. Unde liquet, in citandis locis veterum liberiorem paulo eſſe Noſtrum, neq; verba ſemper, ſed ſæpius ſententiam tantum afferre, quin & addere demereve, quæ ad inſtitutum ejus faciunt. Id quod patet & ex locis aliis, notariq; debet propter eos, qui uſum eum aliis & melioribus codicibus alicubi, quam quibus hodie inſtructi ſumus, arbitrantur.

Rebus

thr ſik ok andra mån kunna rätliſka ſtyra til thet got ok dygdelikt år i allom athåwom/ ok hålſt i trangom ok wadelikom ſakom.

XXXXVIII. Kununglikt namn/ ſwaſum thet hawer tyda a Latin/ ta år thet takit af ſtyrilſe. Ty at kununguR/ſkal ſtyra/ey at enaſt ſik ſielfwan/ utan han ſkal ok ſtyra ſina undidana til thet råt ok dygdelikt år. Ok thet ma ey wara utan myklo ok witre förhuxan. Ok ſkal kununGR wara witir/at han hawer mangom rada ok ſtyra. Ok år ty witur förhuxan i manzens ſkållum ok athåwom/ ſwaſum thet öga / ther lede wågfarande man i hans wåg/ tit han hawer ſik huxat. Ok ty then kununGR ey år witur / ok ey hawer witra förhuxan/ han ma aldrei ſtyra ſin land ok almoga

poſſunt regere ducereq; ad id, quod bonum eſt ac honeſtum in cunctis actionibus, (z) rebus arduis præſertim, ac periculoſis.

XXXXVIII. Regis nomen ſicut Latine ſonat, (a) a regendo dictum eſt. Rex enim debet regere, nec ſe ſolum, (b) ſed & cives ſuos, ad id quod rectum honeſtumq; eſt. quod fieri abſq; multiplici prudentia non poteſt. Debet ergo Rex eo quoq; prudentia inſtructus eſſe, quod habeat multos, quos regat, quibuſque conſulat. Eſt enim prudentia in intellectu hominis & actionibus (c) inſtar oculi, qui hominem ducit in via eo, quo iter inſtituit. Quare Rex, qui non eſt ſapiens, nec prudentia inſtructus, regiones civeſq; ſuos regere non poteſt ad eventum

(z) *Rebus arduis*) Quibus nempe uſus eſt præcipuus prudentiæ. Nam *tranquillo* quidem *mari quilibet gubernator eſt*, ut ait Seneca. At *res magnæ, in adverſis quæ in rem ſint, ſapere*, Democrat.

(a) *A regendo dictum eſt*) Paulo aliter Saresber. VIII. Polic. c. 17. *Rex dicitur à recto, quod principem decet.* Idem volebat Iſidorus, quando *regem* ſcripſit dici a *recte agendo*, contra, quam intelligebat eum Voſſius in Etymologico. Qui tamen putabat nomen regis derivari a Babyloniorum *rac*, quod ipſis denotabat regem. Etiam Ægidius libri tertii part. II. c. 26. *Rex dicitur, quia recte agit & intendit commune bonum.*

(b) *Sed & cives ſuos*) Partim bonis legibus, item præmiis pœniſq;, partim exemplo ſuo. Cuncta enim iſta requiruntur in eo, qui vere dici Rex deſiderat. Cæterum in his omnibus prudentia gubernat.

(c) *Inſtar oculi*) Sic habet etiam Ægidius, quem in hac tractatione, pro libertate tamen ſua, ſequitur. Colligit hoc autem Ægidius ex eo, quoniam *cernere* ac *providere* Ariſtoteli prudentes dicuntur. Vide ipſum lib. I. cap. 7. ubi poſt verba Ariſtotelis, ſupra etiam adducta: *Prudentia ergo eſt quidam oculus, quo bonus & debitus finis conſpicitur.* Quanquam & in Hyeroglyphicis ſit receptiſſimum, oculo prudentiam ſignificare, uti ex Pierio cognoſcimus. Unde *mentis* quoq; *oculos* Cicero in de Oratore uſurpavit. Adde quoq; Jamblichum ſuperius adductum.

Quidam

moga til goda ändelykt. Ok ſigr en wis man: at owitur ok orättr kununger likas wit fals mynt/ thet ſom ſynis wara rät mynt/ ok är ey/ſwaſom fals peningr/ ſom haver rät mynt/ ok är änkte wärt.

tum ſalutarem. Iccirco ait (d) quidam ſapiens: imprudentem, neque verum Regem ſimilem eſſe monetæ adulterinæ, quæ videatur, nec tamen ſit moneta, (e) putetur-que valorem habere nummorum bonorum, cum tamen nihil valeat.

XXXXIX. Annat är ther kununger ſkal hawa/ at hans Herradombr/ ok hans wald ſe naturlikt. Ty ſigia wiſe mäſtara / at ſumi män af ſin naturlik ſkipilſe äru träla ok undidana / ty at the hawa ey wit/ok ſnille/ok ful ſkiäl til at dygdelika ſtyra ſik/ ok ſin athäwe. Ok

XXXXIX. Secundum ob quod prudentem Regem eſſe oportet, eſt, ut imperium ipſius ac potentia ſit conveniens naturæ. (f) Philoſophi namque teſtantur, quoſdam homines (g) natura ſua eſſe ſervos, & ad obſequium aliorum factos, quia deſtituti ſunt ratione ſufficienti, ac ſolertia prudentiaq; plena regen-

(d) *Quidam ſapiens*) An hic innuit Ægidium? Sane & is Regem talem nummo comparat, non vero adulterino, ſed quo uti ſolent in ponendis rationibus; veteres dixere *calculum*, ipſe vocavit nummum æreum vel plumbeum, credo, quod ætate ejus calculi ex tali fierent materia, ſpeciemq; nummorum haberent, ſicut hodieq; videmus, unde & Germanis meis Rechenpfenning/ hoc eſt, nummi calculationibus inſervientes appellantur. Ægidius ſic habet: *Videtur, quod vir ſine prudentia poſitus in dignitate regia ſit denarius æneus vel plumbeus poſitus in computo mercatorum. Mercatores enim cum ratiocinando computant, aliquando unum denarium æneum vel plumbeum ponunt loco mille librarum. Sic, ſi vir prudentia careat, & regia dignitate fungatur, cum ipſe parvi valoris ſit, eſt loco magni precii.* Non ergo loquitur Ægidius de moneta falſa. Et fortaſſis Noſter quoq; ipſam aliter non intellexit, quam ut ſervit calculationibus. Sed brevitate nimia ſenſum fecit obſcurum. Certe Regem imprudentem monetæ adulterinæ comparari bene non exiſtimo. De veterum vero calculis, eorumq; a noſtris diverſitate ſi quis volet ſcire, Welſeri monumenta peregrina adeat p. m. 262.

(e) *Puteturq; valorem*) Utcunq; hic ſententiam expreſſimus. Nam Svetica videntur eſſe mutila, & poſt illa, fals peningr deſiderare, quæ ſenſum faciant integrum.

(f) *Philoſophi*) Ariſtoteles præcipue lib. 1. Pol. cap. 4. qui primus hanc ſententiam videtur propoſuiſſe, quiq; eum poſtea ſecuti ſunt.

(g) *Natura ſua eſſe ſervos*) Hoc eſt, tales, ut ſubeſſe aliis non poſſint modo, ſed & debeant, quia ita facti ſunt a natura, ut ſe ipſos regere, commodaq; ſua procurare non poſſint. Nullo naturæ defectu, verum providentia ſingulari, quæ cum per prudentiam conſtituat, qui regere poſſint alios, eadem providentia neceſſe habet conſtituere qui regantur, ut prolixe docuit Ariſtoteles, & Noſter recte in ſequentibus oſtendit. Nempe ſupra dictum, prudentiam imperantis eſſe virtutem. Quare qui hac erit deſtitutus, inter eos ſit, qui parere debeant, neceſſe eſt. Qui quemadmodum in civitate ſubditus, ſic in domo ſervus erit. Neq; hic vel ſortis miſeræ vel iniqui ſtatus cogitanda eſt perſona, cum ſervus naturalis ſervitutem ultro quærat, & extra eam nequeat ſubſiſtere, adeo per eam non ſit miſer, aut injuriam patiatur. Nobiliſſimum exemplum

Ok ſumi mån åru herra af ſin naturlik ſkipilſe/ ty at the hawa wit/ ok ſnille/ ok hög ſkål/ ok kunna ty wäl ok dygdelika ſtyra bade ſik ok andra mån til thet got ok dygdelikt år. Ok ty ma ängin kununger wäl ſtyra land ok almoga/ utan han ſe witur. Ok ty år mannin herra af ſin naturlik ſkipilſe iwi al wärilzlik diur/at han hawär ſkäl/ ok wit/ ok ſnille/ ok thet med kuniſt til at göra/ thet hanom år afat.

regendi ſe & actiones ſuas. Quoſdam vero homines (h) natura ſua eſſe dominos, quia ſunt (i) inſtructi ratione, ſolertia & prudentia, qua bene honeſteq; poſſunt regere cum ſe ipſos, tum alios ad id, quod bonum honeſtumq; eſt. Quare nemo Regum bene gubernare terras civeſque ſuos poteſt, niſi prudentia ſit inſtructus. (k) Eo enim homo quoq; a natura ipſa dominus eſt omnium aliorum animantium in terris, quia præditus eſt ratione ac prudentia, ingeniique vi poteſt efficere, quod aliis ei deeſt.

L. Thet tridia år thet/ at kununger ſkal hura ok mäſt warna i allom ſinom athäwe/at hans wald ſkiptes ey i röwara ok ransmanna athäwe. Ty at hwilkin kununger

L. Tertium ob quod prudentem eſſe Regem in actionibus ſuis omnibus & præcipue oporteat, hoc eſt, ne potentia ipſius in prædonum (l) latronumve vim converta-

plum ſervi hujuſcemodi in Claudio habemus, de quo Sueton. c. 29. *Libertis & uxoribus addictus, non principem ſe, ſed miniſtrum egit.* Sed & Socrates hac cauſſa intuitus adoleſcentem divitem ſed ſtolidum, *videte, ajebat, mancipium aureum.* Natura ſervum ſic deſcribit Briſon in Oeconomico apud Stobæum ſec. 83. *Eſt natura ſervus, qui corporis functiones dominis præſtare ſufficienter poteſt, itinera conficiendo, onera bajulando, labores ac miniſteria tolerando: interim neq; virtutem animi, neq; malitiam capiens.*

(h) *Natura ſua eſſe dominos*) Alluſit huc Diogenes, nam in Corintho vendendus, interrogante præcone, quidnam calleret, reſpondit: *hominibus imperare.* Atq; ſic de Philopœmene Plutarchus: *Philopœmen, utpote natus ad imperandum, &c.*

(i) *Inſtructi ratione*) Quæ ubicunq; eſt, imperare debet, ſi naturæ legem ordinemq; reſpicimus, quod jam ante dixi. Plato lib. III. de leg. *Natura imperant prudentes & ſapientes imprudentibus & ignaris.*

(k) *Eo enim homo quoq;*) Bene. Nam ſi homo naturaliter imperat brutis, propter præſtantiam rationis, imperabit quoq; hominibus, ſi in iis nulla rationis eſt præſtantia, ſicut quidem nulla eſt in plurimis, *quos in numerum pecorum & animalium redegit hebes natura, & ignoratio ſui. Nihil* certe *intereſt inter hos & illa: quoniam illis nulla ratio eſt, his parva, & malo ſuo & in perverſum ſolers,* ait Seneca de vita Beata cap. 5.

(l) *Latronumve vim convertatur*) ſi per imprudentiam bona putat, quæ bona non ſunt, aut majora putat, quæ ſunt minora, aut ad finem eum non accommodat, quo accommodanda ſunt. Ut ſi cum prudentia velit omnia referri ad honeſtatem, ipſe con-

gur ſum wardr girugr a ſina undirdana godz/ han år likare röware/ än kununge/ ok gangr burt af ſkiälum ſinom / ok af aldre dygd ok ſnille/ok lika ſik ey at enaſt wit onda mån/ ſwaſom åru röwara ok ransmån / utan likar ok ſik wid grym ok fuul diur/ ſwaſõ åru biorne ok ulfwa/ ſom riwa ok ſlita alt thet the fa wald um / allom mannom til ſorg ok ſkada. Ty ſigr Salomon wiſe ſwa: At girugr ok grymbr höfdinge år riutande leon/ ok ſultin biorn iwi ſit fatökt folk: ty at ſwa ok ängin ſwara älla giänſtanda girugom ok grymum höfdingom. Ok ty ſigr än Salomon wiſe: Ta giruge ok grywertatur. Quisquis enim Regum avare inhiat civium ſuorum facultatibus, (m) ſimilior is eſt prædoni, qvam regi, longeq; abit a ratione recta, omnique virtute ac prudentia, neque ſolum ſimilem ſe facit ſceleratis, ut prædonibus latronibuſve, ſed & diris truculentiſve feris, urſis videlicet lupiſque , qui diſcerpunt lacerantq;, quicquid nanciſcuntur, omnium cum luctu atque detrimento. Ita namque ait Salomo ſapiens· Avarus crudeliſque princeps ferus leo eſt, & eſuriens urſus in plebe pauperula : eodem namque modo nemo audet reſpondere, auc ſeſe opponere avaris & crudelibus imperantibus. Itaque ſic porro (n) Salomo ſapiens: (o) Cum avari

contra per imprudentiam referat ad gloriam, vel opes, vel dominationem. Nam quod ait Cicero lib. 1. de Off. *Facillime ad res injuſtas impellitur, ut quiſq; eſt altiſſimo animo, & gloriæ cupido:* id non ad gloriæ ſolius, ſed & rerum aliarum pertinet cupiditatem, ſi ratione ac prudentia non regatur.

(m) *Similior is eſt prædoni*) quoniam' ſine cauſſa, tantum quia eſt validior, & habendi deſiderio tenetur, ſuum eripit aliis, id quod & prædones faciunt. Atq; ita cenſuit & Pacatus noſter, qui propterea de Maximo cap. 25. *Spes inter hæc nulla prædonis explendi.* Adde cætera, nam huc pertinent, præſertim iſta: *Sed tamen latro raptis abutitur, & ablata aliis, ſibi reddit. Noſter ille pirata quicquid undiq; converrerat, id nobis ſibiq; perituram in illam ſpecus ſui Charybdin congerebat.* Nec hoc pertinet ad privatorum modo civiumve fortunas, ſed & populorum aliorum, quibus qui per vim & bella ſine juſta honeſtaq; cauſſa inhiant, ut ſolent Principes avari, latrones potius dicendi ſunt, quam Principes. Ita ſane cenſuerunt Scythæ veteres, qui iccirco ad Alexandrum apud Curt. VII. c. 8. *Tu qui te gloriaris ad latrones perſequendos venire, omnium gentium, quas adiſti, latro es.*

(n) *Salomo ſapiens*) Proverbiorum 28. verum more ſuo, verba ejus pauliſper immutat, iiſq; addit, quod ſpectat ad negocium propoſitum. Cæterum non Salomonis tantum hæc ſententia, ſed & Ezechielis c. 22. *Principes ejus in medio illius quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & avare ſectanda lucra.*

(o) *Cum avari crudeleſq; domini*) Nihil apud Salomonem tale invenio. Id tantum ſequitur eo loco: *Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus.* Igitur & hic uſus ſuo eſt ingenio. Quanquam fieri profecto nequeat ut opprimantur aliqui, nec ullas moveant querelas, ſi non aperte, ſaltem in animo ſuo. Optime Pacatus noſter cap. 25. ubi crudelem Maximi avaritiam & ex ea Gallo-

grymi höfdinga fa wald/ ta syrgi ok gratr almogen. Han sigr ok: At rätwis kunungr rätte vp sit land/ ok then girugr är/ han fördärwa thet.

avari crudelesq; domini veniunt ad imperiũ, querelas lachrymasq; fundit multitudo civium. Idem ait: (p) Regem justum regiones suas reddere florentes, avarum vero pessumdare.

LI. Nu ma nakor spyria: Hwi mund kununga ok höfdinga warda giruge upa werulzlikt godz/ the thet hawa ympne? Thet waldr thera mikla sielfswald.

LI. Quærat aliquis hoc loco; qui Reges Principesque possint esse avari bonorum, & opum terrenarum, quas tamen ipsi habeant (q) maximas & amplissimas? Fit hoc (r) per licentiã eorum summã

Ta

Qui

Gallorum luctum describit: *Serenos nubilis mentibus vultus induebamus, & ad illorum vicem, qui degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes.*

(p) *Regem justum*) Verba sunt in cap. 29. & ita habent: *Rex justus erigit terram, vir avarus destruet eam.* Cæterum de hac imperantium avaritia, orienteque ex ea rerum publicarum exitio conqueruntur omnes novi veteresque. Cato pridem apud Livium lib. XXXIV: cap. 4. *Avaritia pestis omnia magna imperia evertit.* Neq; mirum. Nam *avaritia fidem, probitatem, cæterasq; artes bonas evertit, pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere* docet, ait Sallustius in bell. Catalin. c. 10. Ergo Cicero rectissime de Off. 11. *Nullum vitium tetrius, quam avaritia, præsertim in Principibus, & rempublicam gubernantibus.* Adde, quod odio exponat omnium regem, non modo, quoniam a quo expectabant beneficia, ab eo accipiunt injuriam, sed & quoniam exuuntur iis, quæ vulgo amant, ut labore multo comparata. Item, quod contemptum faciat callidioribus, quoniam ostendit animum minutum anxiumq;. *Nihil enim tam angusti animi tamque parvi, quam amare divitias*, ait Cicero de Off. 1. Ita fit, ut tumultus & seditiones oriantur, nec enim securus potest esse rex, postquam & invisus esse suis cœpit, & contemptus. Vide Aristotelem v. Polit. cap. 3. & Forstner. ad Tac. IV. An. 72. 1.

(q) *Maximas & amplissimas*) Si cum opibus conferantur singulorum. Aristot. Pol. v. c. 10. *Divitiarum & honorum magnitudo monarchiis suppetit.* Et lib. VIII. Nicom. c. 12. *Rex non est, cui sua non satis sunt, quiq; non omnium bonorum copia antecellit.* Quanquam accidat nonnunquam, ut exhaustis iis Rex evadat pauper infra privatorum sortem, sua aliquando culpa, aliquando aliorum.

(r) *Per licentiam*) Hoc est impunitatem, quia credunt, se ob magnitudinem potentiæ ac fortunæ suæ a nemine posse puniri, ac proinde nec metuere quenquam debere. Et profecto sicut *licentia pejores omnes reddimur*, quod ait Terentius in Heautontimorumenis: sic vel præcipue reges, nisi se, animumq; suũ regere prudentia honestateq; discant. Estq; hæc *licentia regni* Curtio vocata lib. III. cap. 2. qua interdum Principes etiam non mali abripiuntur in deteriora, contra ipsam quoq; indolem naturamq; suam. Docet Darius exemplo suo, de quo Charidemus dicto Curtii loco: *Tu licentia regni tam subito mutatus, documentum eris posteris, homines cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscere.* Nempe multi cum Nerone sentiunt, secumq; ita dicunt:

Inertis est, nescire, quid liceat sibi.

At vero contra cogitare deberent cum Seneca ex Consol. ad Polyb. c. 26. *Cæsari ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent.* Scilicet:

Id facere laus est, quod decet, non, quod licet, ait

T

Ta mannin ma ſom han will/
Ta gör han ſom han är til.

Ta han rädes hwazke Gud ålla män/ok aktar ey ſiäl ålla ſannind/ ok ey dygd ålla ſkiälum: Ta för griper han ſik mote dygd ok ſkiälum/ ok fylgr allom ſinom wilia/ ok thy honom tikkie got wara. Ok ty at han hura ey af allo hierta/ thet almoga är got ok tarflikt. Ok thet hura han ånkte wara utan werulzlikt godz/ ok ty warder han ther a girugr/ af allo ſino hierta.

LII. Nu hawom wi thes âptedöme/ at giruge ok odygdelike kununga ok höfdinga ſa giärnt illa ândelykt/ ok ſkilias med ſorg ok ſkam

(f) *Qui enim poteſt, quicquid vult, facit quicquid lubet.*

Ac quando neq; Deum, neq; homines veretur,& nec rationem nec conſcientiam curat, nec virtutem honeſtatemve: tum contra virtutẽ rationemq; peccat, ſuaſq; ſequitur cupiditates, propriamque animi libidinem. Neq; enim id toto pectore conſiderat, (t) quod civitati utile eſt ac neceſſarium. Et quia videt ſine opibus ſe (u) iſta conſequi non poſſe, ideo avarus toto pectore evadit.

LII. Cæterum exemplis compertum habemus, Reges & Principes avaros improboſq; miſerabili fere exitu puniri, (x) cumque dolo-

ait alter Seneca in Octavia, ubi vide. Cum præſertim Muſonio teſte apud Stobæum, *non multum temporis durent, qui ad ſubditos pro iis, quæ faciunt, non, convenit mihi, dicere ſolent, ſed licet mihi.*

(f) *Qui enim poteſt*) Sic Lactantius lib. VI. c. 19. *Licentia parit audaciam, quæ ad omne flagitium & facinus evadit.* Scilicet, ut ait Publius, *cui plus licet, quam par eſt, plus vult, quam licet.* Ac quoniam hanc voluntatem ejus nil coercet, fieri neceſſe eſt, ut in ſcelera proruat. Quare hæc voluntas regenda eſt prudentia, ne quid velit, niſi quod liceat, hoc eſt, juſtum ſit ac honeſtum.

(t) *Quod civitati utile eſt*) ſed quod ſibi gratum ac jucundum. Contra boni regis officium, quod in eo eſt, ut promoveat commoda non tam ſua, quam civitatis. Cicero I. de Off. *Omnino qui Reipublicæ præſunt, hoc præceptum Platonis teneant, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum.* Et profecto *ſolet Rex vigilare, ut, qui opes quidem habeant, nulla injuria afficiantur, populus vero nulla contumelia,* teſte Ariſtotele V. Pol. c. 10. Scit enim, *id unius imperium, cui bonum commune eſt propoſitum, eſſe regnum,* ut idem ait III. Polit. c. 5. At vero malus princeps ſuis cuncta commodis metitur. Nam *Tyrannis, imperium ſummum unius eſt in pares & meliores, ad utilitatem privatam, & non publicam,* ut docet Ariſtoteles cum locis aliis, tum prædicto quinto capite libri tertii.

(u) *Iſta conſequi non poſſe*) quæ ſvadet animus, licentia corruptus, & ob hoc pronus in vitia, luxuriam præſertim, quæ multis indiget inſtrumentis, ac iccirco & pecuniis. Exemplo Cajus eſt, de quo Svetonius: *Immenſas opes, totumq; illud Tiberii Cæſaris vicies ac ſepties millies H S. non toto vertente anno abſumſit. Exhauſtus igitur at⁊ egens ad rapinas convertit animum, vario & exquiſitiſſimo calumniarum, & auctionum, & vectigalium genere.*

(x) *Cum⁊ dolore ac dedecore poteſtate ſua excidere*) Ita Roboamus Salomonis

ſkam wid ſin wald. Ty at thet är rättr Gudz dombr:

Alt thet man medh ſyndom fal
Theta ſkal med ſorgom förga.

LIII. Ok ty är thet ey undr/ at almoge af anger och ſorg/ ther han hawer af thy/ at han hawer med wald ok orätto miſt ſit godz/ ok frid/ ok frelſe/ ok hawer ſik för ängom kära / wardr ok mykit harmſlagin / ok byria thes kunungz fördärwilſe med förgärnin-

dolore ac dedecore poteſtate ſua excidere. Hoc enim juſtum Dei eſt judicium: *ut quæcunq; ſcelere ac quiruntur*, (y) *ea cum dolore amittantur.*

LIII. Itaque nec mirum eſt, ſi multitudo per dolorem mœroremque ex eo,(z) quod facultates, bona, (a) libertatem ſuã per vim injuriamq; amiſerit, (b) neq; conqueri de eo apud quenquam poſſit, ipſa quoque (c) fiat cupida ultionis, quæratque Regis exitium, per

nis filius imperium in tribus decem amiſit, quod de remittendis oneribus a patre Salomone ſibi impoſitis rogatus, adeo minueret nihil, ut contra augeret. III. Reg. c. 15. Similia exempla habent gentium hiſtoriæ, quæ jam aliis commemorata ſunt. In hoc ipſo regno quid Albertum peſſundedit, niſi hæc improbitas & avaritia?

(y) *Ea cum dolore amittantur*) Ut nec utilitas ex eis conſtans, nec voluptas ſolida percipiatur. Solon apud Stobæum: *Divitias, quas colunt homines, ab injuria non rite proveniunt, ſed injuſtis operibus adducta, ſequuntur invitæ, & ſtatim calamitati permiſcentur. Non enim diu mortalibus injuriæ opera permanent. Sed Jupiter finem inſpicit omnium, atq; repente, ut ventus nubes, illico dejicit.* Euripides apud eundem alio loco: *Pecuniæ, quæ male partæ domi accumulantur, nihil ſalutis habent.*

(z) *Quod facultates, bona,*) Certe nihil mirum eſt, quando hæc multitudo ſummi faciat ametque. Ideo & Aſdrubal, apud Livium lib. xxx. c. 44. *Tantum ex publicis malis ſentimus, quantum ad privatas res pertinet, nec in eis quicquam acrius, quam pecuniæ damnum ſtimulat.* Scilicet pleriq; ex multitudine quas habent, labore multo ſudoreq; peperere runt. Solet autem id omne carius eſſe, ac iccirco iniquiore animo amitti, in quod multum operæ ac laboris eſt impenſum. Plato lib. 1. de Rep. *Qui divitias paraverunt, duplo magis, quam alii, amant. Ut enim poëta poëmata ſua, & parentes diligunt liberos ſuos: ita qui acquiſivere pecunias, illis ſtudent, ceu operi ſuo.*

(a) *Libertatem ſuam*) quam non minus amat. Livius lib. xxxiii. c. 18. *Nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertas eſt.* Agit quidem ibi Livius de libertate ea, quæ oppoſita eſt regno, verum pertinet & ad alteram, quæ oppoſita eſt ſervituti. Plautus in Captivis: *Omnes profecto liberi libentius ſumus, quam ſervimus.* Cicero de Lege Agr. *Quid tam populare, quam libertas? quam non ſolum ab hominibus, verum etiam a beſtiis expeti atq; omnibus rebus anteponi videtis.*

(b) *Neq; conqueri de eo apud quenquam*) Quoniam querelæ inſtituuntur apud ſuperiorem; rege vero nemo ſuperior, vel jure, vel facto. Ergo conqueri non poteſt. Accedunt minæ ac terrores, ſi quis auſit conqueri, velut majeſtatem regiam contaminaret, reſq; deſideraret novas. Pacatus noſter cap. 24. Miſeri *verabamur agere miſeros.*

(c) *Fiat cupida ultionis*) Nempe *creſcit diſſimulatione ipſa dolor; hoc altius demiſſus, quo minus profiteri licet.* Juſtinus lib. viii. c. 5. Ita tandem erumpit cum furore. Tradit nobile exemplum Ælianus noſter lib. xiv. Var. c. 22. quod vide.

ningom/ álla förrádilſom/ ok med alle ſinne makt. Ok thes hawom ympna áptedóma bade ny ok fornt/ at almoge hawer fördár-wat giruga ok orátta kununga ok hófdinaa ſina.

LIV. Thet ſer af enom giru-gom ok orättom hófdinga/ ther hwazke ráddes Gud álla mán/ ok han tröſte ſwa ſinom faſtom hu-ſum/ at han ánkte ráddes ſin al-moga; Ta plagade Gud han ſwa/ at myſ wárdes a at ſkada hans likama/ hwat han war wakin/ álla ſowin/ at han wiſte ſik ánga wár-io. Utan for i et ſkip ut a et dy-gert watn/ ok la ther wid ankara. Ok tit ſummo myſſena til hans/ ok ſkaro ſik in i ſkipit/ ok ato han til dódz/ och thón med hanom waro. Ok ty ár thet kununga hedr ok tarf/ at the liwin wál ok dygdelika med ſinom almoga. Ty at ta ha-

(d) per facinora, (e) vel proditio-nes, omni ſtudio conatuque. Et habemus rei hujus exempla plurima vetera novaque, quod multitudo Reges Principeſq; ſuos avaros injuſtoſq; in exitium præcipitarit.

LIV. (f) De avaro quodam in-juſtoq; ferunt principe, qui neq; Deum neque homines verebatur, ſed fiduciam habebat tantam in munitis arcibus, ut nec metueret multitudinem; Deum eo ſuppli-cio affeciſſe ipſum, ut immitteret illi mures, corpus ipſius appeten-tes morſibus, ſive vigilaret, ſive dormiret, neque inveniret quidpi-am, quo ſe tueretur. Itaque con-ſcendiſſe navigium, eoque prove-cto in flumen altum, jeciſſe an-choras. Sed nihilominus natan-do eum inſecutos eſſe mures, cor-roſoque navigio penetraſſe, i-pſumque cum ſociis vivum ab-ſumſiſſe. Quare (g) decorum neceſſariumque Regibus, ut probe

wa honeſteque verſentur cũ ſuis civi-bus. Ita enim vera concordia, (h) vero

(d) *Per facinora*) Cædem ejus manifeſtam, aut ejectionem in exilium, quomodo Tar-quinium olim, & deinde Cajum Neronemq; ulti ſunt Romani.

(e) *Vel proditiones*) invitationes hoſtium, deinde derelictionem in diſcrimine, ac hujuſmodi.

(f) *De avaro quodam injuſtoq; ferunt principe*) Puto indigitare Hattonem Epi-ſcopum Moguntinum, qui ſub Ottone Magno dicitur vixiſſe.

(g) *Decorum neceſſariumq;*) *Decorum*, propter virtutem honeſtatemq;, cui hoc eſt conveniens; *neceſſarium*, propter ſuam ſecuritatem, quam habere nequit, ſi hæc moni-ta contemnat.

(h) *Vero amore*) Quoniam amari ſe intelligent ab eo. Reddit enim vices amor, nec officium præſtare ſuum detrectat.

ac

wa the ſannan ſämia/ kärlek/ ok hulla tieniſt af ſino folke/ ok mago ſikre wara bade um lif ok äro.

LV. Nu ſkal kununger rätwis wara bade i domom ok athäwom ſinom. Han ſkal ängom ſkada/ hwazke med orättom domom älla walz-

vero amore (i) ac obſequio cives eos proſequẽtur, (k) ſecuriq; erint cum de vita, tum de dignitate ſua.

LV. (l) Sed & juſtum Regem oportet eſſe cum in judiciis, tum in factis ſuis. (m) Nocere debet nemini, (n) ſive ſententia iniqua, ſive vi

(i) *Ac obſequio*) quoniam ſentiunt ſe Regem habere eum, qui virtute honeſtateque decoratus eſt. Ubi autem virtus, ibi reverentia, & obſequium.

(k) *Securiq;*) Propter hoc obſequium, & amorem. Nam *caritas vitæ ſine metu degendæ præſidium firmiſſimum* ait Cic. de Fin. 1.

Non ſic excubiæ, non circumſtantia tela,
Quam tutatur amor.

Claudian. Conſ. IV. Honor. Seneca l. de Clem. 19. *Erras, ſi quis exiſtimat tutum eſſe ibi regem, ubi nihil a rege tutum eſt. Securitas ſecuritate mutua paciſcenda eſt. Non opus eſt inſtruere in altum editas arces. Unum eſt inexpugnabile munimentum, amor civium.* Clare, optime ac prudentiſſime Iſocrates Epiſtola VII. ad Thimoteum: *Nonnulli Principes in id animum intenti ſunt, ut cum ſumma licentia voluptates atq; libidines ſuas expleant, ejectis aut ſpoliatis optimis & prudentiſſimis civibus. Ignorant illi nimirum, decere viros prudentes in hoc honorum & dignitatis faſtigio collocatos non ex aliorum miſeriis ſuas parare voluptates, ſed ſua ſollicitudine & laboribus civium felicitatem augere, neq; acerbitatem & ſævitiam in omnes exercere, ſuamq; ſalutem negligere, ſed imperium ea clementia & æquitate adminiſtrare, ut nemo eis audeat inſidiari, & non minore vitam ſuam diligentia manire, quam ſi omnes in eorum exitium conſpiraſſent. Hac enim ratione fiet, ut extra periculum ſint futuri.*

(l) *Sed & juſtum Regem oportet eſſe*) Maxime cum, ut ait Cicero de Offic. II. *fruendæ juſtitiæ cauſſa olim bene morati, Reges conſtituti ſint*, neq; regem ſe præſtare poſſit, munuſq; ſuum expedire, ſi juſtitia fuerit deſtitutus. Diotogenes Pythagoricus de Regno: *Rex ille fuerit, qui juſtiſſimus eſt. Nam citra juſtitiam nullus Rex eſſe poterit.* Adde, quod juſtitia conciliet honorem & exiſtimationem bonam. *Fundamentum* enim *perpetuæ commendationis & famæ juſtitia eſt*, ait Cicero de Offic. III.

(m) *Nocere debet nemini*) potentiamq; ſuam experiri per injurias. *Peſtifera nanq; vis eſt, valere ad nocendum.* Seneca lib. 1. de Clem. c. 3. Bene Sareſberienſis lib. IV. Polic. c. 10. *Ad juſtitiam Principibus reputatur etiam, cum temperant ab injuriis, & facultas delinquendi, eſt eis materia meritorum. Declinare a malo in eis magnum eſt, etiamſi magna bona non faciunt, dum tamen ſubditos indulgentia malorum non perimant.* Iſocrates de Evagora: *Ætatem omnem peregit, ita, ut neminem læderet.*

(n) *Sive ſententia*) cum dicendum jus eſt. Quod ſit, vel non dicendo ſententiam, & negando jus, ſicut Demetrius Rex ſolebat, correptus ideo ab anu, cujus cauſſam cognoſcere ſibi otium negabat, apud Plutarchum in vita ejus; vel proferendo ſententiam iniquam, juriq; ac juſtitiæ adverſam, ſicut Reges Hebræorum ſubinde conſueverant, de quibus iccirco Jeſaias cap. 1. *Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, & cauſſa viduæ non ingreditur ad eos.* Nam contra, proprium eſt regis munus, a Deo ipſo commiſſum ei, ut juſte judicet, juſque ſuum tribuat cuiq;. Regina Sabba ad Salomonem III. Reg. c. 10. *Dilexit te Dominus in ſempiternum & conſtituit te Regem, ut faceres judicium & juſtitiam.* Hieronymus ad Jeremiam c. 22,

Regis

walzgärningom. Han ſkal ok wara allom til tröſt ok hugnat / thön undi hans walde åro. Han ſkal ok halda ok ſtyrkia thön lag ther god ok gammul åro. Gud ok rätwis lag the förbiuda alt thet odygdelikt

(o) vi aperta; (p) ſubſidio ſit potius cunctis, (q) ac ſolatio qui poteſtati ejus ſunt ſubjecti. (r) Servanda quoq; illi lex eſt bona (ſ) & antiqua. Deus porro, atq; bona (t) lex omnis ea prohibent, quæ ſunt inho-

Regis eſt officium proprium, facere judicium & juſtitiam. Diotogenes Pythagoricus de Regno: *Judicare & jus ſuum ſingulis diſtribuere, quamvis in univerſum ad rempublicam ejusq; uſum ſpectet, privatum tamen proprium q; Regis opus.*

(o) *Vi aperta*) Cum contra jus & æquum rebus ſuis ſpoliat, vitam adimit, ſimiliave committit. cujus rei exempla in tyrannis ſunt creberrima.

(p) *Subſidio ſit potius*) Quando ſe ipſos ſoli infirmiores tueri adverſus potentiorum injurias non poſſunt. Quod frequenter ſolet fieri. Sic de ſe Jobus rex cap. 29. *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi: eo quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non eſſet adjutor.* Saresber. IV. Pol. 2. *Clypeus regis fortis quidem, ſed infirmorum clypeus eſt, & qui malignantium jacula pro innocentibus potenter excipit.* Diotogenes: *Oportet bonum regem in neceſſitate libenter ſuccurrere.*

(q) *Ac ſolatio*) Si quid imbecillitate humana, vel errore deliquerunt. Nam *Civitatis rectorem decet, quamdiu poteſt, verbis, & bis mollibus ingenia curare.* Seneca lib. I. de Ira. c. 5. Cum præſertim ea ſit conditio humana, ut non poſſit non peccare. *Hac conditione nati ſumus, animalia obnoxia non paucioribus animi, quam corporis morbis.* Idem III. de Ira. c. 9.

(r) *Servanda quoq; illi lex eſt*) Servanda vero, quia ſic obedientiam ſervabit apud Cives. *Nam principatus nulli legi ſubditus moleſtus, & cui haud facile ſubſis*, ait Plato de Rep. Nempe metuunt, ne, ſi poſſit omnia, omnia quoq; velit, omnia facere auſit, quando, ut Antoninus ait, *difficile eſt, in magna licentia moderari ſibi.* Ita oritur alienatio, &, ſi ſequantur injuriæ, interitus civitatis. Plato iterum lib. III. de Rep. *Interitum paratum video illi civitati, in qua non lex magiſtratibus, ſed legi magiſtratus præſunt.* Quare grave hoc putare ſibi rex non poteſt, nec adverſum dignitati ſuæ atq; libertati, cum libertas ſumma ſit, ſervire legi. Vetus eſt ſententia, liber eſt, non qui facit, quod ipſe vult, ſed quod decet. Cumprimis vero de naturæ lege hoc intelligendum. Pulchre Plutarchus in ad Principem indoctum: *Quis ergo imperabit Principi? Lex, omnium rex mortalium atque immortalium, ut ait Pindarus, non ea foris ſcripta in libris, aut lignis inſculpta, ſed viva in ipſius corde ratio, ſemper una habitans atq; excubans, & animum nunquam ſinens eſſe principatus vacuum.* Sic fecere boni reges. Antigonus ne quidem imperia ſua contra leges voluit valere, ſed ſi quid juſſiſſet per litteras, quod adverſum eſſet legibus, civitates voluit non curare, ſed habere pro non ſcripto. Similiter Alphonſus provinciarum præſidibus & judicibus præcepit, ne quod decretum aut reſcriptum a ſe factum ſervarent, niſi quod jure ac honeſtate niteretur. Addita hac pulchra & notabili cauſſa: Interdum enim aut importunitate poſtulantium, aut ignoratione rei fieri, ut quid contra juris ſanctionem emanet. Panormitanus.

(ſ) *Et antiqua*) pridem recepta & ſervata, de qua dixi aliquid in ſuperioribus. Eſt inter gnomas Græcas veteres, *leges ſequi patrias pulchrum eſt.* Et Hierocles apud Stobæum: *Oportet leges patrias, tanquam alteros Deos, obſervare.* Nempe *leges vetuſtæ, leges & rectiſſimæ*, ut Latinus habet verſus.

(t) *Lex omnis ea prohibent, quæ ſunt inhoneſta*) Si modo lex eſt vera. Bene Cicero de leg. I. *Vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemq; virtutum.* Et

lib

delikt är/ ok ſkadelikt/ ok genwärdogt är manna ſamhalde.

LVI. Nu är thet twäggiahanda rätwiſa/ thr kununger ſkal ekannelika hawa: thet är rätwiſa i lagen/ ok i laga domom. Han ſkal ey wara wildogr i domom ſinom/ ey före winſkap álla owinſkap nokors mans/álla nokra handa ſaki; ok ta är han bade täkkr Gudi ok mannom.

LVII. Annor rätwiſa är thön han ſkal hawa/ thet är rättr ſamnadr manna mellom/ hwat thet är i domom ellr androm athäwom. Lat

inhoneſta, (u) & damnoſa hominum inter ſe conſociationi.

LVI. Eſt autem duplex juſtitia, qua ſeorſum præditos eſſe Reges oportet: (x) una reſpectu legum, & ſententiarum ſecundum leges. Nec enim in ſententia dicenda ſequi animi ſui perturbationes debet, (y) amicitiam vel odium cujuſquam, vel rem ullam; ita Deo & hominibus eſt amabilis.

LVII. (z) Altera qua eſſe debet præditus juſtitia eſt, (a) recta inter omnes proportio, ſive in judiciis, ſive cæteris in negotiis. Sinat

lib. 11. *Eſt lex juſtorum injuſtorumq; diſtinctio, ad illam antiquiſſimam, & rerum omnium principem naturam expreſſa, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, defendum, & tuentur bonos.* Habent tamen leges contrarias malæ reſpublicæ, & quis neget, quando ipſis debent eſſe ſimiles? Sed ut illæ non reſpublicæ ſunt veræ, ac potius aberrationes & vitia earum, ita neq; leges earum proprie ſunt leges. Vera lex eſt *juſti injuſtiiq; regula*, ut ait Seneca IV. Benef. 12.

(u) *Et damnoſa hominum inter ſe conſociation'*) Hoc poſterius eſt, quod lex agit, quod bene obſervandum. Primum præcipit juſta & honeſta, poſtea quæ utilia ſocietati; non vice verſa utilia primum, deinde honeſta. Primum quia multa honeſta, nec tamen ſtatim ſervientia ſocietati, & ei utilia. Deinde, quia nihil ei vere utile, niſi quod ſimul honeſtum, aut certe non repugnans honeſtati. Vide Ciceronem toto de officiis lib. III. Sic Iſocrates ad Nicoclem: *leges quære in univerſum æquas & utiles.*

(x) *Una reſpectu legum*) Per hanc intelligit judiciariam juſtitiam, quam obſervare tenetur in cognoſcendis cauſſis.

(y) *Amicitiam vel odium*) quippe quibus omnis veritas in judicando corrumpitur. Charondas in proœmio legum: *Principes juſte præeſſe oportet ſubditis, tanquam liberis ſuis, inimicitiam, amicitiamq;, & iracundiam in judicando ſopientes.* Iſocrates ad Nicoclem: *De controverſiis, civium ſententias ne ad gratiam ferto.* Saresber v. Pol. c. 12. *Omnes carnis & ſanguinis religio judiciaria propellit affectus, evacuans iram & odium, metum & amicitiam, quia, ut* ait Julius Cæſar, *haud facile animus verum providet, ubi iſta officium.*

(z) *Altera, qua eſſe debet præditus juſtitia*) Per hanc intelligit juſtitiam vitæ actionumq;, quando nil committit, quod juſtitiæ repugnat, in negociis quibuſcunque cum aliis, quam juſtitiam rectoriam ſeu imperatoriam vocare poſſumus.

(a) *Recta inter omnes proportio*) Si textus non eſt vitioſus, de quo valde dubito, illud velle videtur, oportere ſecundum juſtitiam ante dictam ſervare proportionem juſtam regem in ſuis actionibus, ſic ut attendat merita cujuſq;, ac ſecundum illa tribuat, quod æquum eſt.

Lat hwariom hawa ſit egit / ok hwariom thet hanom bör til rätta/ ſpakum mannom frid ok frelſe/ fromum ok dygdelikum mannom hedr ok ära/ tiuwom ok ilgiärninx mannom ſkam ok fördärwilſe äpte brutum thera.

LVIII. Wiſe måſtara the lika ok almanna ſamhälde wid manz likama. Ty at ſwaſom likamen hawer hierta/ thet ſum ſtyri allom likamens limom ok athäwom/ ok han hawer huwd/ ok främbr alt hans ſtyrilſe: i höſdom är hiärne/ ther hawer try ſtyrilſe: Then förſta lutren af hiärnanom/ han wäkkr up hug ok athäwe likamens: Then andra wägr med ſik ſielwom ok dömer hwat är görande älla latande ſom huxat är: Then tridi är äptarſte luteren/ han minniz thet huxat är/ ok med ſkälom gripit ok wägit:

LIX. Swa ſkal godr kununger huxa hwat almogans tarf ellr ſkadi

nat quemlibet habere (b) quod ſuum eſt, & cuivis jure debetur, quietos pacem & tranquillitatem, probos & honeſtos decus & honorem, fures & ſceleratos dedecus & ſupplicium, pro quorumlibet delicto.

LVIII. (c) Viri ſapientes ſocietatem civilem aſſimilant membris corporis humani. Ut enim corpus habet cor, quod regit membra ejus cuncta, & eorum negotia, & habet caput, quod gubernat omnia corporis cœpta; in capite vero eſt cerebrum, cujus triplex regimen: & ut (d) primi ſors excitat deſideria et cupiditates corporis, ſecundi ſecum examinat judicatque, quid fieri vel non fieri debeat eorum, quæ deſiderantur, tertii & poſtremi, approbat eadem, & cum ratione arripit ſeligitque:

LIX. Ad eundem modum Rex bonus conſiderare debet (e) quæ multi-

(b) *Quod ſuum eſt*) Non reſpectu juris aut dominii, verum meriti. Quomodo Germanis nobis ſein recht wiederfahren laſſen/ h. e. *tribuere cui jus ſuum.* Uſurpatur & de iis, qui afficiuntur pœna, & Latinis *pœnæ debitæ* dicuntur.

(c) *Viri ſapientes*) Quinam hic intelligantur, mihi incompertum eſt. Video quidem apud Ægidium parte II. lib. I. c. II. juſtitiam diſtributivam comparari membris prout referuntur ad cor, verum recedit Noſtri comparatio in plurimis ab iſta.

(d) *Primi ſors*) Ita habent Svetica, vult autem hanc cujuſque regiminis conditionem eſſe. Intelligit vero imperium ſeu regimen appetitus, intellectus, atq; voluntatis.

(e) *Quæ multitudini ſint utilia*) Quia ſalus civium ſuprema lex, quam attendere Rex bonus debet ante omnia. Euſebius apud Stobæum: *Principem non ob quæſtum privatum, ſed ſalutem cuſtodiamq; ſubditorum omnia facere oportet, ſic, ut ipſos, quoad efficere poteſt, illæſos, & in felici ſtatu ei, qui credidit, reſtituat.* Jamblichus apud eundem: *Hunc ſibi finem proponit honeſtus princeps, ut ſubditos felices efficiat. & tum ſane præ cæteris, qui ab eo gubernantur, inprimis eximius eſt, cum illi beatam vitam agunt, qui ſeipſos ei commiſerunt.*

Ponde

dt ma wara/ han ſkal ok thet wä-
ga med fullum ſkiälum/ huru gö-
rande är älla latande. Han ſkal
ok minnas/ thet almogans gagn
älla ſkadi hawer warit/ älla war-
da ma.

LX. I höfdino äru ok ögon
then ey atenaſt ſea ſina tarf/ vtan
the ſea ok hwad likamen ſkal göra
älla flya: Sa ſkal ok godr ku-
nungr ſea med förhuxan ſinne
hwad almoganom ma wara tarf
älla ſkadi. Ok ſwaſom blindr li-
kame/ then ey hawer ögon/ han
ma koma i margfaldan wada/ um
han hawer ängan then han lede äl-
la gömer: Swa är ok then almo-
ge ſum hawer then kunung ellr
höfdinga/ ther änkte kan förehuxa
älla

multitudini ſint utilia vel damno-
ſa,&(t) ponderare per ſufficientes
rationes, quid faciendum, quidve
omittendum ſit. Ea deniq; me-
miniſſe, quæ multitudini(g) utilia
damnoſave aut fuerunt olim, (h)
aut eſſe aliquando poſſunt.

LX. In capite ſunt & oculi,
qui non modo cernunt res ſibi ne-
ceſſarias, ſed & quæ corpori faci-
enda fugiendaq; ſunt: Ita provi-
dere quoq; Regem bonum ſua co-
gitatione oportet, quæ multitudi-
ni utilia poſſunt eſſe, vel damnoſa.
Et ſicut corpus deſtitutum oculis
in varia poteſt pericula incidere,
niſi habeat a quo ducatur, vel cu-
ſtodiatur: Ita res ſe habet cum
multitudine, quæ a tali rege guber-
natur, (i) qui nequit providere
monereq; multitudinem de iis,
quæ

(f) *Ponderare per ſufficientes rationes*) Quoniam videntur interdum utilia publicè, quæ ſunt noxia. Quoniam ſæpe, quæ revera ſunt utilia, tantis ſunt conjuncta difficultatibus periculiſve, ut conſultius ſit ea omitti, quam publicum in diſcrimen non neceſſarium, & cujus anceps eſt eventus, adducere. Rectè Cicero de Off. 1. *Ad rem gerendam qui accedit, caveat, ne id modo conſideret, quam illa res honeſta ſit, ſed etiam ut habeat efficiendi facultatem.* Biantis dictum eſt, *conſidera, & poſtea rem aggredere.*

(g) *Utilia damnoſave aut fuerunt olim*) Etenim *ſi præteritorum memineris, & de futuris rectius conſultabis*, ait Iſocrates. Cæterum ad hanc rem cognitio hiſtoriarum neceſſaria, quoniam in iis præterita cuſtodiuntur & ſervantur ab oblivione. Atq; ideo & Ariſtoteles 1. Rhetor. c. 5. *utiles ad publicas deliberationes rerum geſtarum memoriæ.*

(h) *Aut eſſe aliquando poſſunt*) Quod per ſolam unicamq; obtineri poteſt prudentiam, cujus hoc officium eſt proprium, propriaq; facultas, quæ ob hoc *providentia* vocari ſolet, & *per quam futurum aliquid videtur ante quam factum ſit.* Vide Auctorem ad Herennium 11. Talis fuit in Themiſtocle, de quo propterea Cornelius Cap. 1. *Neq; minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis erat, quod & de inſtantibus veriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat.* Terentius in Adelph. *Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes eſt, modo videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere.*

(i) *Qui nequit providere*) id eſt, in gerendis rebus cœcus ac imprudens eſt. Pulchre Cominæus lib. 111. Comment. *Nulla majori clade populum Deus affligere poteſt, quam ſi Prin-*

ålla warna thet almoganom ma warda tarf at/ ålla förderwilse.

LXI. J höfdino åru ok öron/ the höre ey atenast hwad thöm år med ålla mote/ utan göma ok likaman med thy: Swa skal ok godr kunungr höra ok göma hwat almogan warda.

LXII. J höfdino år ok mundr/ ok tunga all likamanom til tarwa: Swa skal ok godr kunungr/hawa mun ok måle til almogans tarwa.

LXIII. Ok å mån likamen hawer sit huwd helt ok helbregdo utan last ok lyte/ ta ma han wål liwa: Swa ok almoge the kunung ok höfdinga hawer rätwisan ok hel-

quæ ipsi possunt esse salutaria vel exitiosa.

LXI. Aures quoque sunt in capite, quæ non ea modo audiunt quæ sibi grata sunt vel adversa, sed & per hæc corpus ipsum custodiunt: Similiter & (k) Regem oportet audire custodireq;, quæ multitudini sunt desiderabilia.

LXII. In capite præterea os lingvaq; est in omnes usus corporis: Sic & Regem (l) os lingvamq; oportet habere in omnes usus multitudinis.

LXIII. Et si corpus salvum modo caput habeat sanumque citra vitium aliquod aut defectum, vitam ipsam servare potest: Eodem modo multitudo (m) si Regem Principem-

si Principem ei præficiat stolidum & imperitum, neq; enim dici potest, quam multa hinc oriantur incommoda. Eccles. 10. *Rex insipiens perdet populum suum.*

(k) *Regem oportet audire*) Neq; hoc per familiares solum atq; internuncios, sed ipsum quoq;. Ausonius ad Gratianum: *Laudabile est, Imperatorem interpellantibus faciles præbere aditus, nec de occupatione causari.* Quomodo Henricus tertius qualibet hebdomade ter admittebat, quicunq; vellent. Similis Trajani quondam cura & facilitas. Unde Plinius in Panegyr. c. 79. *Videmus, ut provinciarum desideriis, ut singularum etiam civitatum precibus occurrat. Nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora. adeunt statim, dimittuntur statim.*

(l) *Os lingvamq; oportet habere*) Quibus expediat negocia regni graviter decenterq;. Turpe namq; Principi *aliena facundia egere*, quod in Nerone annotarunt viri periti apud Tacit. XIII. An. c. 3. Sane *Princeps, qui alterius eget opera, ut quæ secum ipse reputat, eloquatur, statua elinguis est potius, quam principis dignus nomine.* Saavedra Symb. 4. Adde, quod quæ alieno proferuntur ore, vitiose aliquando proferantur, unde difficultas, cum nec servari utiliter, nec revocari decenter queant. Quod, quæ alieno proferuntur ore, minus habeant auctoritatis efficaciæq;, cum magis animos percellat penetretq; vox ab ipso Principis ore sacro profecta. Plutarchus in Polit. *Rempublicam qui gerit, non gubernatrice modo mente præditus esse, sed in se ipso habere debet facultatem orationis, qua imperia tradat, ne aliena opus habeat voce.* Igitur Manuel Imper. Or. 1. ad Filium: *Bonus Princeps, & qui bonis aliquibus præest, etiam præceptis eloquentiæ recte instructus esse debet.*

(m) *Si Regem Principemve habeat sanæ integræq; rationis*) Quoniam hujus beneficio explere poterit defectus, & damna, si quæ acciderunt, resarcire. Atq; huc respexerunt & Macedones, quando apud Curtium lib. IX. c. 6. sic ad Alexandrum: *Quanta-*

helbregdo til ſinna ſkiåla / ta ma han ſikr liwa.

¶ LXIV. The tridia dygd ther kunungr ok höfdinge ſkal hawa/ är thet at han ſe ſtadugr i hug/ ok ordom/ ok i athäwom ſinom.

LXV. Han ſkal ey ſkipta ſkaplynde ſit wid hwart ord/ ok hwatna thet hanom kan tilkoma.

LXVI. Han ſkal wara ſtadugr ok ey hwinkande i ordom ok radgärd ſinne. Han ſkal ok ey lowa thet han wil ey halda / älla han förma ey halda. Ty at thet är ok odygd

cipemve habeat ſanæ integræque rationis, ſalva poteſt eſſe.

LXIV. Tertia virtus, qua Reges Principeſque præditos eſſe oportet, animi & (n) dictorum & factorum eſt conſtantia.

LXV. Placita ſui animi non (o) ad quodvis immutare debet vocabulum, & obvia quævis arripere.

LXVI. Conſtantem eſſe decet, minimeque vacillantem in verbis & conſiliis ſuis. (p) Nec promittet, quod non cogitet, (q) vel nequeat præſtare. (r) Turpe namque

Quamlibet vis omnium gentium conſpiret in nos; impleat armis viriſq; totum orbem; claſſibus maria conſternat; inuſitatas belluas inducat; tu nos præſtabis invictos.

(n) *Dictorum & factorum eſt conſtantia*) Quæ una voce *fides* appellatur, ut ex Ciceronis 1. de Offic. apparet. Pertinetq; ea non ad pollicitationes ſolum, contractus, pacta, ſed & omnem Principis orationem, omnia facta, cum in his omnibus nil ſimulati fucatiq; debeat videri, non modo, quia honeſtati parum hoc conveniens, verum multo magis, quia eſt adverſum illi magnitudini, quæ Principem eximit communi hominum ſorti, contraq; ſi negligatur arguit infirmitatis, ſive judicii, ſive rerum aliarum reſpectu, cum ad ſimulationes, dolos, & id genus nemo veniat, niſi qui apertis viribus diffidit.

(o) *Ad quodvis immutare debet vocabulum*) Sive ſvadentis, ſive judicantis. Sunt enim aliqui, qui quo recentior & poſterior cujuſq; eſt ſententia, hoc putant meliorem: nulli diu, & cum ratione immorantes, ſimiles calamis, quos ventus quilibet pro arbitrio impellit. Alios terrent fama, & quælibet dicteria, & ex eis ſuum animum immutant. Rudes nimium, vel nimium meticuloſi.

(p) *Nec promittet, quod non cogitet*) Quod nonnulli faciunt decipiendi ſpe per immania promiſſa. Talis fuit Philippus, pater Alexandri, *qui plura promittebat, quam præſtabat*, ut Juſtinus ait, lib. 9. c. 8. Bene Amiratus Diſſert. lib. xix. d. 8. *Qui præſtare non vult, ne polliceatur.* Æneas Sylvius de Sigiſmundo Imperatore: *Exigenti promiſſa veterano militi cum diceret, immoderata fuit petitio tua, reſponderetq; miles, poteras honeſte negare, cum peterem, nunc promiſſum honeſte reſcindere non potes: Ergo, ait Sigiſmundus, levius rerum quam famæ jacturam ſubibo.*

(q) *Vel nequeat*) Quod faciunt aliqui ex metu offenſionis, aut diſcriminis, alii infirmitate, quia non ſuſtinent negare, alii levitate, interdum & gratificandi ſtudio. Sicut de Tito Svetonius: *In deſideriis omnium hominum obſtinatiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret. Quin & admonentibus domeſticis, quaſi plura polliceretur, quam præſtare poſſet: non oportet, ait, quenquam a ſermone Principis triſtem diſcedere.*

(r) *Turpe namq;*) ſive nolis, ſive non poſſis, cum levitatis & infirmitatis alterum, alterum

odygd ok omänſka ey halda ord ok lofwan ſina. Ok är bättre minna lofwa ok tala/ ok bätr halda.

LXVII. Then fierda howdygd/ ther kununga ok höfdinga ſkulu hawa/thet är hoffämi i maat ok dryk ok allom athäfwom/ ſom för är ſagt. Hwilkin kunungr älla höfdinge ſik göme ey för ofåta ok ofdrikkio/ han wardr otäkkr af allom godom ok witrom mannom/ ty at thet är orent ok udygdelikt liwerne. Han ma ok ey ſiwa hawa al

que eſt ac indignum viro, promiſſa fidemq; non ſervare. Meliuſq; pauciora polliceri loquique, plura vero præſtare.

LXVII. Quarta virtus principalis,qua Reges Principeſq; præditos oportet eſſe,moderatio eſt in cibo, potu, & actionibus omnibus, ut eſt ante dictum. Rex qui non cavet ſibi, a cibo & potu nimio, (f) fit inamabilis omnibus probis & ſapientibus, quia vita iſtiuſmodi (t) eſt ſordida & turpis. Sed (u) nec ratione ita uti plene poteſt, ut ſi

terum perfidiæ ſit nota. Prov. 7. *Non decet Principem labium mentiens.* Procopius lib. 11: Goth. *Turpe eſt cum aliis omnibus, quibus vel minima virtus cordi eſt, tum imprimis Principi viro mentiri ac fidem fallere.* Addit Amiratus: *Quisquis alteri fidem promiſſam negat, falſi tenetur. Mendacium autem ſervile peccatum eſt. Igitur Princeps, fidei ſuæ dubius in ſervilem naturam transformatur.* Quanquam ſint, qui nova ſapiendi temeritate cum Maria Scotiæ Regina cenſeant, *promiſſorum fidem â Principibus exigendam, quatenus eam præſtari ipſis expediat.* Quanto cordatius Franciſcus Rex Galliarum: *Etamſi fides toto orbe exſularet, tamen Regibus tenenda, qui ea ſola, & nullo metu cogi, adſtringive poſſunt.*

(f) *Fit inamabilis omnibus*) Qui enim amari poſſit is, a quo per luxuriam corrupto principale regiumve nihil poteſt expediri, nihil agi, ac ne cogitari quidem, quod ad uſum civitatis faciat? Adde, quod per luxum ejuſcemodi prodigantur opes, & exhauriatur fiſcus, mox per injurias & non neceſſaria tributa ſupplendus. Atq; ut hoc omittatur, quis tamen amet regem uni pabulo addictum? cum præſertim per hoc fere minuat corrumpatq; decus formæ corporiſq;, contemptibilemque ſeſe faciat. Juſtinus lib. XXI. c. 2. de Dionyſio: *In ſegnitiem lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumq; valetudinem contraxit, adeo ut non ſolem, non pulverem, non denig; ſplendorem ferre lucis ipſius poſſet. Propter quæ dum contemni ſe putat, ſævitia graſſatur, nec ut pater carcerem nexis, ſed cædibus civitatem replet. Ob quæ non contemptior omnibus, quam inviſior fuit.* Pollienus de Gallieno c. 4. *Quum belluationi vacaret, neq; aliter rempublicam regeret, quam cum pueri fingunt per ludibria poteſtates, Galli, quibus inſitum eſt, leves ac degenerantes a civitate Romana, & luxuriosos Principes ferre non poſſe, Poſthumium ad imperium vocarunt.* Optime Lycurgus apud Damaſcenum in Excerptis Valleſianis: *Delicias ac luxum ſervitus, malæq; artes, & contemptus ſequitur.*

(t) *Eſt ſordida & turpis*) Muſonius apud Stobæum ſer. 18. *Cum mediocritatis exceſſus nulla non in re vitioſus ſit, hac parte profecto* (de voracitate luxuriaq; agit) *maxime ſuam naturam prodit, liguritores & helluones ex hominibus in ſues aut canes, quod ad ingluviem transformans, omnis honeſtatis in geſtibus, viſu, eſuq; oblitos. Quid autem turpius, quam ita ſe præſtare circa victum, ut bruti potius animalis, quam prudentis hominis imago ſit?*

(u) *Nec ratione ita uti plene*) quoniam per luxuriam opprimitur. Cicero Tuſc. 4. *Quemadmodum temperantia ſedat appetitiones, & efficit, ut hæ rectæ rationi pareant, conſervatq; conſiderata judicia mentis: ſic hanc inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat.*

al ſin ful ſkiäl ſom han ällas haſ-
de/ um han renlika ok hoſſamlika
liſde. Thöm laſtenom fylge giärnt
en fulare laſtr / at man fylgr of
mykit ſinom kötlikom luſta. Ok
hwilkin kununger älla höfdinge ſik
göme ey före thöm laſtenom/ han
ſa hwazke täkka älla hulla tieniſt
af undidanom ſinom: Ty at the rä-
das at han göri thöm laſt ok blygd
um husfruor ok ſyſtir/ok dottr the-
ra. Ok gör han thet/ ta wardr
han giärnt förderwadr at lif ok ä-
ro.

ſi ſobrie temperanterq; viveret. Et vitium hoc fere ſequitur aliud deterius, ſtudium ſequendi (x) voluptates carnis. Quiq; Rex non cavet ſibi ab hoc vitio, (y) eum nullo cives vel amore vero, (z) vel officio fido proſequuntur, quia metuunt ne dedecus & turpitudinem afferat (a) conjugibus ſuis, vel ſororibus, vel filiabus. Quod ſi facit, (b) exitium plerumq; vitæ dignitatiq; ipſius affertur. Porro

incitat. Idem in de Senec. *Voluptas rationi inimica impedit conſilium, ac mentis perſtringit oculos.* Juſtinus lib. XXXIV. cap. 2. de Ptolemæo: *Antiochus Ptolemæo regi Ægypti bellum infert, ſegni admodum, & quotidiana luxuria ita marcenti, ut non ſolum regiæ majeſtatis officia intermitteret, verum etiam ſenſu hominis nimia ſagina careret. Pulſus igitur regno eſt.*

(x) *Voluptates carnis*) Sic appellat fœdas libidines, ut ſæpe fit in Sacris litteris. Porro eſſe has intemperantiæ in victu comites res ipſa docet, vetuſq; dictum, *ſine Cerere & Bacchofriget Venus.* Pulchre Seneca in Hippolito Ac. 1. v. 204.

Quisquis ſecundis rebus exultat nimis,
Fluitq; luxu, ſemper inſolita appetit.
Tunc illa magnæ dira fortunæ comes
Subit libido.

Saresberienſis lib. VIII. Pol. c. 6. *Eſt libido cognata & conjuncta luxuriæ, cujus ſequela immunditia, finis indubitatus confuſio eſt.*

(y) *Eum nullo cives vel amore vero*) Nempe amor verus inter eos tantum, inter quos vera eſt fiducia. Quorum alter alteri ſuſpectus eſt, inter ipſos ne quidem amor verus eſſe poteſt. At vero Princeps libidinoſus eſt ſuſpectus omnibus, iis quoque, quos non læſit, quoniam qui plus poteſt, licet non faciat, tamen eſt formidini. Ergo recte dicitur non amari.

(z) *Vel officio*) Id eſt cultu reverentiaq;, quoniam quod gignit cultum, deſtruit in Principe hoc vitium, id eſt majeſtatem. Ovidius Met. 11.

Non bene conveniunt, nec eadem ſede morantur
Majeſtas & amor.

(a) *Conjugibus*) quas quilibet vir bonus honeſtuſq; diligit amplius quam vitam propriam, ac iccirco quovis modo mavult perire, quam ferre injuriam, ipſis illatam, æquo animo. vide Taciti Agric. c. 31.

(b) *Exitium plerumq;*) Ariſtoteles v. Polit. c. 10. *Multæ monarchiæ impreſſionibus infeſtatæ ſunt, eo quod monarchæ corpori alicujus contumeliam attulerunt.* Adde exempla ibi allata, & quæ prolixe memorat Chr. Forſtnerus ad lib. v. An. Taciti initium. Euripides apud Stobæum ſer. 3. *Nunquam in proſpero tuo imperii ſtatu turpes amores civium perſequere. Ferrum enim & laqueos allicit, qui pauperum bonorum liberos afficit injuria.*

Quod

ro. Nu ſem wi wál at al renfárdog diur ok fogla hawa ok álſka huart thera ſin maka ok blandas ey med androm til ſin kiutlika luſta/ok wita ſin tima/ ok blandas ey ſaman utan the wilia ok maga foſtr afla ok föda: Vtan mannen ther hawer ſkál ok ſiál ok ſamwit/ ok ſkal wita hwat dygdelikr ellr odygdelikr lifnadr ár/ han förgripr ſik mote dygd ok ſkiálum/ ok liwer fulika ok odygdelika i ſinom orenom lifnade. Ok hwilkin man ſwa liwer/ han ár wárre án man/ ok wárre án nokot renfárdogt diur/ ok ár likare föde án manna.

ro ſatis cernimus unumquodq; animalium aviumq;, (c) quod eſt purum, ſuam amare femellam, nec ſe admiſcere aliis corporeæ voluptatis cauſa, (d) obſervareque tempus idoneum, neq; congreſſus facere, niſi quando procreare volunt poſſuntque ſobolem. Homo tantum, cui eſt data ratio, & mens, & conſcientia, & qui ſcire debet, quæ ſit honeſta, quæ contra turpis vita, in virtutem rationemq; peccat, turpiterq; vivit atq; inhoneſte in fœda vita. Et quisquis ita vivit, deteriorem humana vivit vitam, pejorq; eſt beſtia puriore, (e) propiorque feris, quã hominibus.

LXVIII. Then femta dygd ther kunungom ok höfdingom máſt til höre/ thet ár mildlekr. Ty at hwilkin kunungur álla höfdinge ey ár mildr af godz ok penningom ſinom/

LXVIII. Quinta virtus, quæ præcipue ad Reges Principeſque pertinet, (f) eſt liberalitas. Quicunque enim Rex non liberalis eſt bonorum & pecuniarum, (g) is nun-

(c) *Quod eſt purum*) eo ſenſu, exiſtimo, quo in Sacris litteris vocantur pura quædam. Sed ſic inſervire nimis propoſito ſuo videtur. Nec enim in iſtis omnibus hoc deprehendas. Faciunt hoc columbæ quidem, at non oves, non vaccæ, niſi putes id unum in his reſpicere laudareq;, quod non voluptatem quærant, verum prolem.

(d) *Obſervareq; tempus idoneum*) Plinius lib. x. c. 63. *Cæteris animalibus ſtati per tempora anni concubitus, homini omnibus horis dierum noctiumq;. Cæteris ſatietas in coitu, homini prope nulla.*

(e) *Propiorq; feris*) B. Auguſt. lib. 1. de Nup. & Con. c. 4. *Copulatio maris & feminæ generandi cauſſa bonum eſt naturale nuptiarum, ſed iſto bono male utitur, qui beſtialiter utitur, ut ſit ejus intentio in voluptate libidinis, non in voluntate propagnis.*

(f) *Eſt liberalitas*) Convenit plane Salluſtius in bello Jugurtino quando ait: *Regem armis, quam magnificentia vinci, minus flagitioſum eſt.* Hilbert Turon. Ep. 3. *Regia manus melius donativo ſplendet, quam ſceptro.*

(g) *Is nunquam obtinet amorem verum*) Regi ergo exercenda liberalitas, non ſolum, quoniam honeſtum eſt, ſed & quoniam ipſi utile, quippe qui per eam ſuis ſeſe reddat amabilem. Cicero lib. 1. de Fin. *Liberalitate qui utuntur, benevolentiam ſibi conciliant, & charitatem.* Senec. 11. de Benef. c. 18. *Beneficiorum ſacratiſſimam jus, ex quo amicitia oritur.*

bonam

nom / han ſa aldrei fullan kärlek ålla goda frågd/ af ſinom vndida-nom. Ok ty åt kununga ok höfdinga ſtanda mykit åpte goda frågd / ty förgripa the opta ſik i ſinom gawom/ warda flere urgytia än dygdelika milde. Ok ty ſkulu the wita hwat rättr ok dygdelikr mildlekr är.

nunquam obtinet amorem verum, (h) bonamve exiſtimationem a ſuis ſubditis. Cumq; Reges Principeſq; plerumque bonam aliorum de ſe (i) exiſtimationem famamque vehementer deſiderent, ſæpe (k) in muneribus offerendis peccant, pluſque evadunt profuſi, quam cum honeſtate liberales. Quare ipſos ſcire oportet, quæ ſit vera liberalitas.

LXIX. Swa ſigia wiſe mäſtare : Al dygd är mit mellen twägg-

LXIX. Ajunt autem (l) Philoſophi, omnem virtutem eſſe mediam

(h) *Bonamve exiſtimationem*) famam, gloriam. Hoc enim alterum eſt, quod præſtat liberalitas, regi non minus neceſſarium, quam amor. Saresberienſis lib. VIII. Polic. c. 2. *Inter ipſa virtutis opera cenſentur gloriæ amplioris, quæ de liberalitatis aut magnanimitatis fonte proveniunt. Ea enim favore populari clarius efferuntur, & videntur eſſe præcipuæ, quæ magis ardua ſunt, vel quæ pluribus proſunt. In his tamen longe liberalitas antecellit.* Libanius in loco communi contra tyrannum : *Non vides, alias eſſe vias, quibus fas eſt auctoritatem comparare, nec jus violare, quibus ingreſſi plerique, civium celebritatem cum benevolentia nacti ſunt. Ecquæ nam illæ ſunt! Opibus abundas, largire, ſponte ſuppedita. Utere divitiis, in quos par eſt, ſic ut ob liberalitatem ſis admirationi.*

(i) *Exiſtimationem famamq; vehementer deſiderent*) Non modo, quia *in maximis ſplendidiſſimiſq; ingeniis exiſtunt honoris gloriæq; cupiditates*, ſicut ait Cicero lib. 1. Off. & *fax mentis honeſtæ, gloria*, ut habet Silius : ſed &; quia rerum gerendarum maximum eſt adjumentum, fama. *Primus & maximus eſt politicorum exiſtimationis uſus, quod auctoritas iis aditum ad res gerendas conficit*, inquit Plutarchus in Politic. Imo, quia geſtarum bene rerum maximus hic fructus Regibuſq; bonis gratiſſimus. Euſebius apud Stobæum : *Boni Principis hoc unum proprium eſt lucrum, & inſtar infinitorum altorum, omnia ſic facere, ut & in ipſo imperii tempore, & poſt id, juſtitiæ ac honeſtatis omnis a civibus teſtimonium habeat.* Et vix poteſt eſſe fama bona niſi ex virtute. *Opes etiam improbis contingunt*, ait Iſocrates ad Nicoclem, *gloriam vero parare non poſſunt, niſi virtute præſtantes.* Quare ubi gloria, ibi opinio de virtute. Ubi porro eſt opinio virtutis, ibi ſimul perſvaſio debiti imperii, & reverentia, & obſequium, ſine quibus nihil magni poteſt in civilibus negociis expediri. Bene igitur Polybius : *Argentum quidem & pecunia eſt communis omnium poſſeſſio, at honeſtum, & ex eo laus & gloria, Deorum eſt, aut eorum, qui a Diis proximi cenſentur*, hoc eſt Regum : Et Iſocrates in Epiſtoia ad Philippum, quæ eſt tertia : *Alterius alicujus rei cupiditate inſatiabili æſtuare, non eſt honeſtum : nam pleriſq; probatur mediocritas ; Sed magnam illuſtremq; gloriam deſiderare, nec ejus unquam ſatietate affici debent, qui aliis multum antecellunt.* Tacitus II. An. c. 38. *Cætera Principi ſtatim adſunt ; unum inſatiabiliter parandum, proſperæ ſui memoriæ*, & fama.

(k) *In muneribus offerendis peccant*) Nimirum verum eſt, quod ait Piſo de Othone, *perdere multi ſciunt, donare neſciunt.* Vide Tac. 1. Hiſt. 30.

(l) *Philoſophi*) Ariſtoteles lib. II. Nic. c. 6. & lib. II. Eudem. c. 5. Plutarchus in de virtute Morali, atq; alii.

twäggia udygda. Nu är nidſkapr odygd / um man haldr alt kwart hwat han giwande är. Swa är ok urgytia annor odygd / um man giwer alt hwat ey giwande är. Ok ther mit imellen är rättr mildlekr / ta man giwer thet giwande är / ok haldr thet kwart / ſom ey är giwande / ok hura hwat / hwem / ok hwi han giwa wil. Ok ty / hwar ſom wil älſka rättan mildlek / han ſkal hura om thet han giwa wil / um thet är hanom qwämelikt ok ſkadalöſt / thylik ting giwa thöm thet bedas / ok än hanom ſe qwämelikt ſom bedes thylik ting af ſwa manne tiggia.

LXX. Thet ſix af enom wiſom kununge at en biddare bad han ſit

diã inter duo vitia. Jam vero (m) vitium unum eſt tenacitas, cum ſervantur omnia, quæ debebant dari. Eodem modo vitium eſt alterum profuſio, cum dantur ea, quæ dari non debebant. Inter hæc duo vera eſt liberalitas, cum datur, quod dari debet, retinetur, quod retineri debet, conſideraturque, quid, cui, quaque ratione aliquid ſit dandum. Quisquis ergo amat veram liberalitatem, de eo, quod vult dare, (n) cogitare debet, an ſibi ſit commodum, (o) nec damnum afferat, dare hoc ei, qui petit, & ſi ei, qui petit, commodum ſit hoc expetere ab ipſo.

LXX. Ferunt (p) a ſapiente Rege mendicum quendam petiiſſe munus.

(m) *Vitium unum eſt tenacitas*) Ariſtot. 1. Magn. Mor. *Prodigus eſt, qui, ubi non decet, & quantum non decet, & quando non decet, impendit; Tenax, qui non impendit ubi decet, & quantum, & quando decet; Liberalis, qui ubi, quantum, & quando decet, impendit.*

(n) *Cogitare debet, an ſibi ſit commodum*) Hoc eſt tale, quod ſine damno proprio & metu repetendi cum dedecore ab aliis, præſtari queat. Seneca 11. de Benef. 15. *Dabo egenti, ſed ut ipſe non egeam; ſuccurram perituro, ſed ut ipſe non peream, niſi ſi futurus ero magni hominis aut magnæ rei merces. Nullum beneficium dabo, quod turpiter peterem.* Scilicet *etiam ſimplicitas ac liberalitas, ni adſit modus, in exitium vertuntur*, ait Tac. 111. Hiſt. 86. Itaq; in largitione *cavendum, ne fontem ipſum benignitas exhauriat*, quod prudenter monet Cicero de offic. lib. 1. Non modo quia alias *benignitate benignitas tollitur*, ut idem ibi ait, verum etiam quia iſtiuſmodi *largitionem ſequuntur rapinæ. Cum enim dando egere cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur*, quod rurſum dicit Cicero de Offic. 11.

(o) *Nec damnum afferat*) Seneca de Benef. 11. c. 14. *Sunt quædam vocitura impetrantibus, quæ non dare, ſed negare beneficium eſt. Æſtimabimus itaq; utilitatem potius, quam voluntatem petentium.* Cicero de Offic. 1. *Videndum eſt primum, ne obſit benignitas iis ipſis, quibus benigne videbitur fieri. Nam qui gratificantur cuipiam, quod obſit illi, cui prodeſſe velle videantur, non benefici, neq; liberales, ſed pernicioſi aſſentatores judicandi ſunt.* Quomodo aſſentatores? quoniam nullo alio reſpectu habito, ſimpliciter ad arbitria petentium ſe componunt. Dicunt, *ſcio, hoc illi non profuturum, ſed quid faciam? rogat, reſiſtere precibus ejus non poſſum*, ut eorum voces reddit Seneca prædicto loco. *Quid autem turpius, quam ut nihil interſit inter odium & beneficium?*

(p) *A ſapiente rege mendicum*) Non dubito, quin Thraſyllum Cynicum intelligat, & Antigonum Regem. Hiſtoriam deſcribit Plutarchus in Apophteg. & Seneca 11. Benef.

ſik nokot giwa. Of Kunungen ſpurde / hwad han wilde hawa. Biddaren ſagde: Thet höre ider wäl til enom rikom kununge giwa mik hundrada markr ſilwers. Kunungen ſwarade: Thet är ſant/ mik höre wäl til giwa ſwa mykit ålla mera/ än ey ſwa manne ſom tu äſt. Ta ſagde biddaren: Giwin mik ta en penning/ thet iak är wan tiggia. Kunungen ſwarade: Thet ſämer ey mik ſå litit giwa/ of wijt thet tik ſielfwum at tu owiſlika bedes.

munus. Regem interrogaſſe, quid deſideraret. Reſpondiſſe mendicū, conveniens eſſe Regi tam diviti ac opulento, ut donet centum pondo argenti. Ad quem Rex: verum equidem, convenire mihi, ut dem tantum atq; amplius, non vero tali, qualis tu es. Tum qui munus exigebat: ergo da nummum unum, quem petens ſtipem vulgo impetrare ſoleo. Cui Rex: non eſt conveniens mihi dare munus tam exiguum, tibiq; imputa, (q) qui tam imprudenter petis.

LXXI. Nu ſkal of witur man hura at han giwi ey a roſom ålla häggoma luſ/ ty at thet är alt tapat ſwa giſs.

LXXI. Porro virum ſapientem non id deſiderare oportet, ne (r) ob laudes vanaſq; prædicationes det, quia (ſ) quicquid ex hac cauſa datur, perditur.

LXXII. Thet ſigia of wiſa of helga mån: Thet är ey bätra lowas

LXXII. Ajunt nempe (t) viri ſapientes ſanctique, non eſſe melius

Benef. c. 17. Verum reprehendit Seneca hoc nomine Antigonum: *Turpiſſima*, inquit, *eſt ejusmodi cavillatio. Invenit, quomodo neutrum daret. In denario regem, in talento Cynicum reſpexit, cum poſſet & denarium tanquam Cynico dare, & talentum tanquam rex.*

(q) *Qui tam imprudenter petis*) Omnino enim etiam petendum eſt cum judicio, ne offendamus magis, quam exoremus. Poteſt ſuo modo huc accommodari, quod ait S. Jacob. Ep. c. 4. *Petitis, & non accipitis, eo, quod male petatis.*

(r) *Ob laudes vanas*) Cicero de Offic. 1. Fieri hoc ſæpe docet, præſertim ab iis, qui in publicis muneribus verſantur. *Videre licet, ait, pleroſq; non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, quo videntur ab oſtentatione magis, quam a voluntate proficiſci.* Verum ſubdit Cicero: *Talis autem ſimulatio vanitati eſt conjunctior, quam nunc liberalitati, aut honeſtati.* Atq; ita & Ambroſius lib. 1. c. 30. *Nec illa perfecta eſt liberalitas, ſi jactantiæ cauſſa magis, quam miſericordiæ largiatis.* Jam quoniam jactantia eſt vana, non poteſt ex ea profecta liberalitas non deſpicabilem facere auctorem ſuum.

(ſ) *Quicquid ex hac cauſſa datur, perditur*) Nam qui jactatione tribuunt beneficia, iis fere tribuunt, a quibus ſperant expectantq; gloriam & laudes. At vero ad hujuſmodi laudationes paratiores eſſe adulatores conſueverunt, quam viri ſerii ac graves. Quod autem datur adulatoribus, perditur, quia indignis datur. Sunt enim adulatores fere homines pravi, ſine virtute meritiſq;, ac ob id in una adulatione ſpem eliciendi beneficii reponentes.

(t) *Viri ſapientes ſanctiq;*) Quos intelligat, necdum bene ſcio. Legiſſe quid hujuſmodi in Syracide opinor.

was af fulom mannom ok ondom ſkalkom/án lowas fóre onda ok fula gárninga.

LXXIII. Nu um kununger kan warda antiggia nidingr álla urgytia/ſwa ár urgytia bátre án nidingr: Ty at hanom ma penninga ok godz at winnas huru han thóm hálſt fórgór/ med dygd álla laſt. Án thet ár otolande at kununger álla hófdinge ſe nidingr/ ty at thet laſt ár och blygd ok mykil ofrágd.

lius, (u) laudari a turpibus & flagitioſis, quam propter fœda & flagitioſa commendari.

LXXIII. Quod ſi tamen Rex alterutrius eſſe debet generis vel tenax, vel prodigus, (x) prodigus melior eſt, quam tenax, quia opes & pecuniæ ab ipſo poſſunt impetrari quocunq; modo eroget, honeſto an vitioſo. At vero Regem Principemve tenacem eſſe, intolerabile, quia fœdum, & indecorum, & cum multiplici infamia conjunctum.

Thet Regi-

(u) *Laudari a turpibus*) Quia laus eſt veluti judicium de re aliqua: judicant vero homines pro ratione ſui animi. Quare ſi quid laudat homo fœdus, ipſum per hoc fœdum poteſt videri, quia non laudaret, niſi animo ſuo ac ingenio conveniret. Atque ita plane Cicero in Or. in Piſon. *Laudatio hominis turpiſſimi mihi ipſi erat pæne turpis.*

(x) *Prodigus melior eſt*) Sequitur judicium Ariſtotelis, ut opinor, qui pariter lib. IV. Nicomach. c. 3. *Prodigus avaro multo melior videtur eſſe, cum propter eas cauſſas, quæ diximus,* (quia poteſt reverti ad ſanitatem & mediocritatem) *tum, quod hic juvat multos, ille neminem atq; adeo ne ſe ipſum quidem.* Sed ibi Ariſtoteles non agit de Rege Principeve, cujus alia eſt conditio. Nam cum ſine opibus conſiſtere is nequeat, non modo ſi vitam ejus attendas privatam, ſed & negocia, quæ reipublicæ cauſſa ei gerenda, fieri profecto nequit, quin per immodicas largitiones & prodigalitatem exhauſtus, in exactiones graves aut rapinas vertatur. At hoc regi facit longe majorem invidiam, quam poteſt gratia eſſe, per profuſionem quæſita, *nec tanta ſtudia aſſequitur eorum, quibus dedit, quanta odia eorum, quibus ademit,* ſicut Tullius II. de Officiis teſtatur. Cum Præſertim *amicitias qui magnitudine munerum non conſtantia morum continere putat, mercatur magis, quam habeat,* velut ait Tacitus lib. 3. Hiſt. Bene Plinius Paneg. c. 27. de prodigo Principe: *Largiatur & auferat, alat & occidat, ne ille in tam brevi tempore effecerit, ut omnes non poſterorum modo, ſed ſui parentumq; pœniteat.* Scilicet largitiones iſtæ quantæcunq; ſint, ad paucos tantum veniunt; at onera & exactiones fere pertinent ad omnes. Quare *nihil largiatur Princeps, dum nihil auferat,* ſicut idem ait, habebit nihilominus, a quibus ametur colaturq;. Nam qui nil largitur, in neminem eſt injurius; at qui aufert, violat juſtitiam, ſine qua Rex nullus poteſt eſſe ſalvus. Et hæc aliorum eſt ſententia. Malunt parcum Principem, quam prodigum. Lipſius IV. Polit. c. 11. in marginalibus annotationibus aperte: *Turpes prodigi, laudabiles parci, & ſemper in multo ære.* Machiavellus in Principe cap. 15. *Princeps ne ſuos ſpolet, atq; ſeſe tueri ac ſuſtinere poſſit, in pauperiem item & contemptum ne recidat, aut ad rapinas ne adigatur, avaritiæ nomen parvi faciendum ducat, quia hoc unum vitiorum eſt, quod ipſum facit regnare.* Adde totum caput. Capitolinus de Antonino Phil. c. 23. *Ipſe in largitionibus pecuniæ publicæ parciſſimus fuit, quod laudi potius datur, quam reprehenſioni.* Sed nec hoc omittendum, quod prodigalitas cives reddat ignavos, & de mediis idoneis alendi ſeſe ſollicitos minus, dum a liberalitate Principis omnia expectant. Hoc intuitu Auguſtus quondam ſcripſit, *impetum ſe cepiſſe frumentationes publicas*

ut

LXXIV. Thet är ok digr hedr ok ära kunungom ok höfdingom hawa fagran ok renan kost/ ok fagra ok witra förſea/ af thy fa the lof ok goda frågd/ ok kärlek thera medh thöm vnganga.

LXXIV. Regibus Principibuſq; id quoq; multum honorabile & glorioſum, ut (y) nitido utantur (z) victu (a) cultuq;: inde enim bonam conſeqvuntur famam, & amorem eorum, qui cum ipſis verſantur.

LXXV. Thet ſömr ok wäl kununge

LXXV. Regem quoq; Principem-

in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum ceſſaret, uti memorat Svetonius Cap. 42. Item quod petaces petaciores, magiſq; impudentes faciat, quando cernunt nemini non ad opes regias apertam eſſe januam. Quod exhauſtum Principem, ſi ad rapinas nolit ſe convertere, faciat obnoxium civibus, & ſuſpenſum ab eorum arbitrio, atq; ſic quid aliud, quam precario imperantem? Quare illi optime, qui docent, Principem oportere liberalem eſſe, minus tamen noxium fore publico, ſi tenax ſit & parcus, quam ſi abſq; ullo judicio profuſus. Adde Ammiratum de Regis inſtitutione lib. 11. p. m. 937. Quod autem Ægidius lib. 1. Par. 2. c. 18. exiſtimat, reges eſſe prodigos vix poſſe, in eo vehementer fallitur. Nam ſi vel unicum Svetonii legiſſet Neronem, non potuiſſet non contrarium cenſere. Adeo ab illo Noſter, ſi ſecutus ipſum fuit, non juvatur.

(y) *Nitido utantur victu cultuq;*) Bene *nitido*, id eſt, tali, qui non ſordidus. Nam ſi ſordes omnibus ſunt indecoræ, quanto magis regibus, qui quanto alios excedunt fortuna, tanto decore ac convenientia ſuperare debent. Abeſſe tamen luxus debet, partim quoniam per eum inutiliter conſumuntur, quæ neceſſitatibus ſervire publicis oportebat; Partim quoniam exemplo Principis & alii ad luxum incitantur, unde poſtremo ipſa corrumpitur reſpublica. Nam *flexibiles quamcunq; in partem ducimur a Principe*, ait Plinius in Paneg. c. 45. At vero cum luxuriæ renunciavit Princeps ipſe, *quis ferret moleſte ad ejus ſemet modum coërceri? aut ſubtractum ſibi doleret de privata luxuria, quum videret imperatorem rerum potentem, terrarum hominumq; dominum parce contenteq; viventem!* quæ Pacati noſtri verba ſunt. Igitur a luxu Princeps ſibi caveat, cum præſertim Deo quoque ſit adverſus, & ab eo turbis fere ac mutatione rerum puniatur. Prudentiſſime Comineus lib. 1. Coment de Burgundis: *Nullius Principis potentia labefactari ſe poſſe putabant, ſed qui fuerunt ante plurimis annis omnium gentium fortunatiſſimi, nunc ita ſunt adflicti, ut ærumnoſiorem hodie populum non norim: & eſt credibile, jam ipſos dare pœnas eorum, quæ rebus proſperis elati admiſerunt. Nam & cultu corporis, & veſtitu, & quotidiano victu, & omnino rebus omnibus modum excedebant, obliti pudoris & honeſtatis.*

(z) *Victu*) Nam cum victus pertineat ad ſuſtentationem corporis vitæq;, parum hæc curare videtur, qui victum omnem indecenti ſupinitate negligit. Jam qui ſuam parum curat vitam, quomodo is eſſe poſſit ſollicitus de vita aliena? *Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit?* ait Syracides cap. 14. Porro Princeps qui nec ſeſe curat, nec curare alios exiſtimatur, amari utiq; non poteſt, vel in pretio eſſe apud ſuos. Maxime cum non ſupinitatem negligentiamq; modo arguat hoc vitium, ſed quod longe pejus eſt, avaritiam & tenacitatem.

(a) *Cultuq;*) veſtimentis. Quorum nitor non profecto negligendus temere Principibus, quandoquidem in oculos incurrit, percellit animos, & reverentiam nonnullam generat præſertim multitudinis. Iſocrat. ad Nicocl: *In veſtitu & corporis ornatu ſplendidus eſto, ut reges decet, ut qui vident, ob adſpectũ te regno dignum judicent.* Atq; ita fecit Alexander, de quo Ariſtoteles in Rhetor. ad Alex. c. 1. *Veſtium decore atq; magnificentia cæteris hominibus præſtare maxime*

nunge ok hǫfdinga/ wara ödmiuke i erdom ok athǽwom sinom. Ty at swa ár skriwat: Thes mere man tu ást/ thes hǽldr skal tu ödmiukr wara i allom tinom athǽwom.

LXXVI. Nu skal kununger thet warna/ at han se ey swa ödmiukr/ álla

cipemq; decet, ut (b) in sermone atq; conversatione omni sit modestus. (c) Ita enim scriptum habemus: quo es major, hoc debes esse modestior in omnibus tuis negotiis.

LXXVI. Cavendum vero regi, (d) ne ita se humiliet, omnibusq;

xime studes. Memoratq; Curtius inter cætera, quibus ipse ante alios suorum venerationem caritatemq; consecutus sit, *cultum habitumq; paululum a privato abhorrentem*, lib. III. cap. 6. Verum juxta observandum, quod is ipse addit Aristoteles, *multo pulchrius, magisq; regium, animum præferre cultum & compositum, quam corporis vestimentum.* Ubi cultum non reprehendit, sed in ipso majus studium, quam in exornando animo poni, censet iniquum esse. Quare ut non plane debet negligi, sic non nimium amari. Nam fere *ubi magna cultus cura, magna est virtutis incuria*, inquit Ammianus. Et *Imperatoria Majestas constat virtute, non cultu*, ajebat olim Alexander Severus, ut Lampridio est memoratum. De Alphonso Panormitanus lib. I. c. 24. *Scimus, vestitu cultuq; corporis moderate usum, neq; hac in re multum discrepasse a popularibus suis, illudq; sæpenumero usu parere consvetum, cupere se moribus & auctoritate potius regere videri, quam diademate aut purpura.*

(b) *In sermone atq; conversatione omni sit modestus*) Procul a fastu omni, atq; arrogantia, quam commendant aliqui, & servant sub honesto gravitatis titulo. Et profecto *modestiæ fama neq; summis mortalium aspernanda, & a Diis æstimatur*, uti testis Tacitus XV. Annal. 2. Cur autem non aspernanda? quoniam ea demum est, quæ vere magnos facit. Nam *quos vecors animus supra cogitationes extollit humanas, altum quidem & sublime spirare se credunt. Cæterum nihil solidi subest.* Vnde *in ruinam proni sunt, quia sine fundamentis crevere*, ait Plinius in Panegyr. Et Seneca II. Benef. *Quo altius te sublevasti, hoc depressior es, ostendisq; te non agnoscere ista bona, quibus tantum inflatus.* Sed & odia fere ex hoc fastu. Nam ut ait Seneca denuo, *superbiæ magnitudo in odium etiam amanda perducit.* Etiam *amanda*, dicit, ut appareat, vix posse odium hoc redimi rebus aliis, etiam alias gratissimis. At contra comitas & affabilitas conciliat animos hominum, & in amorem sui pertrahit. Quare *extant Epistolæ & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Cassandrum, & Antigoni ad Philippum filium, trium prudentissimorum, quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant*, ait Cicero de Off. II. Ammiratus optime lib. II. de Inst. Regis: *Hac una virtute* (modestia) *ornatus Rex omnibus est charus, etiam si minus liberalis aut probus, non quod hac una cum virtute illa esse designant, sed quia tanta est humanitatis vis, ut improbum etiam hominem, charum & amabilem reddat.* Errantq; suo malo *Principes, imitantes imperitos statuarios, qui existimant colossos suos magnos fore, & venustos, si tibiis quam maxime diductis & inflatos & hiantes fecerint: sic isti gravitate vocis, & torvitate aspectus, & morum asperitate, & insociabili quadam vita dignitatem & majestatem imperantium exprimere se censent*, sicut ait Plutarchus de Doctr. Prin.

(c) *Ita enim scriptum habemus*) Verba hæc leguntur in Syracide cap. 3. & ita sonant: *Quando magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.* Liquet igitur & ex hoc loco, verba veterum adducere Nostrum aliter interdum, quam ut habent ipsa. Quod vero Syracides ait, *coram Deo invenies gratiam*, convenit cum dicto Taciti, qui *modestiam* ajebat *& a Diis æstimari.*

(d) *Ne ita se humiliet*) Svadent ita omnes, qui vivendi regulas Principi scripserunt. Et est manifesta ratio, quia nil perniciosius Principi, quam contemptus, quem hinc ajunt

alla ofmykit hemelikt allom mannom/ at han wardr förſmadr. Ty at ſwa är ſkriwat: Ofmykil hemelikhet gör giärnt olydno ok förſmälſe. Ty är ödmiukt thön dygd/ ther mit är mellen hugmöda ok förſmälſe. Nu är hugmöda en howd laſtr/ ther man haldr ſik ſwa gödan i hug ok hiærta ok i athäwom ſinom/ ok förſma andra man ok thera athäwe. Sina jamninga holdr han för änkte/ ok ſinom iwirmannom wil han jämnas ok iwir thöm räda. Ok ty är hugmöda änkte annat vtan at man haldr ſwa högt i ſino ſamwiti ſik ſielwan ok ſine athäwe/ at han wil thet ſynas han ey är med ſanno. Ok ty ſigr en wis mäſtare: At högmödogur man förſma annars athäwe/ ok ſin egen athäwe haldr

buſq; familiarem faciat, ut incidat in contemptum. (e) Nam & hoc eſt ſcriptum: familiaritas nimia parit inobedientiam & contemptum. Itaque modeſtia eà virtus, quæ eſt media inter ſuperbiam & vilitatem. (f) Superbia capitale vitium eſt, (g) quando quis ſe ipſum facit maximi effertq; cum in animo ſuo, tum in actionibus, alioſq; juxta ſe, ac eorum actiones contemnit. Pares ſibi habet pro nullis, ſuperiores ſibi æquare vel ſuperare quærit. Quare nihil aliud ſuperbia, quam elatio ſui ſuarumq; actionum apud animum ſuum, qua quis alius, quam revera eſt, videri deſiderat. Inde (h) Sapiens nonnemo ſuperbum ait aliorum actiones deſpicere, ſuas vero admirari. Quod

ſi

junt oriri. Nam *e contemptu plurima averſionum cauſa*, ait Ariſtoteles v. Pol. 10. Lentè ubi contemptus, ibi amor nullus, nullum obſequium, quibus vis imperii innititur. Vide Cæſaris ad milites Orationem apud Dionem lib. XLI. Quare adhibendus modus, ut *pariter carus ſit ac venerandus*, quod de Alexandro Curtius memoravit. Quanquam nil ſit difficilius. Plinius IV. Ep. 3. *Severitatem pari jucunditate condire, ſummamq; gravitati comitatem adjungere, non minus difficile, quàm magnum eſt.*

(e) *Nam & hoc eſt ſcriptum*) Ubi ſcriptum ſit, nunc non recordor. Habent tamen alii non diſſimilia. Plutarchus in Pericle: *Ea vis eſt conſvetudinis cum amicis atq; convictu, uti omnem majeſtatem deprimere valeat, & in familiaritatibus retineri gravitas vix poteſt.* An ſecutus eſt Ægidium, qui hoc dictum affert lib. 1. par. 2. cap. 28?

(f) *Superbia capitale vitium eſt*) tale intelligit, quod ſub ſeſe vitia continet plurima. Atq; ita multi veteres. Chryſoſtomus homilia 1. 2. ad Theſſal. appellat *principium totius vitioſitatis*. Et in præfatione in priorem ad Corinthios: *Ex ſuperbia, vitia gignuntur omnia.* Saresberienſis lib. III. Polic. c. 3. *Superbia radix omnium malorum eſt; mortiq; fomentum.*

(g) *Quando quis ſe ipſum*) Duo rectè obſervat ineſſe huic vitio, nimia ſua ſuarumq; rerum æſtimatio, & nimia aliorum, & ab aliis profectorum deſpicientia. Theophraſtus in Charact. ſuperbia eſt aliorum omnium, *præterquam ſui, contemptus.*

(h) *Sapiens nonnemo*) Quem hic innuat, necdum liquido potui cognoſcere.

alia

haldr han för vndrlikt ting. Ok gör han nákra goda álla froma gárning / ta hura han thet ángin hawer tylikt giort. Thet ár och ena handa hugmóda at man haldr ſik firi gudlikan ok ódmiukan ok rátwiſan i manna aſyn / ther han ey ár ſwa i hiertano / ok bár ty werre ok fulare klǽde án hanom tilhöre / at han ſkal ódmiukare ok gudlikáre ſynas ther han ey ſwa ár med ſanno. Thet ár ok en digr laſtr / hwa ſik forhawer ſielwan ty at han ár miſsmánna / ok then ár likare ſöde án manne / then ánkte akta ſin hedr álla mandom.

LXXVII. Nu ár ódmiukt ther i mellen / thón dygd ther oſs ſtyre med ſkálum ok haldr uſ atr / at wi högin oſs ey mera án ſkjál ſágia / ok thet ár rát ok dygdelikt ódmiukt / ok ſwa ſom ſigr Ariſtoteles / hwa ſom ey hawer ódmiukt / han hawer ánga dygde. Ty höre thet kunun-

ſi quid boni probique faciat, neminem unquam cenſere ſimile quid feciſſe. Eſt & (i) alia ſuperbiæ ſpecies, cum quis pium, modeſtum, æquumq; ſeſe ſimulat coram aliis, licet ſit diverſus intus & in pectore, ſordidioreque incedit amictu, quam ipſi eſt conveniens, quo videatur modeſtior & religioſior, quam revera eſt. (k) Deterius quoq; vitium, quam elatio, quum homo animi eſt minuti ac effeminati ſimilior namq; pecori, quam homini, qui decus & dignationem maſculam vilipendit.

LXXVII. Modeſtia vero inter hæc media, ea virtus eſt, qua per rationem ita regimus nos atq; continemus, ut ne plus efferamur, quam recta ratio permittit, quæ vera eſt honeſtaq; modeſtia, & (l) ut ait Ariſtoteles, in quo non eſt modeſtia, in eo virtus nulla eſt.

Iccirco

(i) *Alia ſuperbiæ ſpecies*) Quoniam *& ſibi nimium aſſumere & nimium derogare, omniaq; detrahere arrogantis eſt*, Ariſtotelis judicio lib. IV. Eth. c. 13. qui Lacedemoniorum veſtitum ex hujuſmodi arrogantia ſcribit natum. Erat enim viliſſimus, licet ipſi ſuperbirent. Obſervavit idem Ægidius, ſed perperam, & ex linguæ Græcæ imperitia, ut ſuſpicor, qui ſcripſit Ariſtotelem ex hac cauſſa *quardam gentem Græcæ Lathonienſes, ſeu jactatores & ſuperbos appellaſſe*, cum ſit ibi ſermo de Lacedæmoniis. Cæterum hanc ipſam ſuperbiam notavit quoq; Seneca Ep. 5. perverſaq; via dixit tendere ad gloriam, ideoque Lucilio cavendam. *Aſperum cultum, & intonſum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quicquid aliud ambitionem perverſa via ſequuntur, devita.* Apud Saresberienſem lib. IV. c. 9. legimus: *Nimia humilitas, maxima pars ſuperbiæ eſt.*

(k) *Deterius quoq; vitium*) Ariſtoteles IV. Nicom. c. 9. *Magis animi magnitudini adverſatur humilitas & demiſſio animi, quam elatio & ſuperbia. Nam & crebrior eſt & deterius malum.*

(l) *Ut ait Ariſtoteles*) Ubi Ariſtoteles hoc dicat, non invenio, Suſpicor in animo habuiſſe Noſtrum, quod legitur IV. Nicom. 7. *Si magnanimus maximis honoribus dignus eſt, ille profecto ſit vir optimus neceſſe eſt. Nam quo quiſq; melior, eo majore præmio atq; honore dignus eſt.* Differunt tamen, ſine modeſtia non habere virtutes, & ſine virtutibus non habere mo-

kununga ok höfdingom wara ödmiukom / ok swa mykit standa äpte hedr ok äro som skiäl sigia ok thöm är qwämelikt ok ey mera.

LXXVIII. Kununga ok höfdinga skulu ey afbrade wara i hämdom sinom / ta the wrede äru / om nokor hawer brutit wid thön älla thera wini. Ty at swa är skrifwat:

Iccirco Regibus Principibusq; est conveniens, ut sint modesti, & (m) eousq; quærant honorem, quousque permittit sana ratio, & decens est, non ulterius.

LXXVIII. Reges Principesq; etiam non oportet esse nimium præcipites ad ulciscendum, (n) cum irati sunt ex delicto (o) adversus se amicosve suos commisso. Sic enim scriptum habemus: differ

re modestiam. Num potius respexit, quod legitur Eudemiorum III. c. 5. ubi Aristoteles: *Magnanimitas omnes virtutes, vel ipsam omnes persequuntur.*

(m) *Eo usq; quærant honorem*) Nec enim quærere honorem prohibitum regi, si eo usque quærat, quo hic docet Nolter. Vide supra par. 66. Neq; obstat, quod virtutis scopus esse gloria non debeat, cum sit *ipsa sibi satis ampla merces*, sicut ait Seneca. Et *virtutem habenti magna virtus, contemnere gloriam*, quod ait Augustinus lib. V. de C. D. Nam contra studium ejus immodicum loquuntur, eosq; reprehendunt, qui virtutem nihil, solam gloriam respiciunt, non eos, qui virtutem colunt, nec tamen ultro sequentem eam bonam famam penitus aspernantur. Quando *gloria non est mala, sed immoderata ejus cupido*, sicut ait S. Maximus de Charitate lib. II. c. 4. Syracides cap. 41. *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni.*

(n) *Cum irati sunt*) Nam fere longius compellit ira, quam svadet recta ratio, neque servat illud medium, quod cum justitia clementia præscribit. Seneca I. de Ira c. 15. *Nil minus, quam irasci punientem decet: cum eo magis ad emendationem pœna proficiat, si judicio lata. Inde est, quod Socrates servo ait: Cœderem te, nisi irascerer. Admonitionem servi in tempus sanius distulit, illo tempore se admonuit. Cujus erit temperatus affectus, cum Socrates non sit ausus se iræ committere?* Socrati fere similis Alphonsus, qui cum pincernam dare Caspari cuidam poculum jussisset, isq; hoc ex invidia, licet bis, terq; a Rege monitus neglexisset, Rexq; stricto pugione pincernam fugientem esset persecutus, pugionem in media ira abjecit, ne jamjam a se apprehensum interficeret. Panormitan. I. c. II.

(o) *Adversus se, amicosve suos*) Quoniam & alias, quæ adversus nos, aut nostros delinquuntur, supra veram magnitudinem augemus, quia *magis ea percipimus ati, sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera, aut adversa eveniunt, quam illa, quæ cæteris*, sicut ait Tullius Offic. I. Pulcherrime Seneca I. de Clem. c. 20. *Hortamur, ut manifeste læsus, animum in potestate habeat, & pœnam si tuto poterit, donet, sin minus, temperet, longeq; sit in suis, quam in alienis, exorabilior injuriis. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit; ita clementem vocabo, non in alieno decore facilem, sed eum, qui cum suis stimulis exagitetur, non profilit; qui intelligit, magni animi esse, injurias in summa potentia pati, nec quicquam esse glorioſius, principe impune læso.* Ut vero hoc ad quaslibet injurias, sic præcipue ad eas pertinet, quæ lingua fiunt ac sermone. Nam præter animi magnitudinem ostendit quoque bonæ conscientiæ fiduciam contemptus istiusmodi injuriarum, quando *spreta vilescunt, si irascare, agnita videntur*, ut est apud Tacitum. Memorabile illud Alphonsi apud Panorm. I. c. 77. Nam cum nonnullos ipsum probris clam solitos lacerare inaudisset, *Regum esse* dixit *non solum bene facere, sed mala etiam patienter audire.*

wat: Duäl hämdena thr.til wreden är iwi gangin. Ty at thul ok forhuran fylgde dygd ok ſnille. Swa ſigr wiſe mannin: Thet är ſtund ok time ta man ſkal wredr wara/ok ey aff ſinom ſkiälom ganga. Brytr ok uokor oß mote ſielwom/ thet ma aldrei ſwa litit wara/at wi haldom thet ey for mera än thet är. Ok ta i ware wrede wiliom wi mera hämnas än wärdukt är äpte ty ſkiäl ſägia / ok at wreden driwer mannem af ſinom ſkälom. Ty ſkulu ey kununga älla höfdinga giärnt wrede warda.

LXXIX. Thet är ok kununga dygd ok ära/ hawa ſtadugan winſkap med thöm the ſin winſkap med

(p) differ vindictam, donec ira præterierit. Patientia enim atq; conſideratio comitantur virtutem ac prudentiam. (q) Sapiens ſic ait: Tempus eſt, quo licet iraſci, nec deflectere a ratione. Sed & ſi quis adverſus nos delinquit, quamvis ſit exiguum, longe tamen reputari majus ſolet, quam eſt re ipſa. Cumque ira excandeſcimus, vindictam ultra meritum extendimus, & dictamen rationis, quia ira hominem a gradu rationis deturbat. Quare (r) Reges Principeſq; indulgere iræ minime oportet.

LXXIX. Regi quoq; honeſtum ac (ſ) decorum, ut conſervet firmam amicitiam cum iis, (t) quibuſcum

(p) *Differ vindictam, donec ira præterierit*) A quo ſcriptum ſit hoc dictum, nec-dum reperi. Theophraſti hoc eſt, apud Stobæum: *Viri prudentes nihil agunto irati.* Bene autem, *differ*; *Non enim propter iræ magnitudinem donanda pœna, ſed differenda, ne aut peccanti majorem juſto dolorem inurat, aut caſtiganti furorem,* inquit B. Lactantius de ira Dei c. 18.

(q) *Sapiens ſic ait: Tempus eſt, quo licet iraſci*) Quis hic ſapiens: an Syracides, quem & alibi ſic vocat? Sed apud eum hactenus non reperi. In Pſalmo quarto legas: *Iraſcimini, & nolite peccare*, unde colligas quid hujus generis.

(r) *Reges Principeſq; indulgere iræ*) Cum præſertim hoc repugnet magnitudini ipſorum. Seneca 1. de Clem. c. 5. *Non decet Regem ſæva & inexorabilis ira: non multum enim ſupra eum eminet, cui ſe iraſcendo exæquat. At ſi dat vitam, ſi dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit, quod nulli, niſi rerum potenti licet.*

(ſ) *Decorum ut conſervet firmam*) Ita ſane fecit Auguſtus, Princeps laudatiſſimus. Svet. c. 66. *Amicitias neq; facile admiſit, & conſtantiſſime retinuit.* Ac profecto niſi hoc obſervet princeps, ipſe ſibi officit plurimum. Primum enim levitatis aut iniquitatis ſic incurrit notam, aut ſe ipſum arguit imprudentiæ, tanquam ſine probo legerit judicio, quorum neutrum non inviſum aut contemptum ipſum reddit. Deinde plena res periculi ac mali, propter multa ſecreto fidei amici commiſſa, quæ per inimicitiã ſubnatam divulgari ſine Principis multiplici damno utiq; haut poſſunt. Quare bene Valerius Max. lib. IV. c. 7. de amicitia: *Tam neceſſarium ſubſidium temere aſſumi non debet: ſemel autem apprehenſum recte ſperni non convenit.* Et Iſocrates ad Demon. *Senſim amicitiam contrahito, contractam perpetuo conſervare ſtudeto. Nam ſubinde mutare familiaritates æque turpe eſt, ac amicum habere neminem.*

(t) *Quibuscum jungit amicitiam*) Ergo Princeps jungit quoq; amicitiam cum aliquibus. Aliter putatum olim. Pacatus noſter c. 16. *Ecquis imperator unquam putavit amicitiæ cultum in regia laude ponendum? Humilis hæc virtus, dubiumq; an virtus, judicabatur, nec*

palatiis

med binda. Ty at ſwa ſigr wiſe mannen: Man ſkal hawa fa ord ok ſtadugan winſkap med wini ſinom. Goder win år ſenfangin/ ok han ma med litlo tapas.

LXXX. Winſkaper bins ok haldz med dygdelikom ordom ok athåwom/ ok giår hwar androm heder ok gagn med helom hug. Ok ty år ånkte annat winſkapr vtan dygde-

buſcum jungit amicitiam. (u) Ita namq; ait Sapiens: Verba pauca, firmaque amicitia habenda cum amicis. (x) Amicus verus raro invenitur, & (y) facile amittitur.

LXXX. Amicitia jungitur conſervaturq; verbis factiſq; honeſtis, (z) mutuaq; honorum ex toto pectore, (a) & commodorum communicatione. Nec enim aliud

palatiis digna, ſed pergulis, Adde noſtras Notas, ubi egimus de cauſſis. Et profecto *in tanta perſonarum inæqualitate, quanta inter ſubditos & reges eſt, amicitia eſſe non poteſt: tum quia mutua officia atq; pari, amorq; mutuus non eſt in diſſimilibus*, ſicut Ammiratus quoq; ait, in de Regis inſtitutione. Sed hic loquitur de tali amicitia, quæ Tullio deſcribitur, & vix tribus nota fuit paribus aut culta omni tempore. Alia eſt Principum amicitia, ex honeſtate orta, & utilitate publica culta ſervataq; qua, ſi proſpere imperare volunt, nequeunt carere. Igitur & Iſocr. ad Nicoclem: *In amicitiam recipe non quoſlibet, ſed tua natura dignos: nec cum quibus jucundiſſime tempus teras, ſed quorum opera urbem optime gubernes.* Atq; talis fuit inter Mecænatem & Auguſtum amicitia. Eſt & alia cauſſa, ob quam amicitias colere Principes oportet, nempe ut per eas bonam apud omnes comparent ſibi famam. Quo reſpectu iterum Iſocrates: *Nullam familiaritatem temere ac ſine ratione contrahe: ſed iis gaudere congreſſibus aſſveſce, qui te & ſapientia augeant, & virtutis apud alios opinione.* Quare optime Panegyriſta Plinius cap. 85. *Cum plurimis amicitiis fortuna Principum indigeat, præcipuum eſt Principis opus, amicos parare, nec unquam perſvaderi, humile eſſe, niſi odiſſe.* Adde Ariſtot. VIII. Nicom. c. 1.

(u) *Ita namq; ait ſapiens*) Etiam hic reſpexiſſe ad Syracidis quendam locum puto: ſed reſpexiſſe tantum, non ipſa ejus attuliſſe verba.

(x) *Amicus verus raro invenitur*) Seneca VI. de benef. c. 33. *Amicus, res non domibus tantum, ſed ſeculis rara, quæ non alibi magis deeſt, quam ubi creditur abundare.* Plautus in Pſeudolo A. 1. ſc. 3. *Pauci ex multis ſunt amici, homini qui certi ſient.* Præſertim vero hoc in aulis evenit. Nam *veræ amicitiæ difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica verſantur*, inquit Cic. in Lælio, & teſtatur pluribus Ampl. Forſtnerus ad lib. 1. An. Taciti c. 10.

(y) *Facile amittitur*) In Svetico eſt med litlo / id ſignificat *parvo*, ſeu *re parva*, quod non ſatis capio. Ariſtoteles profecto ſentit contra VIII. Nicom. c. 4. ubi de vera amicitia, hoc eſt ea, quæ virtutis cauſſa eſt inter viros bonos. *Manet horum amicitia tamdiu, quamdiu boni ſunt. Virtus autem diuturna quædam res eſt, & maxime ſtabilis.* Equidem & Plato ajebat *amicum hominem eſſe animal facile mutabile*, ſicut docet Plutarchus in de Animi tranquillitate. Verum is de populari amicitia ſic ſentiebat.

(z) *Mutuaq; honorum*) quantum quidem cuiq; eſt conveniens, quod ex ſequentibus huc etiam trahendum. Nam alias ad Principem hoc difficulter poteſt accommodari. Atq; ſic & Ciceronis illud in Lælio intelligendum: *Si quam præſtantiam virtutis, ingenii, fortunæ conſecuti ſunt, impertiant eam ſuis, communicentq; cum proximis.*

(a) *Et commodorum communicatione*) Cicero in Lælio: *Confirmatur amor & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto, & conſvetudine adjuncta.*

Verbo-

dygdelika ok rätlika liwa ok umganga med mannom/ ok ſkipa ſin ord ok athäwa hwariom til hedr ok hugnad/ äpte ty hwariom tilhöre. Ok ty ſigr en wis man/ at ſanner winſkapr i allom tingom ok athäwom/ är ſamband med fullom godwilia ok kärlek. Nu ſkal witur man thr at göma/ at han hawi ſwa winſkap med nokrom manne/ at han hure ok/ at the magen owini warda. Ty at hwar ſom män warda wini firi tarwa ſkuld/ ta haldz ſwa lenge winſkaperen ſum tarwin fylge. Ok ty ſkal

liud eſt amicitia, quam honeſta juſtaque vita & converſatio cum aliis, omniumque (b) verborum factorumque ſuorum accommodatio ad decus & gaudium cujuſque, quantum eſt cuique conveniens. Itaq; (c) vir ait ſapiens, veram amicitiam in rebus omnibus eſſe conjunctionem cum benevolentia perfecta & charitate. Debet autem ſapiens vir dare operam, quo ſic amicitiam cum aliis colat, ut ſimul cogitet, (d) eos aliquando fieri poſſe inimicos. Quisquis enim commodi tantum ſui cauſſa colit amicitiam, is tamdiu amicitiam ſervat, (e) quamdiu commodum ex ea percipit. Quare (f) diſpiciendum

(b) *Verborum factorumq; ſuorum accommodatio*) quantum per honeſtatem licet. Nam *hæc prima lex in amicitia, ut neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati*, ait Cicero in Lælio. Itaq; qui in omnibus, omiſſa cautione iſta, ſe accommodant ad gaudium ſuorum amicorum, illi non amici ſunt, ſed deterrimi adulatores.

(c) *Vir ait ſapiens*) Puto Tullium intelligere, nam is fere ita de amicitia in Lælio: *Eſt amicitia nihil aliud, niſi omnium divinarum humanarumq; rerum cum benevolentia & charitate ſumma conſenſio.* Pro eo quod habet Tullius, *omnium divinarum humanarum; rerum*, Noſter habet ſimpliciter *in rebus omnibus*, cætera conveniunt.

(d) *Eos aliquando fieri poſſe inimicos*) Publii hoc eſt monitum: *Ita habeas amicum, poſſe ut fieri inimicum putes.* Sed & hic eſt ſermo non de veris amicis & perfectis, ſed de illis, qui utilitatis cauſſa fere amicitias ſectantur. Itaq; & ſubdit de hujuſmodi amicitiis, ealq; oſtendit eſſe infirmas,

(e) *Quamdiu commodum*) Seneca Ep. 9. *Amicus qui cauſſa utilitatis aſſumptus eſt, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit.* Solet autem hoc raro eſſe diuturnum. Ariſtoteles VIII. Nicom. 3. *Facile tales amicitiæ dirimuntur, cum ii ſimiles non permaneant. Nam ſi non amplius ſunt utiles amandi finem faciunt.*

(f) *Diſpiciendum eſt*) Iſocrates ad Demon. *Amicitiam cum nemine jungito priusquam exploraveris.* Porro quomodo fieri hoc debeat, idem docet eleganter eodem loco: *Neq; cum damno mores amicorum periclitare, neq; eorum animos velis ignorare. Quod ita facies, ſi egere te ſimularis, non egens, communicaris cum iis res non arcanas, tanquam arcanas. Nam & deceptus, nihil detrimenti capies, & voti compos factus, mores eorum perſpectiores habebis.* Cicero in Lælio: *Omnium vitiorum atq; incommodorum in amicitia una cautio eſt, atq; una proviſio, ut ne nimis cito diligere incipiamus.*

Cui

ſkal man warna hwem han ma ſägia ſin hemelik ting.

LXXXI. Nu hwar ſom wil med mannom winlika liwa ok umganga/ han ſkal wara rätteliſka ok hoffamlika glädr ok hemelikin i ordom ok athäwom ſinom/ ſkal ey tee ſik ofmykit gladan/ ok ey ofmykit hemelikan/ ok ey eulatugan i ordom älla athäwom ſinom. Ok thet ſkulu mäſt kununga ok höfdinga warna/ ty at mån gömma mäſt at thera ordom ok athäwom/ hwat thön äru god ella il. Ok ſkulu the huxa ok atgöma/ med hwem thön umganga. Med merom ok wiſom mannom är annor kunſt talande ok liwande/ än med almoga. Ok annor kunſt med gamlom ok röntom mannom/ än med

endum eſt, (g) cui ſecreta noſtra comittamus.

LXXXI. Quicunque vero amice verſari vult cum aliis, recte moderateque gaudere ac familiarem ſe præbere debet in verbis factiſq; ſuis, (h) non lætari nimium, (i) non nimium communē ſeſe facere, (k) non nimium ſingularem in verbis factiſq;. Hocque ante omnia Reges Principeſq; curare oportet, quando fere ex ipſorum verbis factiſque colligitur, quales ſint, boni, an mali. Et conſiderare probe, quibuſcum verſentur. (l) Alia enim arte loquendum verſandumque eſt cum viris magnis & prudentibus, quam cum minuta plebe. Aliaque arte cum ſenibus & ſubactis uſu, quam cum juveni-

(g) *Cui ſecreta noſtra*) Syracides cap. 6. *Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facile credas te ei. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis.* Adde cætera. Item cap. 19. *Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum.* Dion apud Stob. ſer. 3. *Eſt etiam ab amicis cavendum, ſive benevolentiæ, ſive conſvetudinis, ſive ſangvinis fuerit conjunctio.*

(h) *Non lætari nimium*) Ne per gaudium nimium corrumpatur decus gravitaſque, ac ſuboriatur contemptus, peſtis amicitiæ. Nam *nimiæ lætitiæ decoris ſunt & gravitatis immemores*, ait Mamertinus in laudatione Juliani.

(i) *Non nimium communem ſeſe facere*) Nam & hoc adverſum veræ gravitati. Dixi ſupra.

(k) *Non nimium ſingularem*) hoc eſt, moroſum, & qui velit omnia fieri ad arbitrium & ſententiam ſuam: quoniam & hoc diſſolvit amicitias. Catonis eſt ſententia

Vincere cum poſſis, interdum cede ſodali:
Obſequio quoniam dulces retinentur amici.

Iſocrates ad Demon. *Comitatis officia, non contentioſum eſſe, non moroſum, non omnibus in rebus adverſatorem.*

(l) *Alia enim arte loquendum*) Si modo per ſermonem ſervare gratiam & amorem volumus. Debet autem alia aliaq; eſſe, ut conveniens ſit ſingulorum ingeniis, quæ ſunt alia & alia. Ariſtoteles IV. Nicom. c. 12. *Aliter verſandum loquendumq; cum iis, qui dignitate aliqua ſunt præditi, aliter cum infimis, & forte oblatis, aliter cum notioribus, aliter cum minus notis.*

med ungarom. Thet är ok andorled talande ok liwande med renliwis mannom / än med wärilz mannom.

LXXXII. Nu mån the mån ſom wilia ſaman wara ok liwa/ ſkulu wara winlike ok hemelike thera mellin / ta ſkulu kununga ok höfdinga thet warna ok hura/ at the warin ey hwariom man ofmykit winlike ok hemelike/at the ok thera kununglika wald ok hedr / warda ther af hwazke förminſkat med förſmaelſe álla olydno.

LXXXIII. Ok ty ſkulu kununga ok höfdinga ſik ſidlika halda i allom ſinom athåwom / med minnom mannom ok merom/ álla fa the giärnt olydno ok förſmaelſe af thöm mannom the med umganga.

LXXXIV. Nu är thet naturlik ſkipilſe/ at ánkte ma thet länge helbrykt wara / ther ey hawer ſium-

juvenibus. Sed & aliter loquendum vivendumq; eſt cum hominibus ſacris, quam cum iis, qui verſantur in civilibus negociis.

LXXXII. Jam cum qui ſociati conjunctique volunt vivere, amicitiam familiaritatemque colere inter ſeſe debeant, Regibus Principibuſque hoc cavendum, (m) ne cum quovis amicitiam & familiaritatem colant nimiam, quo dignatio regia & auctoritas eorum per contemptum atque inobedientiam non minuatur.

LXXXIII. Itaq; in verbis factiſq; omnibus Reges & Principes (n) oportet eſſe graves, cum apud eos, qui in minori, tum apud eos, qui in majori ſunt dignatione. Plerumque enim inobedientes ſunt, & ad contemnendum faciles, quibus cum familiarius converſamur.

LXXXIV. Illud quoq; a natura ſic eſt conſtitutum, ut durare ſalvum diu nequeat, (o) quod nul-

lo

(m) *Ne cum quovis*) Quod in univerſum omnibus, id nunc peculiari ratione Regibus Principibuſq; commendat. Bene autem obſervat duo mala, quæ oriri ſolent ex incuria illa, & promiſcua in amicitiam admiſſione. Unum eſt contemptus, alterum inobedientia. Contemptus primum ex illa ipſa incuria, tanquam & Princeps amicitiam rem putaret vilem, de qua ſollicitum eſſe non ſit opus. Deinde ex facilitate, quæ rem magnam alias facit contemptibilem. Non poteſt magni fieri, quod in vulgus ſpargi tur. Poſtremo ex varietate vilitateq; illorum qui admittuntur. Nam ſi illi quilibet, etiam indignos aliquos exiſtere neceſſe eſt, unde contemptus, qui ad ipſum Principem redundat. Inobedientia vero ex contemptu oritur. Quis enim illi pareat, quem deſpicit?

(n) *Oportet eſſe graves*) Sopater apud Stobæum ſer. 44. *Oportet vere imperantem manſvetum ſimul & gravem erga ſubditos tum videri, tum eſſe.*

(o) *Quod nullo gaudet otio*) Secundum illud

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Jocis

stundom ro älla nadr. Swasom likamen ta han är möddr af myklo ärwode/ ta skal han hawa sympn ok ro/ älla ma han sköt förwarda. Thet samma är um manzens hug ok hierna. Ta mannen hawer ey makt at huxa ok göra/ ta warder han ther af möddr ok dröfdr til sin hug ok sina skiäla. Ok ty torf han hawa stundom skämtan ok glädi i sinom hug ok hiärna til ro ok styrilse. Ok ty torwe kununga ok höfdinga hawa stundom lekara ok andra frögdelika skemptan / thöm til glädi ok hugnad äpte margfalde huxan ok mödo the hawa i styrilse landa ok almoga.

LXXXV. Nu/som för är sakt/ kununga ok höfdinga the äru ey atenast män / utan the äru ok än nokot mera än andre män/ok swasom nokor Gud iwi almoga i thenna hem / I ty gör almogen thöm heder ok tienist/lydno ok wirdning. Ok ty skulu the liwa ok wara dygdelikare ok gudlikare än hwarn annor man/ ty at almogen se ok skuda/ok undra thera athäwe/ ok gripa

lo gaudet otio ac remissione. Sicut corpus multo labore fatigatum, desiderat somnum & quietē, vel plane interit: ita res se habet cum humano intellectu. Cum ei eripitur arbitrium proprium cogitandi considerandique, intellectus defatigatur & ratio infirmatur. Quare indiget subinde (p) jocis atq; ludis, quo reficiatur intellectus atque recreetur. Itaq; Reges quoq; Principesq; aliquando (q) ludis habent opus ac remissionibus jucundis, ad recreationem aliquam post multiplices labores, quos in regenda republica perferre coguntur.

LXXXV. Cæterum, ut dictum est superius, Reges Principesque non modo homines sunt, sed & amplius, quam homines, instarq; Dei super cæterā multitudinem in hoc mundo, qvum multitudo eos colat, & obsequium reverentiamque ipsis præstet. Igitur & honestius sanctiusq; ipsos vivere oportet, quam vulgo reliquos, cum præsertim multitudo spectet ac observet, admireturque actiones ipsorum

(p) *Jocis*) Observa, inter cogitationum remissiones, jocos numerari, hisq; intellectum consideratione diligenti fatigatum velut recreari, Aristoteles respexit huc IV. Nicom. c. 14. ubi ait: *Videntur autem ad hominum vitam requies & jocus esse necessaria.*

(q) *Ludis ac remissionibus jucundis*) nec ab honestate recedentibus. Ludi enim turpes non tam reficiunt animum, quam infirmant & corrumpunt. Bene Aristoteles: *virum magnum non tantum præclare operari & laborare, sed etiam cum honestate ociari decet.* Saresberiensis VIII. Polic. c. 12. *Etiam ociari interdum sapienti familiare est, non tamen, ut virtutis exercitium evanescat, sed quo magis vigeat & quodammodo recreetur.*

Secundum

pa gårna ſik thera undidana åpte thöm i ordom ok athåwom/ ok halda thet alt för rätferdokt ok dygdelikt the ſea ok höra i thera ordom ok athåwom. Nu mán kununga ok höſdinga ſkulu hawa ſiwa mykin hedr ok lydno ok wirdning af allom mannom/ ta ſömr ok thöm/ at the hawi dygd ok ſnille/ ok godlek fram för andre mán/ at hwar ſom ſe thera athåwe/ maga ſea ſin ſpegil ok åptedöme/ huru han ſkal rätlika/ok dygdelika/ok gudelika liwa. Ok thet far ángin fulkomelika/ utan enkannelika af Gudz nadom. Ok ty ſkulu kununga ok höſdinga wara gudelike/ ey atenaſt i athåwom ſinom/ utan the ſkulu ok flya alt thet ſult ok ogudelikt år i thy the

ſorum, & (r) ſecundum exemplum eorum in verbis factiſque ſe componat, idque omne (ſ) cenſeat eſſe juſtum honeſtumque, quod in verbis factiſq; ipſorum cernit attenditve. Et quia Reges Principeſq; ita obſervari honorariique convenit ab omnibus, iccirco decet eos quoq; virtute, ſapientia, & probitate alios antecedere, (t) ut in ipſis, velut in ſeculo exemploq; cernere quiſque queat, qua ratione recte, honeſte, pieque debeat vivere. Hoc vero plenè conſequi, (u) niſi ſingulari gratia & indulgentia Divina, nemo poteſt. Quamobrem pios eſſe Reges Principeſq; oportet non in actionibus modo ſuis, ſed & fugere quæcunq; fœda

(r) *Secundum exemplum eorum*) Cicero Ep. 3. ad Lent. *Quales in Rep. Principes ſunt, tales reliqui ſolent eſſe cives.* Bene autem Noſter obſervat fieri hoc primum ex eo, quia omnes in Principem reſpiciunt. Scilicet cum magnitudine dignitateq; antecedat omnes, etiam actiones ejus omnium aliorum actiones antecedunt claritate, nec latere, vel in obſcuro eſſe poſſunt. Deinde quia omnes Principis actiones admirantur, ob id ipſum, quia ſunt illuſtres. Accedit & tertium, quia putant eſſe juſtas, ut mox ſubdit. Aliquando & quartum, quia gratiam illius quærunt. Unde Plinius Paneg. c. 45. *Flexibiles quamcunq; in partem ducimur a Principe, atq; ut ita dicam, ſequaces ſumus. Hunc enim cari, huic probati eſſe cupimus.*

(ſ) *Cenſeat eſſe juſtum*) Nam cum juſtitiæ cauſſa Reges & inſtituti primum, & deinde omni tempore ſervati, multitudo eos aliter intelligere vix poteſt, quam juſtos, antequam manifeſtiſſimis iiſq; plurimis contrarium argumentis diſcat. Cum præſertim veneratio accedat inſita a natura ipſa multitudini erga Reges, cui repugnat male de Principis actionibus opinari.

(t) *Ut in ipſis velut in ſpeculo*) Diotogenes apud Stobæum ſer. 46. poſtquam multa de virtutibus egiſſet Principis, quibus debet eſſe præditus, & quam inde conſequatur, dignitate: *Talis procurationis ac imperii dignitatem concihet ſibi, ut qui ejus virtutes reſpiciunt, reverentia, & temperantia, habituq; decoro mirifice affecti, ipſum imitentur. Non minus enim, quam tibia & concentus, boni Regis intuitus animos ſubditorum ad ſe convertere debet.*

(u) *Niſi ſingulari gratia*) Intellexerunt hoc & pagani. Ecphanta Pytagoricus apud eundem Stobæum dicto loco: *Equidem exiſtimo terrenum Regem nullius virtutis expertem eſſe debere, qua cœleſtis ille præditus eſt. Sed ut ipſe res eſt peregrina & admiratione digna, utpote cœlitus ad homines profecta: ita minirum & virtutes ipſius Dei opera exiſtimanda ſunt, & Divino beneficio ei acceſſiſſe.*

Totoſ

the tala eller ſea/ oc bedas innerlik Gudz nade til at the ſik oc ſijn land oc almoga wäl ſtyra/ Gudi til lof oc äro / ſik ſielwom til heder oc hugnad/ oc almoganom til frid oc frelſe oc goda ſämio inbyrdis.

fœda ſunt & impia, in verbis, rebusque aliis, (x) totoq; pectore orare Deum, ut & ſe, & rempublicam ſuam bene queant regere, in laudem gloriamq; Divinam, ſuum decus & honorem, civium deniq; tranquillitatem, mutuamque concordiam.

Thön PARS

(x) *Totoq; pectore orare Deum*) Quia Preces unum medium, per quod conſequi hanc numinis ſupremi indulgentiam poſſunt. Et præivit eis præter alios Rex Salomon, cujus habes preces huc ſpectantes Sapient. c. 9.

Simini-

Thön Tridie Balkin.

PARS TERTIA.

Nu ſir huru kunungr ok höſdinge ſkal ſkipa ok ſtyra ſit Hus ok hwardagz Hårſkap.

I.

THet höre kunungom ok höfdingom til/ at the ey atenaſt ſielfwe åru gode ok dygdelike af ſik ok ſinom athäwō/ utan thet år ok thera hedr ok åru/ at the hawin rätfärduga ok dygdelika Syſlomän. Ok ty år ok kununga loſ ok åru / at the kunnen wä ſkipa ok ſtyra ſit hus ok hwardax hårſkap.

II. Nu/ ſom förår ſagt/ mannenom år mangt afat til uppehäldis ſins lifz / thet annor diur hawa af ſin naturlik ſkipilſe / ok thet ma han ey ſa utan flere manna ſamwaru. Han torf hus ſik wärta

Nunc declaratur quo pacto Rex Princepſq; domum ſuam & familiam gubernare debeat.

I.

REges Principesque oportet non per ſe modo eſſe probos honeſtoſque in negotiis ſuis, ſed decorum quoque ipſis, glorioſumque, (a) ſi miniſtros habeant probos & honeſtos. Itaq; ad commendationem Regum etiam hoc pertinet, ut domum & familiam ſuam bene ſciant regere.

II. Jam, ut ante dictum, homo multis deſtitutus eſt, quæ ad conſervationem vitæ ſuæ ſunt neceſſaria, quibus tamen natura ſunt inſtructæ beſtiæ, neque iſta ſibi, niſi ope aliorum hominum, poteſt comparare. Indiget quippe domicilio

(a) *Si miniſtros habeant*) Caſſiodorus IV. Var. Ep. 3. ex perſona Theodorici regis: *Ad ornatum palatii credimus pertinere, aptas dignitatibus perſonas eligere, quia de claritate ſervientium, creſcit fama Dominoum.*

Prætio-

ia för rägn/ ſnö/ hita ok kulda/ ok ſikrlek ſins lifs ok likama. Ok ty han är dyraſtr af allom creaturom/ ty torf han dyrare ok kräſeliкare födo ok kläde än annor diur. Ok ty at han hawer ſik wäria för mannom ok aldrahanda diurom the hanom mago ſkada/ Ty torf han margfald wapen/ bade ſik med wäria/ok owinom ſkada. Hanom är ſkapat ſkiäl ok wit/ ok margfaldeliка dygde fram före al annor diur/ äpte ty han lärder warder af witrom ok röntom mannom. Nu ma han änkte af theſſo ſa/ vtan i ſamhälde flere manna. Ok ty är flere manna ſamwara å bättre ok tarflikare/at the ſamman äru/ at hwar mage andrõ hielpa i ty han förma.

micilio adverſus pluvis, niveas, æſtum, frigora, & ad cuſtodiam vitæ corporiſq; ſui. Et quoniam (b) pretioſiſſimum eſt animal reliquorum omnium, iccirco pretioſioribus & delicatioribus cibis veſtimentisque opus habet, quam animantia cætera. Et quoniam tueri ſeſe debet, cum adverſus homines, tum adverſus feras multiplices, quæ afferre ipſi damnum poſſunt, iccirco multiplicibus opus habet armis, quibus partim ſe defendat, partim hoſtibus ſuis noceat. Eſtque conditus cum ratione, virtuteque multa ante cuncta cætera animantia, eruditiq; poteſt à ſapientibus peritisq; viris. (c) Cæterum nil horum valet obtinere, niſi per conſortium cum aliis. Itaque conſortium plurium inter ſe melius eſt & utilius, quo alter alteri ſuis facultatibus ſuccurrere queat atq; ferre opem.

III. Nu ſkal ok kununger ok höfdinge hawa före ſik ok ſit härſkap/ al tarwa

III. Regi Principiq; etiam neceſſaria eſt domus, in (d) ſuam &

(b) *Pretioſiſſimum eſt animal*) Ita proprie habent Svetica. Puto autem nil ſignificari aliud, quam præſtantiſſimum. Quomodo & Ariſtoteles VI. Nicom. 7. *Homo reliquorum animantium eſt optimum.* Niſi putes innui, ſingularem curam Numinis Divini circa hominis creationem, quam & agnovere pagani. Seneca VI. Benef. c. 23. *Scias, non eſſe hominem tumultuarium & incogitatum opus. Inter maxima rerum ſuarum natura nihil habet, quo magis glorietur.* Certe, cum ſit homo præditus anima immortali per eam ipſam curam, quæ non eſt in cæteris, pretioſiſſimum apparet eſſe animal, cum huic rei nihil poſſit comparari.

(c) *Cæterum nil horum*) Vide quæ ad partis primæ par 9. annotavi.

(d) *Suam ſuorumq; ſecuritatem*) Primo communem, cujus gratia homines omnes ſuas domus incolunt. Deinde ſpecialem, quia rex eſt, ac iccirco tueri ſeſe debet, non ſua tantum cauſſa, ſed & civium, quorum ſalus a ſalute ejus pendet. Cum præſertim mali

tarwa hus/ thr han ar med wa-
ru ſinne. Ok ar thet diger hedr
kununge ok hofdinga hawa ſagran
ſal/ thet ar thon hus han ſkal a-
ta ok dricka i med ſit harſkap.
Nu ſkal thet hus af ſiall ſine gar-
ning/witt/liuſt/rent ok luſtelikt in-
nan wara. Ty at mange koma thr
in/ ok hwar ſigr af ty han ſe. Ther
ſkal wara bordbonadr kununx til
mat ok dryk/ ren ok fagr/ ok dyr
apte ammom hans.

IV. Thet ar ok kununx hedr ok
ara/ hawa witra ok ronta ſyſlo-
man i hwarre ſyſlo. Ok ſir af e-
nom wiſom kununge / at han al-
drei

& ſuorum ſecuritatem, in qua commoretur cum rebus ſuis. (e) Eſtq; valde decorum Regi Principiq; ſi nitidum habeat cœnaculũ, in quo cum ſuis cibum capiat. Domum oportet non vulgari modo ſtructam, ſed amplam, claram, mundam, & ad habitandum jucundam eſſe. Plurimi namq; ipſã frequentant, e quibus quilibet enarrat, quæ in ea obſervat. In eadem requiritur ſupellex menſaria regis ſerviens victui quotidiano, munda, pulchra, pretioſaque, pro uſu ſuo.

IV. Regi quoq; honorificum, ſi habeat miniſtros prudentes (f) peritoſq; ad quælibet miniſteria. (g) Feruntq; Regem ſapientem nun-

mali ſint ubiq; plures, quam boni; rexq; etiam optimus habeat oſores inimicoſq; aliquos, qvum, ut ait Attius, *multi itaqui atq; infideles regno, pauci ſint boni*, apud. Cic. III. Off.

(e) *Sed & valde decorum eſt*) Non igitur ſecuritatis modo gratia, ſed ſplendoris quoq; cauſſa & ornatus ſtructam decenter domum Princeps habere debet, ac in domo illa non alterutrum modo, ſed utrumque ſpectare. Cicero lib. 1. de Offc. *Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe, cujus finis eſt uſus, ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio. Et tamen adhibenda dignitatis commoditatisq; deſcriptio.* Et paulo poſt: *In domo clari hominis, in quam & poſſites multi recipiendi, & admittenda hominum cujuſq; generis multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis.* Quanquam & in hiſce utilis & laudabilis ſit modus, ne fiat domus ſimilis illi Caii, aut Neronis, de quibus Plinius lib. XXXVI. c. 15. & Svetonius. Nam ut alterum habet gloriam, ita hoc invidiam, & odium, quod vel verſus docent in Neronis domum publicati:

Roma domus fiet. Vejos migrate Quirites.
Si non & Vejos occupat iſta domus.

Bene Plinius ad Trajanum c. 5. *Non exturbatis prioribus dominis omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiam ſaltum, immenſa poſſeſſione circumvenis, nec unius oculis flumina, fontes, maria deſerviunt.*

(f) *Peritoſq;*) Nec enim omnes apti ad omnia: unde fieri neceſſe eſt, ut ſi adhibeantur inepti, non modo munia non expediantur ita, ut oportet, ſed & dedecus redundet in Principem, cum vel imprudentiæ hoc ipſum arguat, vel favoris gratiæq; nimiæ. Id quod inſinuat Noſter, quando honorificum ei alterum teſtatur. Ammianus de Conſtantino lib. XXI. *Palatinas dignitates velut ex quodam tribuit perpendiculo, & ſub eo nexo celſum aliquid acturus in regia, repentinus adhibitus eſt vel incognitus: ſed qui poſt decennium officiorum magiſterium, vel largitiones, vel ſimile quidquam eſſet recturus, apertiſſime noſcebatur.*

(g) *Feruntq; regem ſapientem*) Neſcio, num intelligat Tiberium. ejus ſane iſta fuit conſvetudo. Tac. 1. Anal. 80. *Id quoq; morum Tiberii fuit, continuare imperia ac plerosq; ad*

finem

drei wilde vtan trang skipta vm systomannom sinom. Ta spurde en witur man han ther at / hwi han swa giorde. Ta swarade han/thes optare iak systomannom skipte/ty mera skada hawer iak ther af / ok sa hwarin systa. Ty at hwar ta han förstar at han skilias wid nokra systo/ ta öde han ok dragr alt vndi sik ok sina wini thet han iwi radr / ok ta skal iak a nyo alt fa thet systonne afat är/ ok sagde: Thet war en man ther hafde et ilt sar ok la ofös i solenne/ ther komo flugur ok fylte alt hans sar. Ther kom gangande en man/ ok ta han thet sa / ta bar han wid warkunsämi / ok wilde burtköra fluguna af sareno. Ta öpte hin sara/ok sagde:

nunquam absq; caussa necessaria mutare ministros voluisse. Cumq; ipsum prudens alius interrogaret, qui hoc faceret, respondisse, quo sœpius ministros immuto, hoc detrimentum majus accipio & ego, & munia cujusq;. (h) Quicunq; enim sentit se relicturum esse munus, is ex eo ad se rapere, ac in commoda convertere sua suorumque amicorum studet, quicquid potest, ita mihi de novo comparanda, quæ ad expediendum munus sunt necessaria. Addidisse deinde, fuisse quendam gravi ulcere afflictum, jacentem in sole, ita (i) muscas invasisse ulcus illud, atq; totum occupasse. Forte præterisse quempiam, qui misertus ipsius, abigere muscas ab ulcere proposuerit. Ad quem exulceratus:

finem vitæ in iisdem exercitibus aut jurisdictionibus habere. Item lib. IV. Anal. 6. *Res suas Cæsar spectatissimo cuiq;, quibusdam ignotis ex fama mandabat, semelq; adsumpti tenebantur prorsus sine modo, cum pleriq; in iisdem negotiis insenescerent.* Sed non conveniunt satis cætera. Tacitum saltem videre Noster non potuit. Atq; legitur & de Antonino Pio apud Capitolinum c. 5. *Nulli eorum, quos Adrianus provexerat, successorem dedit. Fuitq; ea constantia, ut septenis & novenis annis in provinciis bonos præsides detineret.*

(h) *Quicunque enim sentit*) Probe hoc observavit Tiberius, vel quisquis alius hæc dixit. Quanquam fuerint, qui caussis aliis hoc factitatum à Tiberio putarint, sicut Tacitus declarat, omissa illa, quæ a Nostro proponitur. Quicquid sit, non profecto vanum est, quod hic profertur. Sed & aliæ sunt caussæ. Nam per mutationes crebras ministrorum fit hoc etiam, ut negotia minori ractentur successu, novis semper, & imperitioribus adhibitis, qui non nisi longiori tempore possunt discere, quæ in munere suo postulantur. Vidit hoc M. Popilius Lænas apud Livium lib. XLI. c. 15. propterea q; de crebra Ducum immutatione ita questus est: *Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire. Inter traditionem imperii* (ministerii) *novitatemque successoris, quæ noscendis prius, quam agendis rebus imbuenda sit, sæpe bene gerendæ rei occasionem intercidere.* Adde, quod hæc ipsa frequens mutatio faciat ambitiosos ministros, & alia post alia spectantes, nunquamque contentos præsentibus. Unde plane sequitur, negligentiores ut existant in muneribus commissis, dum animo toto ad quærenda alia & alia vertuntur.

(i) *Muscas invasisse ulcus*) Non muscis, sed hirudinibus eos comparabat Tiberius, ut notavit Dio; qui respondisse ait, hirudines multo sanguine hausto quiescere, recentium morsus esse acerrimos. Muscæ memorantur Aristoteli II. Rhet. c. 20. sed in fabula, quæ & ipsa huc spectat.

de: gör ey swa: the åru nu alla fulla ok måtta i sareno sittia ok sugu maklika / köre tu thöm af / ta koma andra graduga / ok suga sarlikare ok halwa mera.

V. Nu skal kunungur huxa / huru han skal sit folk med årum föda ok kläda. Til födo höre fiura handa idkan. Thet år en / at samka saman af få ok boskapi / thet manna födo tilhöre. Annor år thön / at idka wedeskap af wille diurum ok fuglum. Thet tridia år fiskning

ratus: tu quæso istoc omitte: saturæ nunc ac repletæ sunt istæ, quæ ulcus occupaverunt, modiceq́; attrahunt humorem, quas si abegeris, aliæ famelicæ venient, acriusq́; multoq́; avidius mordebunt.

V. Oportet quoq́; Regem adhibere curam, quomodo honeste alat suos & amiciat. (k) De alimentis quadruplex est cura. Prima, ex pecore colligere, quod inservit victui humano. Secunda, exercere venationes ferarum, aviumq́; aveupia. Tertia, piscatione uti

(k) *De alimentis quadruplex est cura*) Ita fere etiam Aristoteles lib. 1. Pol. c. 5. & 6. Sed omissam hic agriculturam miror, ejusque loco nominatam mercaturam. Longe aliter veteres. Cicero sic habet lib. 1. de Off. *Mercatura si tenuis est, sordida putanda est, sin magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. Atque etiam si satiata quæstu, vel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, & ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit, videtur jure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.* Sane agriculturam viri maximi ac prudentissimi amarunt semper, atque mercaturæ prætulerunt. Cum, quod mercatura esset plena res periculi, tum, quod homines redderet lucri cupidos, avaros, frat dulentos, & in rempublicam luxum fere induceret, corrumperetq́; mores. Unde Cato: *Est interdum præstare mercaturis rem quærere, ni tam periculosum siet, item fœnerari, si tam honestum siet.* Et Salvianus lib. IV. de Guber. Dei. lib. III. *Quid aliud est cunctorum negotiantium vita, quam fraus & perjurium?* At vero contra *ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur, maximeq́; pius quæstus stabilissimusque consequitur. Minimeque male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt,* ut ait idem Cato. Imprimis vero bellicosis nationibus inutile nimium mercaturæ studium, quia *animos facit abjectos, odio habet bellorum dispendia, & vitiosum pacis desiderium ingenerat,* ut prudenter ait Nob. Forstnerus. Atque hoc intuitu noluerunt Principes Germani nobilitatem suam exercere mercaturam. Idem optime de Principibus dictis: *Cum illi magnitudinem suam atque securitatem in armis consistere sciant, nec ignorent, Nobilitatem semel degustata lucri ex mercimonis provenientis dulcedine abjectis armis negotia mercantilia sectaturam: necessarium fuit, eam illis sententiam infundere, qua acquirere sibi emendo vendendoque vile & abjectum esse crederent.* Quanquam & jam olim habitum indignum nobilibus, publiceque prohibitum, etiam apud Romanos. Honorius & Theodosius l. 3. C. de Comm. & merc. *Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebejos & negociatores facilius sit emendi vendendique commercium.* Omnium vero maxime Principibus hoc reputatum turpe atque inhonestum. Unde Suetonius de Vespasiano cap. 16. *Negotiationes quoque vel privato pudendas perpalam exercuit, coëmendo quadam tantum, ut pluris postea distraheret.* Contra Alexander Parmenioni velut rem indignissimam, captivarum remissionem sub certo pretio suadenti: *Me non mercatorem memini esse, sed Regem.* Curt. lib. IV. c. 14.

Ita

fiſkning i haui ok i androm watnom. Fiärde är köpſkaper/ köpa ok ſälia ok ſkipta et godz i annat.

VI. Ok ſkal han ſkipa ok akta/ at hans mån hauin renan koſt ok fögelikan / ty at ther af warda the lätte ok luſtuge til andra athäwa.

VII. Thet är ok heder ok ära kununr ok hwars ens höfdinga/ at hans ungara ok andra mån ſen ſiduge ok dygdelike wid thera mat ok dryk.

VIII. Nu ſigia wiſe mäſtare ſiär laſte ok odygde wara / ther hwar Höfdingzman ſkal flya wid ſin mat ok dryk.

IX. Thet är laſtr ok odygd / hwar ſom bradr ok ſlidzkr löper i ſin mat ella dryk / thet ſkada bade hans ſkiäl ok likama. Ty at hwar then wana hawer/ han halda alle witre mån firi owätugan ſlukara / ther hwazke hawer thul ella

uti in mari ac fluminibus. Quarta mercaturæ operam dare, emere ac vendere, atque alterum cum altero permutare.

VI. Debet autem hoc curare, ut familia ipſius cibum habeat mundum modicumque,(l) ita enim fiet alacris & prompta ad obeunda ſua miniſteria.

VII. Regi etiam honeſtum decorumque, & cuivis principi, ſi familiares ejus miniſtri puerique bene ſint morati in menſa & capiendo cibo.

VIII. Jam autem viri ſapientes dicunt vitia eſſe ſex, aulicis in cibo potuque fugienda.

IX. Turpe namque atque indecorum, ſi quis cibum (m) avide involet potumque, quoniam & animo & corpori affert detrimentum. Qui enim hoc conſvevit, eum omnes viri prudentes pro impudenti habent gulone, qui nec ſit moræ patiens, nec capax rationis.

(l) *Ita enim fiet alacris & prompta*) Quod in aulica familia præcipue requiritur, quando illi multa, ſæpe gravia etiam expedienda, quæ a torpentibus, ſomnolentisque expediri nequeunt. Euripides in Bellerophonte ſic loquentem facit aliquem : *Scirem agilis eſſe ventre non impleto.*

(m) *Avide involet*) Sine mora, ſine patientia, velut imminerent hoſtes, aut in diſcrimine amittendæ ſuæ partis verſaretur. Hoc enim Noſter intelligit illo loco, non copiam & abundantiam nimiam, de qua mox. Muſonius apud Stobæum : *Quoties cibum ſumimus, multis peccandi modis occaſio datur: nam & qui nimium edit peccat, & qui feſtinantius.* Scilicet nonnulli etſi edant modice, moderate tamen non edunt, quia vorant potius, quam edunt. Quo in genere quia deeſt juſta maſtucatio, ciborumque inter dentes comminutio conciſioque, ideo ſic integra ventriculo ingeſta, pari promptitudine, ac ſi comminuta fuiſſent, digeri haud poſſunt. Saresb. VIII. Polic. c. 8. *Cibus qui non avide devoratur, leviori digeſtione concoquitur.* Syracides cap. 37. *Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit uſque ad cholcram.*

ella ſkiäl. Ok then mater ella dryfkr ſwa tar / han wardr hanom giärnt til ohälſo / ty at han wardr opta ey wäl ſmältr.

X. Thet är ok laſtr ok odygd ofmikit äta. Ty at hwar ſom mera äter än han torf til ſin naturlik ſkipilſe / thet är drötwilſe til hans ſkiäla / ok tunge til hans likamlik athäfwe.

XI. Thet är ok laſtr ok odygd / at taka ſin mat ella dryk orenlika / ok fylſka ther af ſik ſielfwan ella ſin kläde / ok the thet göra the mago ſik wita owätuga ſlukara.

XII. Thet är ok laſtr ok odygd / akta ella göma hwazke tid ella tima / thet är likare ſöda liſnade än manna / ok hwar the ſidwänio hawet / han ma aldrei hafwa ſin fulla ſkiäl ella dygdelikt athäfwe.

XIII. Thet är ok laſtr ok odygd / än man girnas ofmykit äpte kraſmäti

nis. Et quem ſic avide ingurgitat, cibus potusque fere morbum ipſi affert, quia ægerrime concoquitur.

X. Vitioſum etiam ac fœdum, edere nimium. Quisquis namque edit plus, quam uſus naturalis requirit, per hoc (n) & turbat animum, & corpus ſuum gravat.

XI. Indecorum quoque ac turpe, ſi quis cibum potumque capiat fœde, illoque vel ſe, vel (o) veſtes ſuas commaculet, quique hoc faciunt, eſſe ſeſe ſciant epulones impudentes.

XII. Turpe item eſt ac fœdum, (p) tempus nullum obſervare certum, nam ſimilius hoc vitæ beluinæ quam humanæ, quemque prava hæc invaſit conſuetudo, is nec ratione ſua recte unquam poteſt uti, nec in actionibus decenter ſeſe gerere.

XIII. Eſt & illud turpe, ſi quis cibi (q) delicati atque pretioſi eſt

(n) *Et turbat animum, & corpus*) Seneca 8. 15. *Copia ciborum ſubtilitas animi impeditur.* Clem. Alexandrinus lib. 11. Pædag. *Victus qui inundat & obruit ſufficientiam, homini multum officit, animam quidem ſegnem & inertem reddit, corpus vero valetudinarium, & quod in morbos facile prolabitur.* Hieronymus, & ex eo Saresberienſis VIII. Polic. c. 5. *Nihil ita obruit animum, ut plenus venter, & exæſtuans.*

(o) *Veſtes ſuas commaculet*) Nam & puerile vitium hoc eſt, & animum arguit improvidum & ſordidum.

(p) *Tempus nullum obſervare certum*) Etiam Muſonius hoc obſervavit dicto loco: *Qui non ſuo tempore comedit*, ait, *is quoque peccat.* Et profecto *ſunt, qui officia lucis noctiſque pervertunt. Sunt quidam in eadem urbe antipodes, qui, ut ait M. Cato, nec orientem unquam ſolem viderunt, nec occidentem.* Quales graviter perſtringit Senec. Ep. 122. Quanquam hic videndum, quid negociorum gravitas aut neceſſitas permittat.

(q) *Delicati atque pretioſi*) Seneca ep. 95. *Quid eſt cœna ſumptuoſa flagitioſius, & equeſtrem cenſum conſumente? quid tam dignum cenſoria nota, ſi quis, ut iſti ganeones loquuntur, ſibi hæc & genio ſuo præſtet?*

Quam

mâti of dyran mat/högra ân hans ämpne ella hans ſtadge tilſigr.

XIV. Of ma laſir of odygd wara widr mat/um man lâggr ofmykla dyrkan of ârwode a ſin mat/mera ân hanom ſôme. Ty at hwar thet idka/han wil thes liſwa at han mage âta/ of ey âta til thes at han mage liwa.

XV. Ofdrykia of drukinſkap âr of laſir of odygd / of thet ſkada bade manzens ſkiâl of hans likama / thet dröfwe manzens hierna/ of minſka hans ſkiâl of/ förderwa hans hâlſo. Ty at hwar ſom plâga mera

eſt ſtudioſior, (r) quam conditio ipſius facultatesque permittant.

XIV. Certe inhoneſtum, ſi quis pretii operæque nimium ponat in victu, & plus, quam conveniens eſt. Nam qui hoc ſtudioſe facit, is (s) quærit vivere, ut edat, non vero edere, ut vivat.

XV. Potus quoque nimius & ebrietas eſt in vitio, eaque cum animo humano damnum affert, tum corpori, (t) turbat namque cerebrum, (u) minuit rationem, & corrumpit valetudinem. Qui enim

(r) *Quam conditio ipſius facultatesque permittant*) Duo igitur in his putat obſervanda; conditionem cujuſque, hoc eſt vitæ genus, dignitatem, ordinem, & facultates, opes, pecunias. Hæc duo divelli non debent. Non ſi facultates adſint, ſupra conditionem nitendum, & in conditione ſplendida videndum quid facultates permittant. Peccatur ſæpius utroque modo. Sæpe homines minuti, ſed locupletes per luxum viris maximis ſe æquant. Adſcribam exemplum ex dicta Senecæ epiſtola: *Mullum ingentis formæ Tiberius Cæſar miſſum ſibi, cum in macellum deferri & venire juſſiſſet: Amici, inquit, omnia me fallunt, niſi iſtum mullum aut Apicius emerit, aut P. Octavius. Ultra ſpem illi conjectura proceſſit. Licitati ſunt, vicit Octavius, & ingentem inter ſuos conſecutus eſt gloriam, cum quinque millibus HS. emiſſet piſcem, quem Cæſar vendiderat, ne Apicius quidem emerat.* Sed & illi aliquando, quibus ob dignationem vitæ cœna comptior & opulentior conceſſa eſt, egrediuntur modum atque facultates, quod Neronis, Domitiani, Heliogabali, & aliorum luxus abunde teſtantur.

(s) *Quærit vivere ut edat*) Contra Socratis ſententiam, qui *rogatus, quonam a cæteris hominibus differret, reſpondit: Alii quidem vivunt, ut edant, ego edo, ut vivam.* Adde Muſonium apud Stobæum ſer. 15. Cæterum hoc turpe cum ob alia, tum præcipue, quia qui ſic vivunt, nihil vivunt altius ac beſtiæ, quarum plerarumque proprium, vivere, ut edant, ſaginatæque cedant homini in cibum. Quare optimum, ut in his omnibus obſervetur ſtudioſe, quod is ipſe dicit Muſonius: *Opus eſt dicta ſcopum conſtituere ſanitatem ac vires: horum enim ſolum cauſſa cibus aſſumendus, quem ſumptuoſum eſſe nulla neceſſitas eſt. Is autem qui cibum capit ut ordine, modo, menſura, puritateque decenti, & abſque feſtinatione obſervatis, plurimum ab aliis differat, omni cura & ſtudio eniti debet.*

(t) *Turbat namque cerebrum*) Non in præſens modo, & dum vinum cerebrum invadit, ſed & deinceps omni tempore, quia nimio humore ſolvitur & velut natat.

(u) *Minuit rationem*) Cerebro, rationis domicilio, vitiato. Hoc intuitu Cicero Or. Philip. 2. *Ab homine nunquam ſobrio poſtulanda prudentia non eſt.*

Langui-

mera dryka än hans naturlik ſkipilſe torwa til likamens uppehåldes / ta wardr han giärnt trutin/ ok bulgin / ok lyttr til ſin likama. Swaſom wi ſea magom thet trä ſom å flyter i watne / thet wardr blöt ok bulgit/ok ma ey länge wara / ok är ey fallit til nokot thet got är. Swa är ok thera manna likama / ok helſt ungkara the mykit ſlas i ofdrykkio. Them förwarda thera ſkiäl ok likamlik hälſa / ok mago ey länge liua. Thet ſigr en wis ok hålagr man Auguſtinus: Drukinſkaper är modr ok ophof at allom odygdom/ howuzins dröwilſe/ok förwändilſe hux ok ſkiäla/tungona ſtormbr/ ok likamens bylgia/ſöt ſynd ok naturina fördärwilſe. Thet gör manzens ånlite lyt ok afſkapat/ok minzka wit ok ſkiäl. Thet gör likamenom ſiukdom / ok hugenom giäld. Ta yppinbara lönlik ting ok dräwer mannen til tråto ok bardaga / ok later mannen ſik utſättia mote ſkiälum til alla odygd ok wada Ok hwar ſom drukken är / han radr hwazke ſik ſielwom ålla ſinom ſkiälum.

XVI. Nu ſix/ at en wis måſtare kom af Öſtirlandom til Rom / then

nim bibit plus quam natura poſtulat ad conſervationem corporis, plerumque evadit (x) languidus & obeſus, cum corporis deformitate. Sicut lignum videmus in aquis natans molle tumidumq; evadere, nec durare diu, vel ad rem ullam bonã idoneum eſſe. Eodem modo ſeſe habet corpus hominum maxime juvenum, ſi ſint potui nimium dediti. Perdunt rationem valetudinemque, neque poſſunt vita diuturna frui. Sapiens ſanctusque ait Auguſtinus: Ebrietas mater & origo eſt vitiorum omnium, conturbatio capitis, immutatio intellectus rationisque, linguæ expugnatio,& inflatio corporis, peccatum dulce, ac naturæ exitium. Vultum hominis turpat ac deformat, rationemque imminuit. Corpus affligit morbis, animum mala conſcientia.. Manifeſtat occulta, hominemque adigit ad contentiones & pugnas, finitque homo ſe per eam exponi rebus & adverſis rationi, & cum periculo conjunctis. Deniq; qui ebrius eſt, neque ſe, neque animum ſuum gubernare poteſt.

XVI. (y) Philoſophum quoq; quendam memorant veniſſe Romam

(x) *Languidus & obeſus*) Qualis qui evadit hydropicus. Et ſolet plerumque vini potatores aqua intercutis ad ultimum invadere.

(y) *Philoſophum quoq. quendam*) Hoc unde Noſter hauſerit, non dixerim. Alibi profecto legiſſe non recordor.

Pluri-

then ther lat ſkriva a ſteinmur ok läggia met gylta bokſtawa / thäſſe ſiu torpara ok ſiu hörviſt athäwe.

XVII. Torpara athäwe äru theſſin : thet förſta är / tala mykit i ſamdrikkio manna.

XVIII. Annat : förgäta the godgiärninga thöm äru göra.

XIX. Tridia : ofmikil dirwe i bland okunnoge män.

XX. Fierda : högmöda ibland wini ok kompana.

XXI. Fämte: förſmailſe thera thr fateke warda i miſſfällo.

Siät-

mam ex Oriente, lapidique inſculpi, aureisque ſcribi litteris juſſiſſe ſeptem haſce ruſticas, ſeptemque civiles actiones.

XVII. Ruſticæ actiones iſtæ ſunt : prima, (z) plurimum inter convivantes garrire.

XVIII. Secunda : (a) beneficiorum eſſe immemorem.

XIX. Tertia : (b) audacem nimis ſe præbere inter ignotos.

XX. Quarta : (c) apud amicos ſociosque ſuperbire.

XXI. Quinta : contemnere illos, (d) qui fortunæ culpa facti ſunt egeni.

Sex-

(z) *Plurimũ inter convivantes garrire*) Solon hoc nõ modo ruſticum putavit, ſed & ſtultum. Nam ipſe *inter pocula tacitus interroganti Periandro, an propter verborum inopiam, num propter ſtultitiam taceret, reſpondit : Atqui nullus ſtultorum in convivio ſilentium præſtare poteſt.* Stobæus ſer. 34.

(a) *Beneficiorum eſſe immemorem*) Ingenuo homini hoc repugnare conſenſu traditum eſt a veteribus. Ingratitudo contra propria eorum, quibus nil videtur turpe. Igitur & Theophraſtus inter notas impudentis retulit in Characteribus. Et fere qui ingratus eſſe cœpit, ab eo incipit ſimul omnis pudor exulare. Xenophon lib. 1. Cyri Educ. *Ingratitudinis comes impudentia, quæ dux eſt ad omnem turpitudinem.*

(b) *Audacem nimis ſe præbere inter ignotos*) In Suetico eſt dirwe/ quod ſignificat promptum nimis & confidentem in ſermone. Quod cum inter ignotos facile periculum creare queat, nemo ſane prudens committit. Inter nugatoris notas refert Theophraſtus, *ignotos temere affari.* Eſt autem nugator abſque dubio incivilis.

(c) *Apud amicos ſocioſq; ſuperbire*) Qui cum amici ſint, non poſſunt ignorare virtutes cujuſq; ac vitia, & iccirco hanc jactantiam deprehendere. Porro & hoc imprudentis eſt, etiam inter notos vanitatem ſuam non frenare. Cum præſertim gignat odium & contemptum. Hinc Euripides in Æolo : *Hujuſmodi ne mihi contingat amicus, neque contubernalis, qui ſatis multa ſe ſapere ſibi perſvadeat, & pro ſervis amicos æſtimat.*

(d) *Qui fortunæ culpa facti ſunt egeni*) Dicit, *fortunæ culpa*, ut, per incendia, fures, incurſiones hoſtium, & id genus. non quæ culpa propria, quod fit, cum diſſolute ac luxurioſe vivitur, vel non ea adhibetur cura in re familiari cuſtodienda, quæ oportet, quali negligentia etiam divites nonnulli facti ſunt egeni. Cæterum illos prioris generis contemnere, nil eſt aliud, quam alienam culpam imputare ipſis, & ſortis propriæ immemorem eſſe. Quod nec cum prudentia, nec cum humanitate vel civilitate poteſt convenire. Quo reſpectu & Theognis : *Pauperiatem animum adimentem nunquam alicui, neque malam pecuniarum inopiam objicias ô Cyrne. Juppiter enim bilancem alias aliter inclinat. Interdum quidem ditescere, interdum vero nihil habere.* Et Heſiodus, ut eſt verſus in politiſſima doctiſſimaque Græevii editione : *Neque unquam miſeram pauperiem animum comedentem homini ſuſtineas exprobrare, divorum munus immortalium.*

XXII. Siätte år/ enhårde mote ſinom ſkiälom ok tarflikt rad.

XXIII. Siunde år/ enhårde mote ſinom egnom tarwom.

XXIV. Siuhöwiſk athåwe åru theſſin. Förſta år / at han ſe hoffamber i dryk ok athåwom ſinom ther han år hemelika.

XXV. Annat år / at han ſe gladr ther han år opinbarlika.

XXVI. Tridia år / at han tali fögelika ok hoffamlika ibland okunnuga mån.

XXVII. Fiärdi år / at han wari godwiliogr ok ödmiukr ibland winom ok kunnugom mannom.

XXII. Sexta: pertinaciter rationi rectæ (e) ſalutaribusque conſiliis repugnare.

XXIII. Septima: (f) propriis ſuis commodis adverſari.

XXIV. Civiliter elegantes ſeptem actiones ſunt. Hæc prima, ut quis ſit parcus in cibo & potu (g) quando privatim inter ſuos conſtitutus eſt.

XXV. Secunda, (h) ut ſit hilaris cum verſatur (i) inter alios.

XXVI. Tertia, ut loquatur modice & decenter inter ignotos.

XXVII. Quarta, ut ſit facilis ac modeſtus inter amicos atque notos.

Fäm- Quin-

(e) *Salutaribuſque conſiliis repugnare*) Bene Livius Lib. XXII. *Qui nec ipſe conſulere, nec alii parere ſcit, is extremi eſt ingenii.* Scilicet *admoneri bonus gaudet: peſſimus quiſque correptorem aſperrime patitur*, ut ait Seneca II. de Benef.

(f) *Propr is ſuis commodis adverſari*) Quoniam hoc parum abeſt a furore. Omnes quippe natura ipſa impellimur ad non admittenda modo, ſed & ſtudioſiſſime quærenda noſtra commoda.

(g) *Quando privatim inter ſuos conſtitutus eſt*) Nam qui ſecus faciunt, tempora nulla diſtinguunt, id eſt, decus non obſervant, quod obſervandum recta ratio præſcribit, quando quotidie convivia inſtruunt. Debet ſane inter convivium & quotidianam cœnam diſcrimen eſſe.

(h) *Ut ſit hilaris*) Illam amabilitatem puto commendari, quæ in converſatione cum aliis obſervanda. Ex qua & Ariſtoteles ait virum prudentem civilemque dare operam, ut *delectationem per ſe ſequatur atque eligat, offenſionem vero vitet, iis autem, quæ ſunt eventura, ſi ſint majora, adhæreſcat, honeſto ſcilicet & utili.* vide IV. Nicom. 12. Quanquam forte ſit addenda ſimul illa ſuavitas jucunditasque converſationis, qualem in Lælio prædicat Cicero Offic. I. *Erat*, inquit, *in C. Lælio multa hilaritas.* Et profecto ſolet fere grata eſſe hæc virtus, ſi ſit cum ratione honeſtateque vera, ſicut debet, conjuncta. Tamen obſervandum ſimul, quod eodem loco monet Cicero: *Admodum tuenda ſunt ſua cuique, non vitioſa, ſed tamen propria, quo facilius decorum illud, quod quærimus, retineatur.*

(i) *Inter alios*) Sueticum habet, ther han år opinbarlika/ quod ad verbum ſonat, *ubi eſt publice, vel in publico*, & opponitur præcedenti, ther han år hemelika / quod ſignificat, *ubi eſt privatim.* Maluimus autem iſto modo reddere, quia non ſtatim qui verſatur apud alios, verſatur in publico, & in publico gravitas potius, quam hilaritas laudatur. Ut nec aliud quid intellexiſſe Noſter potuerit, quam quod diximus.

Lætus

XXVIII. Fämta år / at han wari gladr ok ſtadugr i alle genwärdo.

XXIX. Siätta / at han ſe war ok witur / ok ſtadlikr i gawum ſinom ibland flikrarom ok otökkom mannom.

XXX. Siunda år / at han hawi ſtadugan ok tulinmodögan hug / hwat wärilz ting hanom ganga met ella mot.

XXXI. Nu ſigias ok wara tolf oärlik athäwe / the ſom äru bade mot ſkiälum ok mandome.

XXXII. Förſta år / um witur man är dygdalös ok liwer utan goda gärninga. Siwa är ok then eg utan ſtenfagr ſom annat tee med

XXVIII. Quinta, ut ſit (k) lætus conſtansque in cunctis adverſitatibus.

XXIX. Sexta, ut ſit cautus, & (l) prudens, & firmus in muneribus inter adulatores improboſque.

XXX. Septima, ut fortem patientemque habeat animum ſive proſpere, (m) ſive improſpere humana hæc eveniant ipſi.

XXXI. Ferunt amplius actiones inhoneſtas eſſe duodecim, quæ cum rationi, tum animi magnitudini repugnent.

XXXII. Prima, cum (n) vir prudens negligit honeſtatem, neque vivit ita, ut ea faciat, quæ bona ſunt. Sed & is in ſpeciem tantum

(k) *Lætus conſtansque*) Non modo, quoniam ſic decet virum magnanimum, ſed & quoniam iſta vultus ſerenitas commendat, cum triſtitia obnubilata facies contineat multa, per quæ gratia civilitatis corrumpitur. Hoc intuitu Seneca ad Polybium Conſol. c. 25. *Magnam tibi perſonam hominum conſenſus impoſuit: hac tibi tuenda eſt. Circumſtat te omnis iſta conſolantium frequentia, & in animum tuum inquirit ac perſpicit, quantum roboris ille adverſus dolorem habeat, & utrumne tu tantum rebus ſecundis dextre uti ſcias, an & adverſus poſſis viriliter ferre. obſervantur oculi tui.*

(l) *Prudens & firmus in muneribus*) Scilicet *nonnulli familiaribus probis & indigentibus neglectis, dant aliis, importune ac impudenter petentibus, non ſtudio dandi, ſed quia negare non poſſunt*, ait Plutarchus in de vitioſo pudore. At hoc quoque honeſtati ac civilitati varie repugnat, quæ in eos jubet beneficum eſſe, qui beneficia merentur. Cum præſertim teſte B. Maximo ſer. de Benef. *qui largiuntur indignis ea, quæ dignis conferri debebant, tria committant abſurda. Nam & ipſi jacturam faciunt, & in bonos injurii ſunt, & malos deteriores reddunt, materiam vitiis ſuppeditando.*

(m) *Sive improſpere humana hæc eveniant ipſi*) Videri poteſt, idem dicere, quod paulo ante dixit, par. 29. Sed non potuit tam cito dememineſſe priorum. Ergo cenſeo hoc velle, non debere virum civilem elegantemque fieri impatientem, ſpemque omnem deponere, licet deſtinata ipſi non reſpondeant ex voto, imo aliquando contra eveniant. Nempe qui hoc negligit, infirmitatem prodit ſui animi, quæ non poteſt juncta eſſe cum decoris elegantiæque debitæ cuſtodia & conſervatione.

(n) *Vir prudens*) In Suetico eſt witur / quod proprie ſignificat eum, qui ſcit multa. Et ſic *prudens* debet intelligi, populari nempe ſenſu. Nam alias ex Philoſophorum ſenſu prudens dici, niſi bonus honeſtusque, nemo poteſt.

med ordom ok annat i ſinem athåwom. Hwem war herre giwer mera wit ok ſnille / han wil af hanom hawa mera godgårninga ok dygdelik athåwe / ålla wardr han ſtarklikare plagadr för ſina glömſko.

XXXIII. Annat oårlikt athåwe år thet / um gamul man liwer ogudelika. Ty at ſwa ſom ållis alla krapt / ſwa ſkal ok hanom ållas aldr lekamlikr luſte ok alla odygde. Ok ty ſkulu gamle mån thes gudelikare liwa ok renlikare / at likamens kraptr ok fägrind mera thöm förlatr. Ok ty ſkulu the wål hyra ok ſkuda hwat ſkipilſom ok athåwom thera alder til höre / ok thet

tum probus eſt, qui (o) ſe alium in verbis exhibet, alium in factis. Cui vero Deus tribuit prudentiam majorem, ab eo plura exigit bona & honeſta facta, vel ſubire pœnas graviores propter ſuam negligentiam tenetur.

XXXIII. Secunda actio inhoneſta eſt, cum (p) ſenex vivit impie. Ut enim ſeneſcunt vires cæteræ, ita (q) ſeneſcere debent voluptates corporis in homine ac turpitudines. Quare ſenes ſanctius eo atq; purius vivere oportet, quo magis viribus & decore corporis deſtituuntur, diligenterque conſiderare ac proſpicere, quid conditioni ætatique ſuæ conveniat, dareque ope-

o) *Se alium in verbis exhibet*) Quod nimis ſæpe frequens eſt, dum plerique ore tenus, quam ex animo malunt eſſe probi. Fabius jam ſua ætate in præf. Inſtit. *Noſtris temporibus ſub Philoſophi nomine maxima in pleriſque vitia latuere. Non enim virtute & ſtudiis, ut habeantur Philoſophi, laborabant, ſed vultum, & triſtitam, & diſſentientem cæteris habitum peſſimis moribus prætendebant.* At Macedo Philoſophus *nihil fieri poſſe indignius atque intollerabilius dicebat, quam quod homines ignavi ac deſides operti barba & pallio, mores & emolumenta philoſophiæ in linguæ verborumque artes converterem, & vitia facundiſſime incuſarent, intercutibus ipſi vitiis madentes.* vide Gellium lib. XIII. c. 8. Recte Seneca ep. 20. *Verba rebus proba. Facere Philoſophia docet, non dicere, & hoc exigit, ut ad legem ſuam quiſque vivat, ut verbis opera concordent, ne orationi vita diſſentiat.*

(p) *Senex vivit impie*) ſive impietatem intelligas proprie ſic dictam, ſive cætera flagitia, quæ fere illam conſequuntur. Nam & hæc cum ætati omni, tum præſertim ſenili ſunt turpia, uti ſtatim docet Noſter, & illa penitus ei adverſa. Sunt enim natura ſua religioſi ſenes, quoniam meticuloſi, & ob exiguam ſpem vitæ de futuro anxii & ſolliciti. Quo reſpectu Græci verſu noto ajebant, *facta eſſe juvenum, conſilia mediorum, preces votaque ſenum.* Adde Ariſtot. VII. Pol. 9.

(q) *Seneſcere debent voluptates*) Si modo ſeſe habeat ſecundum naturam. Nam revera in ſenibus ſecundum naturam ſe habentibus *una cum corpore declinante & marceſcente, vitiorum quoque cauſſæ paulatim recedunt. & anima ſenis, tanquam ſui juris facta, jam meditatur humana mala refugere, ac temperantiam exercere.* ait Juncus apud Stobæum ſer. 116. At vero *ſenex amans, ſenex ebrius, circumdatus ſertis, deliburus unguentis, & in præteritos annos ſe retro agens, & validus in voluptatibus quaſi juvenis exultans, nonne portentum eſt?* Seneca Rhetor. II. Contr. 6.

Ut

thet göra them ma wara utan laſt i thera äpterſta tima.

XXXIV. Tridia oärlik athäwe är ungkara olyden ok faſängr. Ok ty är thet gamalt ordaqwäde: Then ma aldrei warda godr herra ella husbonde / then faſängr ok olyden liwer i ſinne yngſko.

Ok ty ſigr Auguſtinus / at ſwaſom thet är omögelikt at nakot ma wenta goda frukt af thy trä aldrei kom blomſtr å: Swa är ok thet omögelikt / at nakor ma met rettom ſakom fa hedr i ſinne älle / ther faſängr ok olyden liwer i ſinne yngſko.

XXXV. Fiärda oärlike athäwe är thet / um riker man liwer utan

operam, (r) ut ſaltem in exceſſu e vita inculpate ſe gerant.

XXXIV. Tertia actio inhoneſta eſt, (ſ) cum juvenes ſunt inobedientes (t) & ignavi. Vetus enim eſt proverbium: (u) *nunquam eum bonum fore dominum aut herum, qui in juventute fuit inobediens ac ignavus.* Quare Auguſtinus: ſicut nequit fieri, ut bonos expectemus fructus ex arboribus, in quibus nulli extitere flores: Ita nequit fieri, ut in ætate ſenili per honeſtas rationes conſequatur dignationem, qui in ætate juvenili ignavus eſt & inobediens.

XXXV. Quarta eſt, (x) cum dives erga pauperes eſt tenax & illibe-

(r) *Ut ſaltem in exceſſu*) Quoniam ex fine cætera fere æſtimamus. Si finis bonus, omnia bona. quæ etiam vulgi ſententia.

(ſ) *Cum juvenes ſunt inobedientes*) Nam cum propter perturbationum vim, & vitæ imperitiam ipſi ſibi nequeant conſulere, par eſt, ut dicta aliorum audiant, & conſilia ſequantur. Cicero off. 1. *Ineuntis ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt.* Adde Ariſtot. VII. Polit. c. 14. Quanquam frequentiſſimum hoc vitium in juventute. unde Horatius de Arte ſic deſcribit juvenem:

Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper.

(t) *Et ignavi*) Euripides in Creſſis, laudante Stobæo ſer. 29. *Juvenem laborare nolle, turpis res eſt.* Turpis autem res, primum, quoniam adverſa eſt natura, nec illi communi ſolum, ſed & privatim juvenili, quæ quieta eſſe difficulter poteſt. Deinde, quoniam ad turpia invitat, ac prope compellit. Nam, cum nihil agere non poſſint, per ignaviam male agere incipiunt. Quadratque in hos, ſi quos alios, vetus illud, *nihil agendo, male agere diſcimus.*

(u) *Nunquam eum bonum fore dominum*) Eſt plane illud Ariſtotelis III. Polit. c. 3. quod ſic effert Seneca II. de ira c. 5. latinis verbis: *Nemo bene imperat, niſi qui ante paruerit imperio*; vel potius Platonis, qui ſic lib. VI. de Leg. *Qui nunquam ſervivit, etiam dominus laude dignus fieri nequit.*

(x) *Cum dives erga pauperes*) Vere Cicero de Offic. 1. *Nihil honeſtius magnificentiuſque quam pecunias ſi habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre.* Jam ſi conferendæ ad beneficentiam, cui tribuendæ potius, quam pauperibus? *Beneficentia enim nulla eſt ubicunq; neceſſitas non eſt*, ait Lactantius, lib. VI. c. 11. *Unum igitur certum & verum liberalitatis officium eſt, egentes atque inutiles alere*, ſicut idem teſtatur. At qui dives nihil tribuit cuiquam, omnibus eſt inviſus. Plutarchus Præc. Polit. *Vulgo magis inviſus eſt dives de ſuo nihil largiens, quam pauper, publica depeculans.* Sene-

utan almoſo gärninga ok mildlek. Ty ſigr Auguſtinus: Hwar oſmiſkit ſpar ok göme jorderikes godz/ thet är wärdogt at han miſte äwärulzlikt godz ok hugnad. Ok hwilken riker man ſamka ok göme godz ok rikedoma/ han ma änguled enſamin thet nöta ella niuta/ ty at ens mans natura hawer ympno af fögelik ting. Ok ty ſigr then wiſe mannen Seneca/ at änkte godz ma man med glädi äga thet han ey med winom ſkipte. Ok ty ſigr Auguſtinus: Huru ma mera folſka finnas med mannom/ än älſka ſwa werilzlikt godz ok äro/ at the förgiäta ok tapa thrföre ewärdelikt lif ok äro.

illiberalis. Nam Auguſtinus ait: Qui nimium cuſtodit bona temporalia, is dignus eſt, ut amittat bona atque gaudia æterna. Et qui bona colligit opesque, ſolus eis frui nequit, cum natura hominis paucis ſit contenta. Quare (y) Seneca bona nulla ait hilariter haberi, quæ non communicantur cum amicis. Et Auguſtinus: Quid inveniri poteſt fœdius in homine, quam ſic amare opes ac honores, ut ob eas oblivioni tradantur atque amittantur vita atque gloria æterna.

XXXVI. Thet femta oärlikt/ är Kona utan blygd. Ty at ſwa ſom witur förhuxan göme af manßens wägna goda ſidi ok athäwe: Swa göme ok wärne blygd af quinna wägna dygd ok goda ſidi i ordom ok athäwom.

XXXVI. Quinta eſt, (z) cum mulier deſtituta eſt pudore. Sicut enim prudentia in viro cuſtodit vitæ honeſtatem: ita (a) pudor in muliere cuſtodit tueturque decus omne in verbis ejus atque factis.

XXXVII. Thet ſiätta/ är Herre utan dygd. Ty at thet är ängin

XXXVII. Sexta eſt, cum Dominus caret virtute. (b) Nec enim glorio-

(y) *Seneca*) Epiſtola 6. Verba ejus ita habent: *Nullius boni, ſine ſocio, jucunda poſſeſſio.* Noſter ait, *ſine amico.* Et certe ibi ad amicum, imo de amicitia ſermo eſt, ut bene Noſter ſocium ſic intellexerit, & verterit. Ariſtoteles VIII. Nicom c. 1. *Sine amicis ne vivere quidem quiſquam cupiat, licet cæterorum bonorum copia abundet.*

(z) *Cum mulier deſtituta eſt pudore*) Ideo tantopere de mulierum impudicitia queruntur veteres.

(a) *Pudor in muliere*) Pythagoras ajebat, *vera ornamenta matronarum pudicitiam eſſe.* Juſtinus lib. XX. c. 4. Demades, *pudorem in muliere pulchritudinis eſſe arcem.* Saresberienſis lib. VIII. Polic. c. 11, *Mulierum propria virtus pudicitia eſt.*

(b) *Nec enim glorioſum*) Quoniam adverſum eſt naturæ, quæ per virtutem dominum conſtituit. Ariſtoteles 1. Polit. c. 8. *Imperantem quidem morali virtute præditum oportet eſſe perfecta. Servus exigua virtute habet opus, & tanta modo, ut neq; per intemperantiam, neq; per timiditatem deſerat opera.* Salo-

ängin ära thöm wara herra/ther dygdelös är.

XXXVIII. Ok ey ſigr en wis man/ at hwar ſom wil wara retter herra/hä ſkal hawa theſſin fiugur: Affit fielwom ſkal han hawa wit ok dygd/ ok af ſinom undidanom kärlek ok lydno.

XXXIX. Swa ſigr Salomon wiſe/ at witur man ſkal hawa ſtyrilſe andra manna.

XL. Thet är ok gamult ordquäde: Natſkäwa wit/ok räfunga koſtr äru odryg. Är ok ilt taka dygd ther ängin är.

XLI. Ok hwilkin herra ey hawer kärlek ok lydno af ſinom undidanom/ hans ſtadge ok budſkapr förſmas ok wardr at ängo.

gloriosum, eſſe Dominum, & virtute tamen deſtitui.

XXXVIII. Quare ſapiens nonnemo: Qui vult verus eſſe Dominus, eum quatuor his oportet eſſe inſtructum: A ſe ipſo ſapientia & virtute, à ſuis ſubditis amore & obſequio.

XXXIX. (c) Salomon ſapiens ait virum prudentem eſſe oportere, qui alios debet regere.

XL. Eſt & hoc proverbium vetus: (d) *Noctuæ prudentia, & catulorum vulpinorum cibus non durant longo tempore. Item, difficile virtutem promere, ubi virtus nulla eſt.*

XLI. Et Dominus, (e) quem ſubditi non amant, (f) & cui obedientiam non præſtant, ejus decreta & imperia contemnuntur, & habentur pro nullis.

Met

Boni-

(c) *Salomon ſapiens ait*) *In colloquio cum Deo, ut opinor.*

(d) *Noctuæ prudentia*) Proverbii hujus ſenſus eſt admodum obſcurus. Tamen, cum in præeuntibus ſit ſermo de neceſſaria Principi & Imperanti prudentia, exiſtimo, per hoc proverbium exagitari eos, qui exterius ſimulant ſe prudentes; cum intus ſint deliri; oſtendiq; ejuſcemodi ſimulationem non eſſe diuturnam, ſed tranſire cito, nec durare longius, quam prudentiam noctuæ, quæ ſtupida habetur, vel cibum vulpinorum catulorum, qui ſunt voraciſſimi.

(e) *Quem ſubditi non amant*) Docet exemplo ſuo Nero, qui ſimulatque deſiit amari cœpit peti conjurationibus. Et eſt faſſus Subrius Flavius ipſi Neroni. *Nec quiſquam, dixit, tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti. Odiſſe cœpi, poſtquam parricida matris & uxoris, auriga, hiſtrio, & incendiarius extitiſti.* Tac. lib. xv. An. c. 67. Sic de Bardane idem lib. xi. c. 10. *Ingens gloria, atque eo ferocior, & ſubjectis intolerantior, qui dolo ante compoſito, incautum venationique intentum interfecere primam intra juventam, ſed claritudine paucos inter ſenium regum, ſi perinde amorem inter populares, quam metum apud hoſtes quæſiviſſet.* Inde Theobulus apud Stobæum ſer. 46. *Declina invidiam vulgi, & inſidias odio te proſequentium cave.*

(f) *Et cui obedientiam non præſtant*) Jamblichus apud eundem Stobæum ſer. 44. *Omne honoratum augetur, contemptum imminuitur.* Itaque ſi quid aliud, cavendum Principi ne contemnatur.

Boni-

XLII. Met blidom ok mildom athåwom ok gauum ma han wål manna kårlek fa. Af råtwisom domom ok håmdom åpte godom ok gamblum lagom / redas han ok hedra alle mån.

XLIII. Thet siunda oårlikt athåwe ta år thet/ um Christen man ålla renliwis man dele gårna ok tråte utan skiål ok nöd. Ok al tråta kombr af thy/at man ålska nokot sit egit ting mera ån skiål sigia/ålla girnas han met oråttom sakom thet annors år/ok later sik hawa råt före mannom som han hawer lönlikan ilwili a i hug ok hierta. Ok ty kombr trätta ok dela manna mellom af ångo andro / utan hwar wil hawa wilia sin/hwat han ma med råttom ålla oråttom sakom.

Thet

XLII. (g) Bonitate porro, humanitate, (h) atque liberalitate consequi amorem aliorum potest. (i) Æquitate vero in judiciis, ac severitate secundũ leges bonas antiquasque, ut a cunctis honoretur atque timeatur.

XLIII. Septima turpis actio, cum homines Christiani religiosive (k) litigant libenter ac contentiones movent citra rationem ac necessitatem. Lis autem omnis oritur ex eo, (l) si nostra plus amamus, quã oportet; vel (m) si concupiscimus ea, quæ sunt aliorum, & jus aliquod obtendimus adversus eos quos occulte odio prosequimur. Ex his igitur, nec ex aliis caussis contentiones & certamina oriuntur, cum quisque cupiat esse ratum, quod sibi placuit, sive æquum sit, sive iniquum.

Octa-

(g) *Bonitate porro*) Diotogenes apud Stobæum ser. 46. *Benignitas charum & amabilem reddit.* Adde totum locum.

(h) *Atque liberalitate*) Vide Cic. de Fin. 1. quem & alias laudavi. Xenophon lib. 1. Cyrop. *Ut autem quis ametur a subditis (id quod mihi videtur maximum) eadem est ratio, ac si quis amicis charus esse cupiat. Oportet enim, & beneficium appareat.*

(i) *Æquitate vero ac justitia*) Diotogenes ante indicato loco: Princeps fit *gravis & metuendus, dum odio persequitur improbos, & in eos animadvertit.*

(k) *Litigant libenter*) Fuerunt nempe, qui Christianos omni lite putarent oportere vacare. In Clementis constitutionibus præcipitur Christiano, si litem habeat, *det operam, ut transigat, etiamsi quid damni accipiendum sit.* Ipse profecto S. Paulus lites frequentes, & de rebus levioribus prohibet, ad Corinth. c. 6. *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Adde eundem ad Timoth. c. 2.

(l) *Si nostra plus amamus*) Plato lib v. de Legibus. *Revera nimius in se ipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est caussa. Occæcatur quippe circa amatum, qui amat. Quapropter qui se amat, quum se ipsum magis, quam veritatem honorandum putet, quid bonum, justum, pulchrum sit, male judicat.*

(m) *Si concupiscimus ea*) Cicero 1. de Off. *Maximam partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut adipiscantur ea, quæ concupierunt.* S. Jacobus Ep. c. 4. *Unde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?*

Cum

XLIV. Thet attunda/ár/um Fatekr man ár högmöden / then ánkte hawer til/ haldr sik högmódelika i hug/ ordom ok athávwom. Hwat ma mera darſkapr wara án at then ey hawer godz ella werulzlikan hedr / han ok swa tapa med ſinne hugmódo. ewárilzlika gládi ok áro. Thet mago ok rike ódmiuke mán / the wál ok dygdelika ſkipa ok ſkipta ſit godz / hóta fatóke mán/ ápte ty at swa ár ſkriwat : thet ár rikr man then ymno rikedoma hawer / then ár wál fatugr i myklom rikedomom/ſum hawer mykit godz / ok ár ódmiukr ok mildr i hug ok hierta. Ok then ánkte ár hawande/ wil likas thóm ther riker ár / thet ár högmódugr fatókr man / then hawer hug ok wilia til godz ok högmóde. Ty ár fatikom mannom huxande hwat the áru/ ok hawin ey hug ella högmóde til wárilzlik ting thóm the kunna ey ſa.

XLIV. Octava eſt, (n) cum pauper eſt ſuperbus , & qui opes habet nullas,animo tamen eſt elatus, verbis, atque factis. Quid vero poteſt eſſe ſtolidius , quam eum,qui terrenis opibus honoribusque deſtitutus eſt,(o) per ſuperbiam amittere cœleſte quoq; gaudium decusque. Poſſunt & divites modeſti, qui bene honeſteque fruuntur, utunturque ſuis divitiis, dici pauperes, quoniam ſic ſcriptum eſt : dives ille, qui abundat opibus,(p) pauper in multis divitiis ille, qui cum abundat opibus, animo tamen cordeque modeſtus eſt ac liberalis. Et qui cum pauper eſt, ſimilis vult eſſe diviti, pauper eſt ſuperbo, qui opes amat ac ſuperbiam. Quare pauperes cogitare debent, quales ſint, neq; affectare alta terrenaque, quorum compotes fieri nequeunt.

XLV. Niunda ár/Kunungur orättr

XLV. Nona eſt, cum Rex inique

(n) *Cum pauper eſt ſuperbus*) Hoc enim plane adverſum eſt naturæ. Solet quippe paupertas hominum animos premere ac humiles facere. Menander apud Stobæum ſer. 94. *Pauper ad omnia formidoloſus eſt, & ſe putat ab omnibus ſperni.* Atq; ob hanc cauſſam Euripides : *Oportet eos quibus adſpiravit aura fortunæ ſiniſtræ , humiliter loqui , non autem vultum attollere, ut ſolent beati & felices.*

(o) *Per ſuperbiam amittere*) Quoniam *Dominus ſuperbis reſiſtit*, ſicut ait Petrus 1. Ep. 5.

(p) *Pauper in multis divitiis ille*) Extat hoc Proverbiorum 13. *Eſt quaſi dives, quum nihil habeat, & eſt quaſi pauper, cum in multis divitiis ſit.* Etiam Senecæ hoc non abludit multum ep. 20. *Quid ergo ? non licet divitias in ſinu poſitas contemnere ? Quidni liceat ? & ille ingentis animi eſt, qui illas circumfuſas ſibi multum diuque miratus, quod ad ſe venerint, videt, ſuaſſ; audit magis eſſe , quam ſentit. Magnus eſt ille, qui in divitiis pauper eſt.*

Qui

orättr ok odygdelikr i walde ſino. Ty at huru ma han andra näpſa firi oſidi ok ilgärninga thera/ ther ey göme ſik ſielwan firi oſidom ok athäwom.

XLVI. Ty ſigr Salomon wiſe: I kunnunr rätwiſo högiz Kununr wald ok åra/ ok fäſtes almogans ſtyrilſe.

XLVII. Ok ſigr Auguſtinus/ at thet är kununglik rätwiſe/ ängin wretlika tunga med ſit wald/ rätlika döme manna mellom utan alla wild/ wägfarande mannom/ enkiom ok fadrlöſom barnom/ ok fatökom mannom wara huldr/ åra.

que inhoneſteque poteſtate ſua abutitur. (q) Qui enim alios punire poſſit propter dedecora flagitiaque ſua, qui ſe ipſum a dedecore ac flagitiis non valet abſtinere?

XLVI. Quare ſapiens ait (r) Salomon: per Regis juſtitiam amplificatur Regis potentia & gloria, & firmatur gubernatio multitudinis.

XLVII. Auguſtinus dicit hoc eſſe jus Regium, (ſ) neminem inique per vim gravare, inter diſcordantes æquam ferre ſententiam (t) citra cujusquam reſpectum, (u) peregrinis, (x) viduis, pupillis, (y) pauperibus faventem eſſe, tueri

(q) *Quienim alios punire poſſit*) Obſtat nempe in ipſo primum pudor, ſi modo ullum pudorem habeat. Quomodo de Planco Cenſore Vellejus lib. II. c. 95. *Timere debuit, ne quidquam objicere poſſet adoleſcentibus, aut objicientes audire, quod non agnoſceret ſenex.* Deinde in aliis inobedientia. *Homines* enim *inobedientes ſunt illis, qui cum injuſte vivant, alios volunt regere*, ait Themiſtius.

(r) *Salomon*) Non ſunt ipſa Salomonis verba, quantum ſcio, verum nuda ſententia. Nam Prov. c. 29, 14, & 16, 12, quæ hic laudat Burens cum verbis Noſtri non conveniunt.

(ſ) *Neminem inique per vim gravare*) hoc eſt, in neminem abuti potentia regia ad illius oppreſſionem, quomodo ab Achabo, conſilio Jezabelis factum III. Reg. c. 21. Homerus Iliad. II. de Agamemnone: *Inſtar clementis patris erat erga populos, quibus imperabat, nullum afficiens illicito malo.*

(t) *Citra cujuſquam reſpectū*) Epictetus: *Si judicia recta proferre voles, nullum litigantium & cauſam dicentium, ſed ipſam cauſam cognoſcas oportet.* Charondas in proëmiis legum: *Princeps juſte ſubditis præeſſe debet, tanquam liberis ſuis, inimicitiam amicitiamque ſopiens.*

(u) *Peregrinis*) Plato ita cunctis præcipit lib. V. de Leg. *Cum peregrinis ſanctiſſimam eſſe conſociationem quiſque cogitet. Ferme enim omnia contra peregrinos peccata, præ illis, quæ inter cives committuntur, ultori Deo curæ ſunt. Nam cum peregrinus amicis cognatiſque careat, majorem & apud Deos, & apud homines meretur miſericordiam.*

(x) *Viduis, pupillis*) Lactantius inter præcipua juſtitiæ officia hoc refert. Eſt autem juſtitia prima propriaque imperantis virtus, ſicut alibi eſt dictum. Verba ejus lib. VI. c. 12. *Non minus magnum juſtitiæ opus eſt pupillos & viduas, deſtitutos & auxilio indigentes tueri atq; defendere. Quod adeo univerſis Divina lex illa præſcribit, quandoquidem boni quoque judices ad officium ſuum judicant pertinere, ut eos naturali humanitate foveant ac iiſdem prodeſſe nitantur.* In quibus verbis *lex Divina* non eſt Moſaica, quod volebat Betulejus, verum plane Naturalis, ut oſtendam alio loco.

(y) *Pauperibus*) Tractat & Cicero hunc locum lib. II. Offic. interq; præcipua beneficentiæ officia commemorat. De Hadriano Spartianus: *Eos quos pauperes & innocentes vidit, ſponte ditavit.*

Tueri

åra wåriande / förbiuda ran of tiufnat/ hordom / of alla ilgårninga/ of plaga thöm ther illa göra / of ey högta ella åra thöm vrät of illa göra / of ey elſka of föda lödbara

(z) tueri honorem (a) coercere expilationes, & furta, (b) adulteria, & quævis flagitia (c) ſceleratosq; ſupplicio afficere, neque honoribus ornare vel (d) attollere, qui pec-

(z) *Tueri honorem*) Dare operam, ne fama cujuſquam, vel exiſtimatio impune lædatur.

(a) *Coercere expilationes & furta*) Nam & hoc officium boni magiſtratus, *ut ſit libera, nec ſollicita rei ſuæ cuique cuſtodia*, ut ait Cicero Off. 1.

(b) *Adulteria*) Adulteriorum pœnas ſeveras ad ſe ſpectare credidit Auguſtus etiam, & ideo cum Romæ crebreſcerent, novas de iis conſtituit leges, ſicut ex Suetonio apparet. Similia de Severo apud Dionem legimus. Diſputarunt quidem olim, & fortaſſis hodieque contra diſputant nonnulli, cum peccatum cenſeant exiguum, quippe quo nemini intentetur injuria, & voluptas ſola quæratur. Vide Felicem Accorombonium ad t 1. Ariſtot. Rhetor. At contra cenſuerunt etiam pagani. Euphronis dictum eſt apud Stobæum ſer. 6. *Non eſt adultero majus malum, in aliorum enim infortuniis delicias quærit.* Adhuc clarius legitur Phintyos, filiæ Callicratis, Pythagoreæ judicium apud eundem ſer. 72. ubi ſic de adultera femina: *Principio offendit natalicios Deos, ut quæ domui & cognationi non germanos auxiliatores, ſed ſpurios exhibeat: quin etiam perfida eſt erga naturæ Deos, per quos juraverat una cum parentibus & cognatis ſuis ſe convicturam legitime cũ marito ad vitæ communionem, & liberorum procreationem. Et in patriam quoque peccat, non perſiſtens in ejus ſtatutis.* Quibus verbis colligitur, adulterium continere non modo unum delicti genus, verum plurima: impietatis ſcilicet, perjurii, contemptus reipubl. ac legum, & ſimilia. Ut non poſſit leve videri, nimiſque dure capitis ſupplicio puniri. Sane & Heſychius iſtam pœnam cenſet juſtam, *cum liceret nubere, & in ſanctificatione propriæ uxori ſecundum legem miſceri, aliquis tamen in impudicitiam & corruptionem alterius miſcetur uxori, & diſſipat filiorum ſucceſſiones, dubiumque mulieris pactum, ad quem pertineat, facit*, ad Levit. 20, ubi Deus ipſe pœnam iſtam in adulteros decernit. Neque aliter cenſuere ſeniores ex paganis. Unde ipſa illa Pythagorea delinquere hos ait *in iis rebus, quibus maxima pœna conſtituta eſt, mors ipſa.* Denique ipſius intereſt Principis, ut ſeveriſſime adulteria coerceat. Tanto enim major clariorque habetur, quanto melioribus clarioribusque imperat civibus. At quæ illorum poteſt eſſe bonitas, quæ honeſtas, cum per adulteria inter ſe turbantur non dicam familiæ, ſed ipſi ordines inter ſe, nobiles, ignobiles, ſacri, profani? cum ſucceſſiones fiunt ſuſpectæ, dubiæ, contentionum inimicitiarumque plenæ? cum bona privatorum contra fas æquumque ex una familia transferuntur in aliam, liberiſque eripitur, quod adulteris impendatur? Ad poſtremum nihil poteſt eſſe Principi fœdius, quam ſi non in homines ingenuos, ſed nothos atque ſpurios imperium tenere creditur.

(c) *Sceleratosq; ſuppliciis afficere*) Solon *illam civitatem optime habitari dixit, in qua viros bonos honoribus affici, contra improbos pœnis coerceri contingat.* Stobæus ſer. 41.

(d) *Attollere, qui peccant*) Ita ſuadet Tullius quoque fratri ſuo, epiſtola 1. *Si quis eſt, in quo offenderis, de quo aliquid ſenſeris, huic nihil credideris, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris.* Bene, *exiſtimationis tuæ*; nam ad principis exiſtimationem multum pertinet, quam bonos malorum habeat præfectos. Quoniam peccata præfectorum imputantur Principi, ſive per negligentiam admittat pravos, ſive cauſſis aliis. Unde Iſocrates ad Nicoclem: *Sic alios iis præfice rebus, quas ipſe non geris, ut tibi adſcribendum ſcias, quicquid illi fecerint.* Imo poteſt videri ſtudio id facere, ut habeat ſpongias, quas tempore opportuno exprimat. Quomodo Veſpaſianus creditus eſt *procuratorum rapaciſſimum quemq;* ad

dara ok lakara / faſånga ok hög-
goma mån / mordara ok dråpa-
ra / ok ilgärninx mån ey lata li-
wa / alla kirkiu frid ok quinna frid
halda / fateka mån föda af almo-
ſom ſinom / rättwiſa man ſkipa iwi
rikeſins ärande / ok diwälia ſina
wrede / ther til han är iwi gangen /
wärna ſit rike met makt / mandom
ok

peccant, (e) neque amare alereve ludiones aut geſticulatores, vanos aut inutiles homines, (f) homicidas & flagitiis magnis inquinatos vita privare, (g) templis (h) feminisque ſecuritatem præſtare, (i) pauperes ſuo ſumptu alere, (k) viris juſtis reipublicæ negotia committere, (l) coercere iram, donec evanuerit, (m) tueri regnum ſuum armis,

ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret. Suet. c. 16. Quanto cordatior Agricolæ ſententia, qui putavit *melius officiis & adminiſtrationibus non peccaturos præficere, quam damnare cum peccaſſent.* Tac. in vita ejusdem, c. 19. v. 5.

(e) *Neque amare alereve ludiones*) Non *amare*, ne habeatur eis ſimilis, cum fere amor jungere ſimiles conſueverit. Non *alere*, ne in rem inutilem pecunias impendat, frequentiq; talium converſatione ipſe quoque corrumpatur, denique ob hoc gravis inviſuſque fiat civibus, quibus nihil moleſtius, quam ſubminiſtrare Principi pecunias, quæ in ſcurras ludioneſque impendantur. Vide Lipſium IV. Polit. 11, 102. ubi memorat inter onera multitudinis, Vitellii exemplo, *ſcurras, biſtriones, aurigas, quibus ille amicitiarum dehoneſtamentis mire gaudebat*, uti ait Tacitus 11. Hiſtor. c. 87.

(f) *Homicidas*) Salomon ad Benajan, cui Joab occidendum mandaverat, homicidam duorum innocentium, Abner, & Amaſæ, 11. Reg. c. 2. *Interfice eum, & ſepeli, & amovebis ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt a Joab, a me, & a domo patris mei.* Conſtat, pertinere ad Regis ipſius incolumitatem, ne ſinat impunitum, innocenter effuſum ſanguinem humanum.

(g) *Templis*) ne violentur: ne qui ea frequentant vi aut injuria lædantur, aut quo minus frequentare poſſint, impediantur.

(h) *Feminiſque*) ne vis eis inferatur. Nam peculiari ratione creditum ſemper Principibus commiſſam pudicitiæ muliebris curam,

(i) *Pauperes ſuo ſumptu alere*) per donationes, ſtipendia, & id genus. Idque quia velut pater quidam omnium, præcipue vero pauperum. Quod feciſſe Trajanum, Plinius commemorat & laudat Paneg. c. 26. Ait quippe recepiſſe plebis pauperculæ ſoboles, *ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur.* Adde cætera, in quibus & iſta: *Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur. pauperibus educandis una ratio eſt bonus Princeps. Hic fiducia ſui procreatos niſi larga manu fovet, augget, amplectitur, occaſum reipublicæ accelerat.* Lampridius de Alexandro Sev. *Divitiis nullus invidit, pauperes juvit.*

(k) *Viris juſtis reipublicæ negotia*) Ne, ſi ſecus animati fuerint, reſpublica in prædam ipſis cedat. Iſocrates ad Nicoclem: *Sic bene imperabis, ſi providebis ut honores optimo cuique mandentur.* Adde Euripidem apud Stobæum ſerm. 3.

(l) *Coercere iram*) Refert quoque Seneca, vel quicunque auctor Tragœdiæ veteris, quæ Octavia inſcribitur, inter Regis munia

Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare.

(m) *Tueri regnum ſuum*) Imperator Juſtinianus ipſe in proœmio Inſtitutionum: *Imperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, ut utrumq; tempus, & bellorum, & pacis recte poſſit gubernari.*

Sene

ok rätwiſe mote owinom ſinom/ ok hawi gamla witra ok rönta män ok hoffama radgiwa / höge hwargen ſin hug ella athäwe / ta werilzlik ting hanom met löpa/ ok wara tulugr i allom genwärdom/ ok tuli ſinom ſwenom ånga ilgärninga/ ok äti ey ella drikki otimelika. Ty at ſwa är ſkriwat: We är thy lande / barn hawer til kununga/ok ſwa thy lande the höfdinaa hawer ther arla äta.

XLVIII. Almoga ok landa fridr ok frälſe/hugnadr ok hälſa/ok allr ſtadlekr / hawer ſik äpte kununz liſnad. Ok är kunungr orätter/ ta är thet ändelika wiſt / at hans il ok odygdelike athäwe / ofrägda ey atenaſt han ok hans rike/ utan

armis, virtute, ac juſtitia contra hoſtes ſuos, (n) ſenes ſapientes peritosq; ac moderatos habere conſiliarios, animum ſuum rebus proſpere fluentibus non efferre, adverſa omnia patienter ſuſtinere, (o) miniſtris ſuis ſcelera non condonare, in cibo atque potu nimium non eſſe. (p) Ita namque ſcriptum: Væ regioni, cujus Rex puer eſt, cujusque proceres citò ſeſe conferunt ad prandendum.

XLVIII. Tranquillitas ſecuritasque publica, gaudium & valetudo multitudinis,& quicquid in exiſtimatione eſt, (q) componit ſe ad regis vitam. Si Rex eſt injuſtus, inevitabili neceſſitate ſequitur, hæc ejus vitia dedecoraque non modo ipſum regnumque ejus ſpolia-

(n) *Senes ſapientes*) bene *ſapientes*, ſunt enim quidam annis ſenes, animo pueri, qui quia ob hanc cauſſam minime ſapientes, recte excluduntur. Senes tamen, quoniam ætatis hujus fere propria prudentia. Et ita judicarunt fere omnes populi. Romani ob hanc cauſſam Senatum appellarunt concilium hujuſmodi virorum, *quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat*, ſicut loquitur Salluſtius Catilin. 6. Equidem nō adverſor ei, quod habet Saresberienſis lib. v. Policr. *Qui diligenter omnia inveſtigat, & cognitis rebus, quæ agenda ſunt, exequitur, procul dubio ſapiens eſt, & aptiſſimus conſiliis principum. Ubi tanta morum gravitas innotuerit, ætatem corporis fruſtra quis cauſatur.* Verum quotuſquisque juvenum, in quo iſta reperias? Et ut adſint aliquæ virtutes, parum iis tuto inſiſtitur. Sunt enim juveniles animi mutabiles, & facile in vitia flectuntur. Denique, quod præcipuum eſt in conſiliario, auctoritas fere omnis eis deeſt. Vide Lipſium III. Polit. 4, 8.

(o) *Miniſtris ſuis ſcelera non condonare*) Quod fit negligentia, interdum gratia; ſed magno Principis malo, qui cum ſceleri, quod non punit, cum & poſſet punire, & deberet, participem ſe faciat, ſe ipſum gravat ejus invidia, & in ſummum ſæpe adigit periculum. Vide Juſtinum IX. c. 6.

(p) *Ita namque ſcriptum*) Eccleſiaſt. cap. 10.

(q) *Componit ſe ad regis vitam*) Cicero lib. III. de Leg. *Qualeſcunque ſummi civitatis viri fuerint, talis civitas eſſe ſolet, & quæcunque mutatio morum in principibus exiterit, eadem in populo exiſtet. Quo pernicioſius de republ. merentur vitioſi principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem.*

Epiſcopus

utan of hans barn of barnabarn / of the maga ey giärnt koma til wald.

XLIX. The ther älſka of ſlama undi ſik ilgärninxmän / the ſkulu thöm hawa i androm hem / iwi ſik ther til / at the ſkulu thöm plaga i äwärulz pine.

L. Tiunda är glömſkr Biſkoper / then ibland wärulzmannom wil hawa wirdning of äro / of förgäter ämbite thet han är tilſattr a Gudz wägna / at gyma of ſtyra i Gudlikom ſkipilſom / liſnat of ſiälarökt Klärka of Criſtna manna / of änkte thet göra i ſinom athäwom thöm ma wara til äptedöme. Ty at ſwa är ſkriwat: Ewa mang il äptedöme biſkuper eller annar förman later ſinom undidanum / ſwa mange dödelike plager

ſpoliare omni tranquillitate, ſed & liberos ipſius, & nepotes, neque unquam ad ſtabilem potentiam admittere.

XLIX. Qui amant foventque apud ſe homines ſceleratos, hos tales ſupra ſe habebunt in altero ſæculo, a quibus æternis ſuppliciis afficiantur.

L. Decima eſt (r) Epiſcopus oblivioſus, qui inter politicos quærit exigitque honores, & oblivioni tradit munus a Deo commiſſum ſibi cuſtodiendi & adminiſtrandi res Divinas, item vitæ animæque commoda, Sacrorum & Chriſtianorum hominum, neq; quidquam agit, quod exemplo eſſe poſſit aliis. Ita namque ſcriptum eſt: Quot exempla prava epiſcopus vel præpoſitus alius ſuæ fidei commiſſis præbet, tot ſuppliciis ſupremis ſervatur.

(r) *Epiſcopus oblivioſus*) id eſt, immemor ſui muneris, qui ſe aulicum, vel militem præſtat potius, quam ſacerdotem, ſollicitior de titulis & decimis, quam libris, & auditorum animis. De quo genere agit late Saresberienſis lib. VIII. Policr. c. 17. Inter alia ſic loquitur: *In omnibus lucrum, in nullis aut paucis quærunt ſalutem animarum. Dum in ſuis obtineant, dum ad ambitionis aut avaritiæ ſuccedat votum, eorum, quæ Chriſti ſunt, jactura contemnitur. Fiat pax in diebus eorum, ſint fœtoſæ oves, boves craſſæ, promptuaria plena, cibis & vaſis onuſta menſa in admirationem intuentium ſplendeat, varia & pretioſa ſupellectilis operoſus cultus abundet, honorentur & colantur a turbis, ditentur, viſitentur a ſubditis in muneribus, ſit denique liberum, impune, & ſine nota, facere, quicquid libido dictitaverit.* Et aliquanto poſt: *Mirabcris variam ſupellectilem, & Cræſi, ut dicitur, facultates apud eos, qui prædicant pauperem Chriſtum, & quia ſuis non coguntur ſtipendiis militare, evangelizant, ut comedant, & Evangeliſtarum ſtipendiis abutantur.* Cæterum hac re efficiunt, ut ſint inviſi contemptique omnibus. Idem Saresberienſis lib. v. cap. 16. *Epiſcoporum nomen & officium venerabile eſt, ſi tanta impleretur ſollicitudine, quanta interdum petitur ambitione. Et diligerentur ut Patres, timerentur ut domini, coleretur ut ſancti, ſi exactionibus parcerent, & projicerent ex animo, quicquid provenit ex calumnia, & omnem quæſtum minime crederent pietatem. Cæterum ſibi reverentiam ſubtrahunt & amorem, dum honores ambiunt, pecuniam cupiunt, & vel ſuas faciunt, vel alienas calumnias fovent.*

Per

ger han wardr gömen. Ty kerir Gud a glömſke biſcupa/ met Prophetanom ok ſigr: Manga biſcupa ok ſtränga öda mit folk / ok föda i ängom ſakom/utan ſik ſielwa.

LI. Ällipta är thet/ um almoge liwer utan näpſt ok ſtyrilſe/ ok akta hwazke Gud ella män/ ok idka ſik i ängom Gudelikom athäwom. Ta mago the rädas/ at the reta Gud at ſik til ſara händ. God athäwe almogans är fagr ok rätfärdog ſkipilſe i ſidom thera / ok the änkte görin mote thöm goda ſkipilſom/gamble witre män hawa ſtat ok ſkipat til Gudz heder ok fridſämio manna. Swaſom ſade Iſaias Propheta til almogan: Laten af illa göra / ok nimin göra thet got är. Ok tylikt ſigr David Propheta: Lat thet ilt är / ok gör thet gut är.

LII. Tolfta oärlikt athäwe är/thet ChriſtitFolk gör ella liwer mote

vatur. Itaque conqueritur de oblivioſis Epiſcopis Deus (r) per Prophetam,aitque: Epiſcopi multi crudeleſque exhauriunt populum meum, neque paſcunt, niſi ſeſe ipſos.

LI. Undecima eſt, (t) ſi multitudo vivat absque coercitione ac regimine, & nec Deum curet, reque homines, neque ullam exerceat pietatem. Metuere nanque debet, ne ad pœnas graves Deum irricet. Vitam bonam multitudinis facit honeſtatis æquitatisque cura in cunctis negotiis, (u) quando nil committit vulgo contra bonas leges conditas a priſcis ſapientibus ad gloriam Divinam & tranquillitatem humanam. Sicut (x) Iſaias Propheta dicit multitudini: Omittite malum, & diſcite agere quod bonum eſt. Et (y) Propheta David ad eundem modum: Deſiſte a malo, & fac quod bonum eſt.

LII. Duodecima turpis actio eſt, (z) ſi Chriſtiani vivant contra leges

(r) *Per Prophetam*) Ezechielem cap. 34. cujus tamen ſuo more ſententiam exprimit potius, quam verba.

(t) *Si multitudo vivat abſque coercitione*) Sophocles in Ajace pæne ſimiliter: *Ubi injuriari, & quævis pro libidine facere licet, illam civitatem exiſtimandum eſt tandem ex bono ſtatu recedentem in profundum ruituram.*

(u) *Quando nil committit vulgo contra bonas leges*) Xenophon in de dictis & factis Socratis: *Civitas, in qua maxime cives legibus parent, & in pace beata, & bello invicta eſt.*

(x) *Iſaias Propheta dicit*) cap. 1, v. 16.

(y) *Propheta David*) Pſalmo 36, 27.

(z) *Si Chriſtiani vivant contra leges juraque Divina*) & ſic titulo tenus tantum Chriſtiani ſunt, re ipſa pagani. Qua profecto re nil dici poteſt indignius. Meminit B.

mote Gudz budordum ok Gudeli-kan rät. Ty ta the förſma ella förgäta liwa äpte Gudz budordum/ta leta hwar ſik nokron utwäg til at wäria ſina willo ok olydno. Swa ſom ſigr Salomon wiſe: Mange wäga äru the almoganom tykkias wara rätte/thet thöm leda til ewärulzlikan död. Ty at ängin wägr ligger til himiriks/utan then äne/ at mannen halde Gudz budord. Swa ſom ſkriwat är: Wil tu koma til äwärulzlikt liſ/ta halt budorden.

leges juraque Divina. Poſtquam enim vivere ſecundum præcepta Divina negligunt vel obliviſcuntur, ſibi ſinguli quærunt vias agendi pro arbitratu ſuo, (a) & non obtemperandi aliis. Ut ait (b) Salomo ſapiens: Multæ ſunt viæ, quæ multitudini videntur rectæ, & deducunt eam ad æternam mortem. Nec enim niſi una via eſt ad cœlos, cum homo ſervat verbum Divinum. (c) Sicut ſcriptum eſt: Si vis obtinere vitam æternam, ſerva præcepta.

LIII. Nu är ſakt / at tieniſto män kununga ok höfdinga ſkulu wara höwiſke ok hoſſämi i mat ok dryk/ i ordom ok allom athäwom. Ok driwer naturlik ſkiäl ok kärleker kununga ok höfdinga / at fiyra ok rada ſinom egnom barnom til fagra

LIII. Diximus, miniſtros regios præfectosque oportere moderatos elegantesq; eſſe in cibo & potu, in verbis atque actionibus. (d) Nempe ipſa naturalis ratio charitasque eo Reges Principesque adigit, ut liberos proprios educa-

ri

Auguſtinus, xx. de Civ. d. c. 9. & 14. & vocat eos, *qui fidem profitentur, & infideliter vivunt. Fingunt enim ſe eſſe, quod non ſunt, vocantúrque non veraci effigie, ſed fallaci imagine Chriſtiani.*

(a) *Et non obtemperandi aliis*) Adeo per religionem Chriſtianam in obſequio erga ſuperiores continentur. Ut & propter hanc cauſam Regibus Principibuſq; opera ſit danda, quo religio Chriſtiana ſarta tecta conſervetur.

(b) *Salomon*) verba ejus ſunt Proverb. 14. *Eſt via, quæ videtur homini juſta, noviſſima autem ejus deducunt ad mortem.* cætera adjectamenta Noſtri ſunt.

(c) *Sicut ſcriptum eſt*) Sunt verba Chriſti ad eum, a quo rogabatur, quid faciendum ſibi eſſet, ut obtinere poſſet vitam æternam. Matthæi 19, 17.

(d) *Nempe ipſa naturalis ratio*) Senſus eſt obſcurior connexioque. Cæterum hoc vult, ut puto, præcepiſſe ante, quæ ſit adhibenda cura in miniſtris bene informandis, addi nunc de liberis Principum oportere, non vero vlderi, ut præcipiat multa, quia ſponte ſua quiſque ad hanc curam trahitur. Sponte namque liberos ſuos quiſque amat, & per amorem hunc optima quæque illis cupit præſtare. Nihil autem melius, bona educatione. Nam, *qui filiis de multis opibus proſpiciunt, ut autem boni ac egregii evadant, negligunt, ſimile quid agunt equos alentibus, quos belli diſciplinam non docent, multum vero pabuli exhibent. Sic enim equos habituri ſunt pinguiores, ſed verum, quas præſtare oportebat, imperitos*, ait Xenophon in Epiſt. ad Critonem.

Ut

ſagra ok dygdelika ſidi i thera opfödo. Ok ſwa ſom ſigr Ariſtoteles / thes ädlare menniſkian är af ſin naturlik ſkipilſe/ thes ſkyntare ok thes heldr wil hon ſik halda ok ſkipa til dygdelik ting. Ok torwo höfdingabarn hälſt i ſine yngſko ok upfödo haiwa goda ok dygdelika radmd. Ok ſwa ſom ſiälin är mere ädla än likamen : ſwa torf mannen mäſt i ſinne yngſko mere ſtyrilſe ok fulkummilſe til ſina ſkiäla/ än til ſin lekama. Ok ty ſkulu kununga ok höfdinga giwa ſik ther um mykla akt/ at thera barn warden dygdelika ſtyrd ok raden i thera yngſko ok födo. Ty at ſwa är ſkri-

ri faciant in omni elegantia, vitæque honeſtate. Nam (e) ut ait Ariſtoteles,quo generoſior eſt hominis natura, hoc facilius & diligentius ſectatur virtutem. Potiſſimum vero liberi Principum in ætate immatura bonam educationem exigunt. Utque anima præſtantior eſt corpore: ſic in pueritia homo diligentiori informatione atq; expolitione (f) mentis habet opus,quam corporis. Ideo hoc Regibus (g) Principibusq; præcipue curandum, ut ad omnem virtutem honeſtatemque in prima pueritia liberi eorum adducantur. (h) Ita enim ſcriptū eſt:Quilibet tenax eſt mo-

(e) *Ut ait Ariſtoteles*) Ubi Ariſtoteles hoc dicat, requiro adhuc. Nam quæ occurrunt 11. Rhet. c. 15. longius recedunt. Magis reſpexiſſe videtur ea quæ habentur lib. x. Nicom. c. 10. An voluit Senecam nominare? is enim ita ep. 39. *Habet hoc optimum generoſus animus, quod concitatur ad honeſta.*

(f) *Mentis habet opus, quam corporis*) Licet contra ſæpe fiat,& de corpore plus ſint ſolliciti, quam mente, quia id in oculos incurrit, iſta minus. Quanquam hoc in principe futuro eo ſit perniciofius, quo plura mente ipſi ſunt expedienda olim, quam corpore, qui totius regni reipublicæque velut mens eſt.

(g) *Principibusque præcipue curandum*) Talis fuit cura Davidis,cum ei natus eſſet Salomon, quippe *quem miſit in manu Nathan Prophetæ* 11. Sam. c. 12. Eadem ſollicitudo fuit regum paganorum. De Pharaone Ægypti rege legimus Pſalmo 104. *Conſtituit Joſeph dominum domus ſuæ, ut erudiret principes ejus ſicut ſemetipſum.* De Philippo rege Macedoniæ colligitur ex Gellii lib. IX. c. 3. Etiam recentiores hoc curarunt. De Ludovico Imperatore memorat Nithardus,ſummopere ſollicitum de nepotis ſui Regis Pipini educatione fuiſſe. *Volebat*, inquit, *piiſſimus Imperator pie & rationabiliter educari puerum, ne vitiis proſtitutus, nec ſibi, nec aliis præeſſe & prodeſſe poſtea poſſet.* Optime Forſtnerus ad 1. An. Tac. *Reges, qui prolis ſuæ educationem negligunt reipublicam negligunt, cujus ſalus a bona Principis inſtitutione pendet.*

(h) *Ita enim ſcriptum eſt*) Reſpexiſſe puto Horatii verſum, qui eſt lib. 1. ep. 2.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu ——

Sed & Seneca in Conſolatione Helviæ cap. 16. *Alitus præcepta deſcendant, quæ teneris imprimuntur ætatibus.* Et Quintilianus lib. 1. c. 1. *Naturæ tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus annis percipimus : ut ſapor, quo nova imbuas durat.*

Pro-

ſkriwat : Hwar en man haldr giärnt the ſidi ok thön wana the gripa i ſinne yngſte. Ok ty är ther heder ok ära ok wis athäwe Kunungom ok Höfdingom leta ok ſa ſinom barnom goda ok witra tyktomeſtara i thera upfödo.

LIV. Ok ty at Kununga ok Höfdinga ſkulu umganga med klerkdom i mangom ſakom at leta ſkriwa ok tyda breffok mangfald ärande ok räkninga / ther the mago ey utan wara i ſtyrilſom landa ok almoga / ta är thet mykin hedr ok tarf / at the kunnen ſielfwe läſa ok tyda / ok wäl förſtanda ſin bref ok rek-

morum conſuetudinumque, quas puer addidicit. Itaque decorum planeque conveniens eſt Regi Principique, ut liberis ſuis bonos, prudentesque præficiat morum educationisque magiſtros.

LIV. Et quoniam Reges Principesque cum clericis verſari plurimum neceſſe habent,(i) propter varia negotia, litteras ſcribendas exponendasque, conficiendas rationes, aliaque negotia, absque quibus adminiſtrare imperium non poſſunt, idcirco eſt laudabile, neceſſariumque,(k) ut legere ipſi, lectaque explicare ſciant, beneque intel-

(i) *Propter varia negotia*) Olim pleraq; negotia, quæ ſcriptis conficienda erant, ſacerdotibus mandabantur, quod fere ſoli tenerent litteras, ſcribendiq; facultatem haberent. Accedebat præcipue, quod inſtrumenta pleraque latinis verbis formarentur, ſicut docent vetera diplomata, privilegia, donationes, & id genus. Eadem conſuetudo poſt religionem Chriſtianam introductam etiam in Suecia invaluit, quod docent omnes tabulæ emptionum, donationum, aliorumve contractuum, ante ſeſquiſeculum & quod excedit, ſcriptæ, quales ipſe vidi pluſculas.

(k) *Ut legere ipſi, lectaque explicare*) Non dicit tantum *legere*, ſed & *lecta explicare*, propter cauſſam antea propoſitam, quia iſtæc vulgo alia, quam populari ſcribebantur lingua. Itaque utrumque diſcere neceſſe erat, ſi modo fungi olim vellent utiliter munere ſuo, nec ſeipſos in diſcrimen aliquod adducere, ſicut recte Noſter obſervat. Sed num hoc ſufficiebat? Et cur de reliqua doctrina tacet? An quod ſacerdotibus, quam regibus futuris magis neceſſaria videretur, vitio illorum temporum, cui fortaſſe, velut ſibi utiliſſimo, ſacerdotes parum repugnabant? Quicquid fuerit, doctrina quoque cætera, quantum reipublicæ negotia tractaturo ſufficit, imbutum eſſe regem oportere certum arbitramur. Eſt judicium de hac re egregium Comminæi, hominis illiterati ac ideirco nullo præjudicio corrupti, lib. x. *Mihi quidem, tametſi litterarum nullum uſum habeo, ſic videtur, potiſſimum propter quorundam principum ignaviam & malitiam, qui ingenii quidem ſatis habent & cognitionis, verum abuuntur eis, neque ad res honeſtas accommodant. Doctrina enim vel meliores reddit homines, vel deteriores, pro cujuſque natura & inclinatione, ſed tamen veriſimilius eſt aliquem ea fieri meliorem. Nam quo quiſque magis, quid ſe deceat, intelligit, eo vehementius ipſum pudet neglecti officii : & etiamſi non omnino ſibi temperet a maleficio, tamen ne plane modum excedat, cavet. Ac iſtud quidem uſu compertum habeo. Multos enim novi, quos a pravis & illaudatis conſiliis eruditio ſola retraxit. Quanta enim ſit peccati magnitudo, & quantopere Deus offendatur flagitiis, docti non paulo melius, quam homines imperiti cognoſcunt. Qui ſunt igitur male inſtituti Principes, quantum ſit munus, quod acceperunt a Deo, non intelligunt, & ipſorum familia-*

rekninga. Ty at ta ma ey giärnt förwendas thera akt/ ella ord/ ella thera lowan the med brewom göra ella taka. Ty at opta komber wande ok skadi af owarlike brewa skript ok tydning.

intelligere litteras rationesq; suas. Sic enim ægre sententia ipsorum immutari poterit, vel oratio, vel promissum, quod litteris suis firmant. Sæpe namque periculum damnumque oritur ex litteris incaute scriptis, praveque explicatis.

LV. Nu sem wi almännelika/ at fadr af naturlikom skipilsom ok fadrlikom kärlek/ rökta sinom barnom med alle sinne makt/ wärdzlikt godz thöm til uphälde lifs ok likama i theimma hem. Thes mera skal äpte sann skiälum rökta sinom barnom äwenulzlikt uphälde ok fulkummilse til thera siäl ok samwit/ thet är/ dygd ok smille/ ok god ok sagr sidi til thera athäwo. Ty at thet

LV. Jam vero vulgo cernimus parentes omnes naturali amore coaceruare diuitias & opes omni studio ad liberorum sustentationem in hac vita. Quo magis requirit recta ratio, ut (1) quærant ipsis opes æternas & perfectionem animæ conscientiæque, hoc est, virtutem, prudentiam, bonitatem atque elegantiam morum. Quia hæc conducnnt ipsis ad conserva-

familiares, ne malam gratiam sibi concilient, dissimulant, & ut ex omnibus forte sit unus, qui fideliter admoneat, is tamen suæ sententiæ nullos habet approbatores, & fere fit, ut ridiculus habeatur. Sunt profecto non exigua, ad quæ necessariam Principibus putat eruditionem, videlicet, ut fiant meliores, vitia nosse, & fugere discant, muneris sui magnitudinem cognoscant, adulatores deprehendere sciant, erectos & vera dicere peritos excirent, sui reipublicæque corruptoribus viam omnem intercludant. Ideo & ex veteribus Isocrates ad Nicoclem: *Quicquid earum rerum, quæ regum cognitione digna sunt, certo nosse voles, ad id experientiam & doctrinam adhibeto.* Adde locum egregium Musonii apud Stobæum ser. 46. Adhibendus tamen modus, dandaque opera ut sit doctus magis Princeps, quam videatur.

(1) *Quærant ipsis opes æternas*) Nempe tanto quisque alteri majus præstat beneficium, quanto ei cupit melius. At parentes liberis suis naturali charitate compulsi cupiunt optime, illorumque commoda suis quoque commodis anteferunt. Ergo non possunt non præstare summa beneficia, si licet. Jam vero non majora esse queunt, quam quæ conferuntur liberorum animæ, quæ pertinent ad perpetuas eorum utilitates. Et hoc Deus ipse voluit. Moses ex ipsius imperio lib. v. c. 6. ad populum Israelitarum: *Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis.* Quare danda opera ante omnia, ut pios faciant habeantque liberos, Principes ac Reges. Nec hoc liberorum modo gratia, quanquam hæc prima causa est, ac iccirco præcipue commemorata Nostro, sed & subditorum. Qui cum regi nequeant sine prudentia, quod notum est, pietatem merito, ceu fundamentum ejus ac initium desiderant in rege. Salomon Prov. 1. *Timor Domini, initium sapientiæ.*

Si

thet warder thom åwerldlik gözka til thera ſiäl ok åwerulz liſ. Ok thet är mykil landa ok almoga tarf ok hugnadr / at thera höfdinga barn warda witur ok dygdelik i athåwom thera. Swaſom Salomon wiſe ſägr: Witur ſon är fadrins ära.

LVI. Nu ſom för är ſakt/hwad barn nimma i thera yngſto / thet halda the ok älſka giärnt ta the warda ålder. Ok ty lika Ariſtoteles barna ſkiäl ok näme/wid taflo ſlåta/then ſkipat ok bod är til ſkriwas a. Swaſom thön tafla taker ok haldr tilika ſkrift ther a ſkriwas / hwat hon är god ella il/ ſager ella ſul: ſwa nima ok barn i ſin förſtandilſe / ok halda i ſino minne / hwat the nimma ilt ella got.

LVII. Ok ſwaſom then nokot ting hawer/ thet han mykit älſka/ ok will lata wäl ſkriwa / han leta ſlögan ok röntan må ſtara til thön ſkript:

ſervationem animæ vitæque æternæ. Plurimumque regioni multitudiniq; prodeſt ſi eorum, a quibus reguntur, (m) liberi evadant prudentes, virtutemque in factis ſuis colant. Sicut ait Salomo: Filius ſapiens gloria eſt patris ſui.

LVI. Jam ut ante dictum, quod pueri in pueritia diſcunt, id fere ſervant adulti. Itaque Ariſtoteles animam & intellectum pueri lem comparat (n) cum tabula raſa, cui quidvis poteſt inſcribi. Sicut tabula hujuſmodi ſcripturam ſervat qualemcunque, ſive bona ſit, ſive prava, pulchra vel deformis: (o) ſic accipiunt animo ſervantque memoria ſua pueri, quicquid accipiunt doctrinæ, ſive bonum ſit, ſive malum.

LVII. Atque ut qui rem habet valde charam, quam cupit optime comprehendi ſcripto, is magiſtrum conficiendæ ſcripturæ illius

(m) *Liberi evadant prudentes*) Quoniam hoc pluribus munimentis fulciſq; inſiſtet publica felicitas, quæ alias licet in ſummum ſublata, corrumpitur a ſtolidis ignaviſque ſucceſſoribus, per imprudentiam degenerantibus in tyrannidem, vel obſequentes illi ſe præſtantibus, qui utilitates publicas in ſuas & privatas convertunt. Exemplum evidens eſt in Roboamo, filio Salomonis.

(n) *Cum tabula raſa*) verba ejus habes lib. III. de Anima. c. 4. *Oportet in intellectu nihil eſſe, perinde atque in tabula nihil eſt actu ſcriptum antea, quam in ipſa ſcribatur.*

(o) *Sic accipiunt animo*) Plutarchus pulchre, ſicut utique ſolet, de Educatione liber: *Sicut membra corporis ſtatim ab ipſis natalibus infantis ſunt fingenda, ut recta adoleſcant, neque diſtorqueamur: ita & jam inde ab initio indoles ejus informanda eſt. Eſt namque puerilia ob molliem efficiu facilis, animiſque puerorum tenuis adhuc inſidet facile, quod diſcunt.* Arrianus ad Epictetum lib. I. c. 2. *Aliud alii videtur rationi conſentaneum vel non conſentaneum, quemadmodum etiam bonum vel malum, utile item & inutile: ut hanc ob cauſſam inſtitutionis ac diſciplina vel præcipue indigere videamur, qua imbuti, quid deceat, quid non, cognoſcentes, judicium illud rebus ſingulis adhibere queamus.*

Seli-

ſkript: Ty ſkulu of ſwa göre witre kununga of Höfdinga / the ſin barn wilia lata nimma dygd of ſnille/ the ſkulu thöm leta goda witra of dygdelika måſtara / the wäl mago thera barnom känna med ordom of athåwom dygd of ſnille.

illius quærit peritiſſimum optimumque: ita plane Reges Principesque prudentes facere oportet, qui ſuos liberos informari cupiunt in virtutibus ſapientiaque, (p) ſeligere debent magiſtros probos, prudentes, ac virtute præditos, qui docere liberos eorum poſſint, informareque verbis opereq; ad virtutem ſapientiamque.

LVIII. Of åru thön try enkannelika ther godr kännefadr ſkal hawa af ſik ſielfwom/ of hälzt then kununga of höfdinga barn ſkulu känna wisdom of dygdelik athåwe. Han ſkal wara wäl kunnande til ſit bokwit/ ſnieldr; of radugr til ſit manwit / röntr of dygdelikr igo-

LXIII. (q) Sunt autem tria, quæ ineſſe bono debent magiſtro, ei præcipue, cui Regum principumque filii in ſapientia honeſtiſque moribus erudiendi. Oportet enim bene inſtructum eſſe (r) doctrinis litterarum, (ſ) pollere prudentia humana, & (t) exercitatum

(p) *Seligere debent magiſtros probos*) Ita filio ſuo Alexandro Philippus rex adjunxit Ariſtotelem, eoque beatiſſimum ſe prædicavit, quod haberet tantum virum, cui educationem illam poſſet committere. Extat ipſa Philippi hac de re epiſtola ad Ariſtotelem apud Gellium IX. c. 3. *Philippus Ariſtoteli ſalutem dicit. Filium mihi genitum ſcito, quod equidem diis habeo gratiam, non proinde, quia natus eſt, quam pro eo, quod eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, ut eductus, eruditusque abs te, dignus exiſtat & nobis, & rerum iſtarum ſucceſſione.* De Perſarum cura circa hoc negotium memorat Plato in Alcibiade, quod Regis pueri a partu ipſo educationem committant *non nutrici, ſed Eunuchis, qui in regis aula omnium optimi cenſentur.*

(q) *Sunt autem tria*) Hoc ex Ægydio hauſiſſe ſuſpicor, qui ſimiliter in ſecundæ partis libri ſecundi capite 9. *Magiſter regum & principum tria in ſe habere debet: Debet eſſe ſciens in ſpeculabilibus, prudens in agibilibus, & bonus in vita.* Quæ Ægydius barbare, pro temporum ſuorum conſuetudine, ea longe melius, & humanæ vitæ convenientius Noſter extulit. quod in omnibus obſervamus factum.

(r) *Doctrinis litterarum*) Sic ex magiſtris quatuor, quos adjunctos habebat filius regis apud Perſas, primus eruditionis laude inſignis litteras tradebat, auctore Platone, ante dicto loco.

(ſ) *Pollere prudentia humana*) hoc eſt, eſſe talem, qui vitæ civilis & negotiorum humanorum ſit peritus, non umbraticus. Sic Forſtnerus ad I. Annal. Taciti *experta prudentia Senatores eſſe* ait, *a quibus Principum adoleſcentia ſit regenda.*

(t) *Exercitatum eſſe per virtutes*) Iſtoc vero ſummum eſt, cui cætera omnia innixa eſſe debent. Non eruditio, non humanæ vitæ peritia bonum efficit magiſtrum, ſi hoc deſit, imo hoc erit pernicioſior principi, quo per ſuperiores artes commendabiliorem

i godo liwerne ok fagrom sidom. Han skal thön Herra barn hanom setias i rökt ok göma/lära dygd ok wisdom/ ok göma thöm ok wärna för allom osidom ok odygdelikom gärningom/ i mat ok dryk / i sätu ok gango/ i sympni ok waku/ i ordom ok ögnalatum. Ok måst skal

tatum esse per virtutes, omnemque morum honestatem atque elegantiam. Liberos principales curæ suæ commissos erudire debet in virtutibus & sapientia, arcere contra a vitiis (u) omnibus turpibusque actionibus in cibo & potu, in sessione & ambulatione, in somno & vigiliis, (x) in verbis & gestibus.

rem sese facere, occultiusque nocere poterit. Optime Hincmarus cap. 2. *Regibus nostris maturos ac prudentes atque sobrios bajulos* (sic appellat regios præceptores) *singulis constituite, qui oderint avaritiam, & vos verbo & exemplo justitiam diligere, caste, sobrie, & pie vivere, & unicuique in suo ordine competentem legem conservare doceat.* Scilicet plus vita & exemplum docet, quam præceptum, & in magistrorum mores discipuli facilime transeunt. Fabius lib. 1. Inst. c. 1. *Error pædagogum nocet moribus. Siquidem Leonides Alexandri pædagogus, ut a Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit, quæ robustum quoque, & jam maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta.* Igitur & Plutarchus in de Educ. *Nunc quod omnium est eorum quæ hactenus dixi, maximum atque summum dicere aggredior. Quæ rendi sunt liberis magistri, quorum & inculpata sit vita, & mores justæ reprehensioni non obnoxii.*

(u) *Omnibusque turpibus*) Respicit civilem elegantiam potissimum, & illius curam putat in omnibus habendam, quæque illi sunt adversa, *turpia* hic vocat. Sed tamen non illa sola intelligit, verum ea quoque, quæ repugnant honestati veræ ac virtuti, cujus cura ante omnia habenda.

(x) *In verbis*) Id quod vel præcipue cavendum. Nam ut docet Aristoteles VII. Pol. c. 17, *turpia loquendo facile efficitur, ut his similia faciant homines.* Atque ista consuetudo fuit Romanorum veterum; ea viros summos istos produxit, ut Quintilianus docet, vel quicunq; auctor est libelli de causis corruptæ Eloq. c. 28. *Elegebatur, cujus probatis spectatisq; moribus omnis cujusque familiæ suboles committeretur, coram quo neq; dicere fas erat quod turpe dictu, neq; facere, quod inhonestum factu videretur. Ac non studia modo curasq; sed remissiones etiam lususq; puerorum sanctitate quadam ac verecundia temperabat.* Præsertim vero circa servitia & ministeria, ne illa fœdis turpibusve noceant fabulis, cavendum. Si secus fiat, maxime in aulis, non est dubium, quin etiam publice sequantur querelæ, quas his verbis effert idem auctor: *At nunc natus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ, cui adjungitur unus aut alter ex omnibus servis, plerumque vilissimus, nec cuiquam serio ministerio accommodatus. Horum fabulis & erroribus teneri statim & rudes animi imbuuntur. Nec quisquam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino aut dicat, aut faciat. Per quæ paulatim impudentia irrepit, & sui alienique contemptus.* Atque talis fuit apud Ægyptios provisio. Diodorus lib. 1. *Ad ministeria ipsorum nullus adhibebatur servus, neque emptitius, neque verna, sed nobilissimorum tantum sacerdotum filii, viginti annos egressi, & præ ejusdem gentis hominibus cæteris optime instituti: ut, si curatores corporis & familiares optimos nocte dieque secum vex haberet, nihil pravum aut vituperatione dignum committeret.* Spectat quoque huc, ut magistri apti & idonei autoritas maneat sarta tectaque, neque corrumpatur per alios, per quos firmari custodirique debebat, neque sui celerius quam par est, sinantur esse potestatis & arbitrii juniores. Nam & hinc non leve damnum. Solet tamen aliquando fieri, auctore Plauto, qui egregie describit in Bachidibus Act. III. sc. 3. perversum eum morem. Verba digna sunt, quæ & hic legantur.

Olim

ſkal han göma thöm för ſyndelikan liſnat/ ok af ont ok orent ſälſkap.

LIX. Ungara ta the koma til ſin aldr/ ta ſkulu the ängaled fa fänge wara. Ty at hwar ſom liwer fafängr/ han wardr tunger ok oluſtugr ok ofannogr til al likamlik ſkipilſe/ ok odygdelikr til hug ok athä-

ſtibus. Ante omnia vero cuſtodire ipſos a vita flagitioſa (y) & conſortio pravorum fœdorumque hominum.

LIX. Filii principum poſtquam adolevere, (z) otiari non debent. Quisquis namque otioſus eſt, (a) evadit triſtis & difficilis, & inhabilis ad cuncta corporis negotia, & ineptus ad meditationes actio-

--- Olim populi prius honorem capiebat ſuffragio,
Quam magiſtro deſinebat eſſe dicto obediens.
At nunc priuſquam ſeptuennis eſt, ſi attingas eum manu,
Extemplo puer pædagogo tabula dirumpit caput.
Cum patrem adeas poſtulatum, puero ſic dicit pater:
Noſter eſto, dum te poteris defenſare injuria.
Provocatur pædagogus: eho ſenex minimi pretii,
Ne attingas puerum iſtac cauſſa, quando fecit ſtrenue.
It magiſter, quaſi laterna uncto ſpretus linteo.

Sic enim verſum ultimum legendum docuit incomparabilis Gronovius. Cæterum quid de prava educatione temporum ſuorum ſenſerit vir graviſſimus Comminæus, operæ fuerit pretium, audire. *Si fuiſſet educatus* (Rex Galliarum Ludovicus) *ita ut hodie plerique nobiles per Galliam, arbitror eum ex illis tempeſtatuum fluctibus non fuiſſe emerſurum. Sic enim hodie complures inſtituuntur, quaſi ad ludum eſſent facti & jocum in veſtitu, & omni ſermone nihil moderate faciunt, aut prudenter, litterarum nullam cognitionem habent, VIRIS nobis atque PERITIS non patet ullus ad eos aditus, de negotiis aut ſuis, aut populi non cognoſcunt ipſi, verum in familiares omnia rejiciunt, qui per hanc illorum ignaviam atque ſocordiam ſuas facultates inſigniter amplificant, & hoc fere ſolum agunt. Si quis eſt aliquando, qui forte, tanquam ex veterno expergefactus, animum rebus gerendis adjiciat, hoc ſero admodum fit, amiſſis propemodum occaſionibus.*

(y) *Et conſortio pravorum*) Bene Seneca de Tranquill. *Ut in peſtilentia cavendum eſt ne corruptis jam corporibus, & morbo flagrantibus aſſideamus, quia pericula trahemus, afflatuque ipſo laborabimus: ita in amicorum & ſociorum legendis ingeniis dabimus operam, ut quam minime inquinatos aſſumamus.*

(z) *Otiari non debent*) Ita judicarunt veteres Romani. Lydus indicat apud Plautum in Bachidibus ſupra indicato loco.

Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copiæ,
Digitum longe a pædagogo pedem ut efferres ædibus.
Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras
Gymnaſii præfecto haud mediocris pœnas penderes.
Inde de hippodromo & palaſtra ubi reveniſſes domum,
Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres:
Cum librum legeres, ſi unam peccaviſſes ſyllabam,
Fieret corium tam maculoſum, quam eſt nutricis pallium.

(a) *Evadit triſtis & inhabilis*) Euſebius apud Stobæum ſer xxx. *Otium tabidum reddit corpus, animam vero pigritia. Exercitatio vero ad ſpeciem Deo ſimillimam ipſam evehit.*

Qua

athåwe. Ty ſkulu ungara med lek ok ſkämtan rida ok ränna håſtom/ löpa a fot/ ok flögia fram ok ater/ ok idka med lek ok ſkemptan al thön athåwe/ mån pläga i ſtrid med håſtom ok fotgängarom halda. Ok ſkulu the ſik wänia wid aldrahanda thön wapn the ſkulu i ſtrid hawa til ſlag ok wäria. Ok ſkulu the idka ſkiuta med armbyrſt ok handbuga. The thet förmago the ſkulu ok med lek ok ſkemtan göra ſik hus ok fäſte / ok tilſtorma med makt ok konſt ſinne. The ſkulu ok ſik wänia ſkapt ſkiuta ok ſten kaſta/ ok al athåwe idka the mån pläga i ſtrid annan umgera ok ſik wäria med.

ctioneſque alias. Quare filii principales per ludum jocumque equos conſcendere concitareq; ad curſum debent, pedibus ultro citroque accelerare iter, interque ludicra jocosque ea addiſcere, (b) quæ in bello ab equitibus peditibusve fieri conſueverunt. Quin & aſſuefacere ſe ad armorum omnium debent uſum, quibus vel tuentur ſe, vel impetunt alios in præliis. Diſcere tela emittere cum arcu, vel baliſta manuaria. Quorum etiam tantæ vires ſunt, extruere arces munimentaq; poſſunt per ludum, omnique vi arteque oppugnare illa. Haſtas etiam ejaculari, lapides mittere, denique cuncta alia factitare, quorum in militia vel ad tuendum, vel impetendum aliquis eſt uſus.

LX. Nu är thet ſakt um ungara ok allom ſom konungom ok Höfdingom tiäna / at the ſkulu wara höwiſke ok hawa fagra ſidi ok rena/ ok hawa thet hälzt til hof ſider i lan-

LX. De filiis principalibus, cunctisque miniſtris Principum Regumve dictum, oportere honeſtis cultisque eſſe moribus ac politis; (c) habentur quippe vulgo culta

(b) *Quæ in bello*) Plutarchus in de Educat. *Exercendi ſunt adoleſcentes ad militaria opera, jaculorum & ſagittarum miſſionibus ac venationibus.* Regum filiis hoc magis neceſſarium, quo difficilius olim præeſſe ſuis, & tueri eos adverſus pravas æmulantium ſpes, in tam cupido alieni ſæculo, iniquiſque oculis adſpiciente felicitatem peregrinam, niſi fuerint bellicoſi. Atque ita receptum fuit apud Perſas teſte Platone. Nam ubi annum ſeptimum compleverunt, ad equeſtris diſciplinæ magiſtros, atque venationes mittebantur. Debet tamen juſtus in his obſervari modus. Recte namque opinione mea Ægydius libri ſecundi partis ſecundæ cap. 18. *Quia Reges magis decet eſſe prudentes, quam bellatores, filii eorum, & maxime primogeniti, qui regnare debent, minus ſunt aſſuefcendi ad corporales labores, quam alii, ne propter hujuſmodi labores caro eorum induratà impediat ſubtilitatem mentis. Tales ergo plus debent vacare prudentiæ, quam fortitudini corporali.* Adde totum locum.

(c) *Habentur quippe vulgo culta ea politaque, quæ nobilibus in aula*) Inde Germanis

lande hwario / thet ſider år med ådla mannom i thes kununggzgarde ella landzhöfdinga. Thet åru nokre the oſidi flyande ther ådla mån af aldr hawa flyt ok före oſidi haldit. Ty at ånkte år annat höwiſka ella ohöwiſka / utan at ådla ok dygdelike mån hawa af aldr haldit före goda ella onda ſidi. Ty ſkulu ungara ok alle dogande mån / the wid kununggz bord ſitia / ella andra godra manna / wara tyſte ok wari / i allom athåwom ſinom / ok ey tala utan the warden at nokro ſpurde. Ty at ſwa ſigr Salomon wiſe : Tu ſkalt ey dirwas tala i mykla ok witra manna närwaru / ok ther gamble mån åru / ſkal tu ey mykit tala / ok ſit tig ther ångin til tin tala / ok ther af wardr tu hafdr i hedr ok wyrdning. Ok ſitr tu ibland manga witra manna / rek ey förſi fram tina hand / ok böds ey förſt drika / ok tala ey ther tu ey hawer liud. War ey

culta ea politaque, quæ nobilibus in aula Regum Principumve ſunt recepta. Sunt tamen evitanda quædam, quæ viri nobiles ab antiquis temporibus evitare ſtuduerunt, atque judicarunt turpia. Nec enim politum quidquam elegansve, aut contra impolitum & inelegans, niſi quod antiquitus viri nobiles virtuteque præditi pro elegantia vel ruditate morũ habuere. Quare filii principales, & in dignitate conſtituti, etiam alii quotquot vel regiæ accumbunt menſæ, vel egregiorum virorum (d) taciti ſint, oportet attentique in cunctis ſuis negotiis, neq; loquantur, priusquam interrogentur. Ita namque (e) Salomon ait ſapiens: Ne loquaris multum in præſentia multorum prudentum, & in conventu ſeniorum ne nugeris, ſisque tacitus, quando te affatur nemo, ſic te omnes facient plurimi. Quod (f) ſi accumbis cum pluribus ſapientioribus, noli primus manum admovere cibo, vel primus potum petere, nec ſermonem profer, ubi ſermoni tuo non eſt locus. Noli te in-

giru-

manis meis höfflich / ab Hof / id eſt aula, quod elegans, civile, cultum. Veteres Sueci eodem fere modo dixere Kurteis / quaſi quod receptum ſit in curiis.

(d) *Taciti ſint, oportet*) Saresberienſis lib. VIII. Polic. c. 9. *Civile eſt, & ſacris litteris conſentaneum, aut omnino ſilere in menſa, ut audias ad profectum, aut unde proficiant alii, aut ſine culpa lateantur, doctum proferre ſermonem.*

(e) *Salomon*) Eſt, non Salomonis, ſed Syracidis cap. 32.

(f) *Si accumbis cum pluribus*) Etiam iſta ſunt Syracidis ex cap. 31. *Supra menſam magnam ſediſti? non aperias ſuper illam fauces tuam prior.* Adde cætera, nam apparebit, quod jam monui aliquoties, Noſtrum magis attendiſſe ad ſenſum, quam ad verba.

girugur i mat ella dryk/ ok förgrip ey upa alrahanda mat. Ty at mange åru förderwade af ofåto/ ok then hoſſambr år a mat han länger ſit liſ. Theſſu al åru Salomonis ord.

LXI. Thet år ok dygd ok fagr ſidr/ at man tigr wid ſin mat/ ok hålzt wid herra manna bord. Ok thet pröva wiſe mån med twäggia handa ſkiål. Förſt med thy/ at thet år mot naturlik ſkipilſe/ at man tala mykit wid ſin mat. Ty at ſwa figr Ariſtoteles/ at ta fulkomnas hwatwitna i ſin naturlik ſkipilſe/ ta hwatna gör ſina ſyſlo. Swa ſom öga år ſkipat til at ſea/ ok öra til at höra: ſwa år ok tungan ſkapat til twäggia ſyſlo. Hon ſkal manz mal framföra/ ſwaſom thet år i hiärtano huxat/ ok hon ſkal täfka i munnenom manz mat/ ok ſkal röra han ok föra til ſwälgindina. Nu theſſin tu gitter hon ey wäl i ſändr giort/ at tala ok röra maten i munnenom. Ty at ſwa år ſkriwat: Hwar ſom takr til at göra twa

ingurgitare cibo vel potu, aut ex omni patina tibi ſumere. Multos enim nimia ingurgitatio peſſum dedit, quique cibo utitur modice, producit vitam ſuam. Cuncta iſta monita ſunt Salomonis.

LXI. Etiam hoc decorum beneque moratum, ut (g) inter edendum ſervetur ſilentium, maxime in menſa virorum magnorum. Id quod ſapientes duplici probant ratione. Primum, quoniam repugnat naturæ, in menſa multum loqui. Sic enim ait (h) Ariſtoteles, tum demum cauſſam quamlibet perfecte ſe habere ſecundum naturam ſuam, cum agit id, ad quod a natura eſt deſtinata. Sicut autem oculus factus eſt ad videndum, auris ad audiendum: ita (i) duplex linguæ eſt officium, unum ut proferat ea ſermone, quæ homo recondita habet in pectore. alterum, ut cibum guſtet, atque in ore maſticatum deferat ad ſtomachum. Jam vero ſimul ambo commode conficere non poteſt, loqui dico, & in ore verſare cibum. Ita namq; ſcriptum eſt: (k) Quisquis duo

(g) *Inter edendum*) Aliud hoc eſt monitum, & a ſuperiori diverſum. Differt enim, quia, qui ad menſam accumbit, non & edit ſemper. At vero ſunt, qui dum cibum capiunt, dum ore continent, dentibusque comminuunt, ſimul loquuntur. Quod ut ruſticum Noſter hic perſtringit. Hauſit autem ex Ægidii lib. 11. Par. 3. c. 21.

(h) *Ariſtoteles*) lib. 1. Polit. c. 1. *Optime perficiuntur organa ſingula non pluribus operibus, ſed uni ſervientia.*

(i) *Duplex linguæ eſt officium*) Sic Ariſtoteles lib. 111. de Part. animal. cap. 17.

(k) *Quiſquis duo ſimul ſuſcipit negocia*) Vulgi quidem hoc eſt dictum: Ubi vero ſcriptum ſit, non recordor. Reſpexit tamen olim & Euripides, qui ea propter apud Sto-

twa ſyſtor i ſándr/ han fulkomna hwarga thera wál. Swa far ok tungonne at/ um mal ok mat / ty at annor thön ſyſlan ma andra hindra. Ok ſkal tungan förſt ena ſyſlo göra/ ok ther näſt andra/ állis gör hon mot naturlik ſkipilſe. Thet prawas ok med androm ſkiálom / ty at thet ár mote ſidom ok dygdelikom athäwom. Ty at ta mán áta ok drykka / ta hitna thera blod af ſtarkom ok myklom dryk. Ok hugas the ta ok dirwas til at tala mangt thet thöm ár ey höwelikt ella tarflikt. Ok ty hawa witre ok dygdelike mán af aldr thet haft til ſidwánio/ ok hálſt kununga ok höfdinga/ at the tala ey mykit iwi borde ſino. Ok ty hawa Kununga ok Herra frögdelika lekara ok ſangara ſik ok ſinom mannom til ſkemtan wid ſino borde/ at the ey ſik förgripa i onytom ordom.

duo ſimul ſuſcipit negotia, neutrum bene abſolvit. Idem evenit linguæ in loquendo edendoque, (l) alterum enim negotium impedit alterum. Proindeq; lingua prius unum debet abſolvere, poſteaq; alterum, alias aget contra naturalem deſtinationem. Idem aliis probatur rationibus, repugnat enim bonis honeſtiſque moribus. Cum enim edit bibitque homo, ſanguis calore accenditur per largũ atq; generoſũ potũ. Tunc vero homines redduntur prompti & audaces ad loquenda multa, quæ ſunt indecora atque inutilia. Itaque ſapientibus honeſtisque viris apud veteres, præſertim regibus principibusq; fuit poſitum in more, ut in menſa pauciſſima loquerentur. Neque aliam ob caulam Reges Principesq; pro jocis muſicos & cantores adhibuere menſæ, quam ne quid delinquerent inutili ſermone.

Thön

PARS

Stobæum lib. III. *Si duo negocia proponuntur, fac alteri animum applicans, alterum odervis.*

(l) *Alterum enim negocium impedit alterum*) Clemens Alexandrinus lib. II. Pædag. *Eſt etiam cavendum, ne inter comedendum loquaris, ſit enim vox indecora, & non ſatis expreſſa ac ſignificans, ut quæ plenis buccis in anguſtum coercetur, & lingua, quæ nutrimento premitur, naturali operatione præpedita, oppreſſam edit vocem.*

(m) *Ut in menſa pauciſſima loquerentur*) De Theodorico Rege Gothorum Sidonius lib. I. cap. 2. *Maximum tunc* (in convivio) *pondus in verbis eſt, quippe cum illic aut nulla narrantur, aut ſeria.*

(n) *Cantores adhibuere menſæ*) Docet vel Homerus, qui muſicos in conviviis adhibet non uno loco.

(o) *Ne quid delinquerent in ſermone*) Hunc muſicæ uſum in conviviis alibi traditum ignoro. An ex Syracide hauſit? cujus verba ſunt in cap. 32, ſed ut Græca habent: *Neque muſica probibe, & ubi acroama eſt, ſive quando carmina canuntur, noli garrulitate obſtrepere, & intempeſtive ſapientem agere. Nam concentus muſicorum in convivio, eſt quaſi inſigne carbunculi in ornatu incluſum aureo.* Sane hic tacere jubet, cum cantantur carmina.

PARS

Thón Fierda Balkin.

PARS QVARTA.

Nu ſix/ huru kunungur álla Hófdinge ſkal ſtyra land ok almoga.

Nunc oſtenditur, qua ratione Reges Principesque terras civesque ſuos gubernare debeant.

I.

Um ſkal wál ok idkelika thet hura / at ſwa ſom han ár ſatter i hógt werulzlikt wald ok áro fram fór alla audra mán; ſwa ſkal han ok hawa mera akt ok ahuga/ huru han ma wál ok árlika ſkipa ok ſtyra ſit land ok almoga/ ſwa at han hawi lof ok áro ok goda frágd

I.

Ante omnia Rex bene ac ſollicite conſiderare debet, ut, quemadmodum in eminenti poteſtate ac exiſtimatione collocatus eſt ante alios; ita majorem adhibeat curam ac diligentiam, (a) quo bene honeſteque gubernet regiones civesque ſuos, (b) ut ex eo laudem, gloriam, bonamque

PARS QUARTA.

(a) *Quo bene honeſteque gubernet*) Iſocrates in epiſtola ad Timotheum: *Quærendum tibi & ſollicite cogitandum, quibus modis & quorum opera conſilioque tum urbis calamitates emendes, tum cives ad beneficentiam & modeſtiam coherteris, atque efficias, ut & ſuavius & ſecurius ævum exigant, quam ſuperiori tempore. Nam hæc officia ſunt bonorum & cordatorum principum.* Item in libello ad Nicoclem. *Arbitror, conſtare inter omnes, Regibus convenire, ut civitatem & calamitatibus liberem, & res ejus ſecundas tucantur, & ipſam e parva magnam efficiant.* Cicero lib. v. de Rep. *Ut gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria: ſic moderatori reipublicæ beata civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit.* Jamblichus in epiſtola ad Dyſcolium apud Stobæum ſer. 44. *Verus princeps magna cum dignitate & bonitate præeſt, magnifica bonorum munera ſubditis exhibet, victus abundantiæ, ſalutis omnimodæ, & vitæ tranquillitatis auctor eſt. Hunc enim ſibi finem proponit honeſtus princeps, ut ſubditos felices faciat. Et tum ſane pro cæteris qui ab ipſo gubernantur in primis eximius eſt, cum illi beatam vitam agunt, qui ſe ipſi commiſerunt.*

(b) *Ut ex eo laudem, gloriam*) Non domi modo, atque apud ſuos, ſed vel præcipue foris

frägd / ok hans land ok almoge hawi frid ok frelſe ok ſämio inbyrdes.

II. Nu ſigr Artſtoteles / at thön äru ſiw / hwart rijke ok landſkap widr torf / om thet ſkal wara i godom ſkipilſom.

III. Förſt / ſkal thet hawa witran ok rätwiſan kunung älla höfdinga then thet ma wäl ſtyra ok rada.

IV. Ther näſt / ſkal thet hawa god ſkipilſe / almoganom til tarwa.

V. Ther näſt / ſkal thet hawa god lag / almoganom til tarwa.

que conſequatur famam, regioneſque ejus floreant in pace, tranquillitate ac concordia.

II. (c) Dicit vero Ariſtoteles ſeptem eſſe, quorum quævis indiget regio ditioque, ut bene ſeſe habeat.

III. Primum, ei neceſſarius eſt (d) Rex Princepſque prudens ac juſtus, qui eam recte regat ac gubernet.

IV. Proximum, ut (e) imperii ratio ſe recte habeat, & ex utilitate civium.

V. Deinde, (f) ut habeat leges bonas civitatique neceſſarias.

Ther Poſt

foris, & apud exteros, quoniam ſic & auctoritatem comparabit ſibi, & ſecurum adverſus improbas ſpes aliorum faciet. Nemo enim eum facile adgreditur, quem rebus neceſſariis ad eventus quoſlibet inſtruere ſuos, & ob hoc ipſum a ſuis ardentiſſime amari fama cognovit. Poſtremo ut ſe ubiq; bonum Principem exhibeat, cujus proprium, nil quærere pro laboribus ſuis, quam honeſtam famam. Ariſt. 5. Pol. c. 10. *Scopus Tyrannicus quidem, jucundum, regius vero honeſtum. Itaq; ex commodis divitiæ quidem ſunt tyrannica, ad honorem vero pertinentia, regia.*

(c) *Dicit vero Ariſtoteles*) Ubi Ariſtoteles hoc dicat, hactenus ignoro, putoq; plane collecta eſſe a Noſtro ex pluribus, quæ habentur paſſim apud Ariſtotelem in toto Politicorum opere.

(d) *Rex Princepsq;*) Paulo generalius hoc debet accipi, ut Ariſtoteli conveniat, nec enim is ſimpliciter ubique neceſſarium dicit eſſe, ut imperium Rex teneat, imo alibi alias imperandi rationes putat eſſe aptiores. Et vox Svetica höfdinge / quia velut capita reliquorum ſignificat, permittit facile, ut intelligamus quoſvis, qui imperium in alios tenent. Et ſic Ariſtoteles IV. Pol. c. 4. *Neceſſarii ſunt quidam, qui præeſſe poſſint, & qui munera obeant, vel perpetuo, vel viciſſim.*

(e) *Imperii ratio ſe recte habeat, & ex utilitate civium*) Bene obſervat, primum, *recte* ſe habere oportere, hoc eſt illi rectitudini, quam in univerſum viri prudentes in rebuspublicis requirunt, apte ac convenienter, quæ in eo eſt, ut per id imperium ſalus publica civitatis, non privata imperantium quæratur. Dein ex *utilitate* civium, hoc eſt ita, ut ea vere uti poſſint, nec ingenio ipſorum, moribuſque, & ſimilibus repugnet. Non enim ubique utilis eſt eadem imperandi ratio. *Suetus regibus* eſt *oriens*, ait Tacitus; at Itali *homines, nec totam ſervitutem pati poſſunt, nec totam libertatem.* Hinc Ariſtoteles IV. Polit. 1. *Perſpicuum eſt, politicæ eſſe ſcientiæ & quæ optima ſit reſpublica videre, quaq; maxime ſit ex voto, ſi nulla res externa impediat, & quæ quibus conveniat. Multis namque non datur fortaſſe optimum conſequi.*

(f) *Ut habeat leges bonas*) Nam *ubi non imperant leges, ibi non eſt Reſpublica*, inquit Ariſtoteles IV. Polit. 4. *Habeat*

VI. Ther näſt/ ſkal thet hawa witra/ rätwiſa och owildoga domara.

VII. Ther näſt ſkal kununga ella landzhöfdinge hawa witra trona/ rönta ok rätwiſa radgiwara.

VIII. Ther näſt ſkal kununga ella Landzhöfdinge hawa lyden ok wiliogan almoga.

IX. Ther näſt ſkal rikie ok landſkap hawa wärn ok ſikra wärio firi awenom ſinom/ i allom genwärdom/ ther owini thet land owarande ſkada.

VI. Poſt, ut (g) habeat prudentes judices, eoſq; juſtos, minimeq; privati commodi ſtudioſos.

VII. Ad hæc Regem Principemque ſapientes, fidos, experientia ſubactos, juſtoſque (h) habere oportet conſiliarios.

VIII. Tum neceſſe eſt, ut habeat (i) obſequentes promptoſq; cives.

IX. Poſtremo, regio terraq; (k) firmata eſſe debet munimentis, quibus ſeſe tueatur adverſus hoſtes, omneſque improviſos impetus, per quos damnum regioni poteſt afferri.

Förſta Primum

(g) *Habeat prudentes judices*) Ariſtoteles VII. Polit. c. 8. ubi de iis, quæ civitati ſunt neceſſaria: *Sextum eſt judicium de commodis & juſtis inter cives, quæ res eſt omnium maxime neceſſaria.*

(h) *Habere oportet conſiliarios*) Idem Ariſtoteles lib. IV. Pol. c. 4. ubi ſimiliter de iis agit, quæ civitatibus ſunt neceſſaria: *Si animam magis animantis partem, quam corpus quis ponat: civitatum quoq; tales, propugnans & juſtitiæ judicialis particeps magis ſunt ponenda, quam quæ ad uſus neceſſarios pertineant: ad hæc conſultatrix, quod eſt civilis prudentiæ officium. &c.*

(i) *Obſequentes promptoſq; cives*) Ariſtoteles lib. III. Pol. c. 3. ubi agit de diſtinctis virtutibus civium & magiſtratuum: *Civis autem eſt is, qui paret.* Et lib. VII. Pol. c. 3. ubi reſpicit ad præſtantiam regum: *Si quis virtute & facultate ad res optimas gerendas præſtat, hunc ſequi honeſtum, & huic parere juſtum eſt.* M. Terentius apud Tacitum VI. An. c. 8. ad Tiberium loquens: *Tibi ſummum rerum judicium Dii dedere: nobis obſequii gloria relicta eſt.*

(k) *Firmata eſſe debet munimentis*) Ariſtoteles VII. Polit. c. 11. *Si ſaluti conſulendum eſt, & injuriæ contumeliaq; vitandæ, murorum præſidium tutiſſimum, & bellicis rationibus convenientiſſimum putari debet.*

Salomon

Första Flokken
Om kunungen.
I.

SWa sigr Salomon wise i Snille bok: Then skal witer domare wara sit folk skal döma/ ok alle rådas witran höfdinga. Ok åpte ty höfdinge hawer sik i domom ok athåwom sinom/ swa wilia sik halda alle the hans undidana ok tienisto mån åru. Ok sliker then år som radr nakrom stad/ slike åru the ther innan byggia. Ok swasom owitur kunungur tapar ok fördårwa sit folk ok landskap: swa oprettas land ok rike af witra manna förrseo. Ok för then orått ok waldzgårninga the höfdinga til en annan/ok walzman göra almoga ok undidanom sinom/ ganga opta land ok rike fran enom höfdinga til en annan.

II. Ok ty swa som godr witur kunungr båtra sit land med gode

Primum Membrum
De Rege.
I.

ITa inquit (l) Salomon in libro Sapientiæ: Sapientem oportet esse judicem, qui judicare debet populum, quoniam (m) omnes sapientem Principem verentur. (n) Et ut Princeps sese gerit in judicio vitaque sua, sic se gerere conantur omnes cives ministrique ipsius. Qualisque est qui civitati præest, talis ipsa solet esse civitas. Et quemadmodum (o) Rex imprudens perdit ac pessumdat cives terrasque suas: ita regiones terræque amplificantur (p) prudentum virorum consilio. Contra, (q) propter injurias & vim, quam inferunt principes aliis, præfectique crudeles multitudini, sæpe regiones ac imperia ab uno transeunt ad alium.

II. Nam ut (r) Rex bonus prudensq; terras suas excolit cum circum-

(l) *Salomon in libro Sapientiæ*) Innuere non capitis 1. ver. 1. quod volebat Bureus, sed cap. 9. v. 7. videtur. Nam in isto quidem loco sermo est de justitia, non sapientia. Junge simul 11. Paralip. 1.

(m) *Omnes sapientem principem verentur*) Salomon de sapientia cap. 8. *Habebo per hanc, immortalitatem. Disponam populos, & nationes mihi erunt subditæ.* Vide quæ notavi alibi.

(n) *Et ut Princeps*) Syracides cap. 10. *Qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea.*

(o) *Rex imprudens*) Syracides eodem loco: *Rex insipiens perdet populum suum.*

(p) *Prudentum virorum consilio*) Salomon Sap. v. 1. *Multitudo sapientum est sanitas orbis terrarum.*

(q) *Propter injurias & vim*) Syracides cap. 10. *Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias, injurias, & contumelias, & diversos dolos.*

(r) *Ut rex bonus*) Salomon Proverb. 10. *Rex justus erigit terram, vir avarus destruet eam.*

gode förſeo: ſwa öde ok förder-war girugr höfdinge thet med al-lum alagum ok margfaldan orät. Ok ey ſkal godr ok rätwis kununger wårna at han warde ey girugr up a ſina undidana godz. Ty at hwil-kin kununger ella höfdinge thet gör/ thet wardr hans derwilſe ok hans förgärningaa.

III. Nu ſigr mäſtar Eaidius i ſinne Bok/ the han hower giort um kununga ſtyrilſe/ at thön åru tijo godum kununge til höra/ then rike wil wäl ok wiſliga ſtyra.

IV. Förſt är/ at han ſkal göma ok wårna gamalt kro-nona godz/ ok gamblan kunung-likan rät/ok thet hwargen minſka/ ty at thet är lagt ok utgiwit af al-moganns wägna kununge ok hans härſkap til uphåldis/ ok almoga-nom til frid ok frälſe/bade thöm ok thera godz.

V. Annat är thet kunungr ſkal wäja/at han ey förgiör oärlika ålla

circumſpectione: ita exhaurit cor-rumpitque eas princeps avarus, per iniquitates & multiplices in-jurias. Quare bonum juſtumque regem (f) cavere ſibi oportet, ne evadat avarus, civiumque ſuorum appetat bona. Quisquis enim contra facit, is ſe ipſum in perni-ciem exitiumque præcipitat.

III. Cæterum (t) Ægidius in libro de Regimine Principum, decem ait eſſe, quæ regi bono com-petant, qui bene prudenterque præeſſe vult imperio.

IV. Primum, (u) ut conſer-vet ac cuſtodiat bona regni vete-ra, juraque priſca regia, nec ulla ratione illa minuat, quia data ſunt a populo præbitaque ad conſer-vationem Regis familiæque ipſius, & tranquillitatem, ſecuritatem, pacemque multitudinis, ejuſque facultatum.

V. Secundum quod cavere debet, eſt, ne honeſte inutiliterve prodi-

(f) *Cavere ſibi oportet, ne evadat avarus*) Vide hac de re locum elegantiſſimum Forſtneri ad Annalium IV. Tac. c. 72.

(t) *Ægidius in libro de regimine Principum*) Secundæ partis libri II. I. c. 9.

(u) *Ut conſervet ac cuſtodiat*) Non ſunt ipſa Ægidii verba, ſed quod ubique fecit Noſter, id & hic obſervat, ut magis reſpiciat ſententiam, quam orationem, eaque ad-dat, quæ condúcere inſtituto ſuo videntur. Adſcribam Ægidii verba, ut hinc liqueat, quid ſtatuendum ſit de cæteris. *Eſt autem primum*, inquit, *quod ſpectet ad verum regem, facere, ut maxime procuret bona communia, & regni reditus ſtudeat expendere in bonum commune, vel in bonum regni. Tyranni vero hoc ſimulant facere, non tamen faciunt, ſed ut ait Philoſophus, eos tribuunt meretricibus, & adulatoribus, & aliis perſonis inutilibus.* Iſta ſunt, quæ Ægidius in hac prima regula proponit. Quæ affert ex Ariſtotele, ea extant lib. V. Politic. c. 11. Ex quo loco tamen patet, vel non ipſum legiſſe Ariſtotelem, vel intellexiſſe parum Ægidium, cum iſtæc meretricibus ſimilibuſque doceat non tradere illos ex tyrannis, qui ſpeciem bonorum Principum præ ſe ferunt. Et de talibus ibi ſermo eſt. Cæte-rum & hæc, & quæ ſequuntur, fere omnia Ægidius ex Ariſtotelis prædicto loco mutuatus eſt.

Proven-

ålla onyttelika kununglik ingiåld the hanum åru lagd til uphåldes/ ok rikeno til tröst ok froma / ok almoganom. Ok ty skal hwar godr kununger thet lata sea i walde ok athåwom sinom / at han göri nokot thet i sina daga med kronona ingeldom ther rikeno ma wara til tröst ok froma / ok almoganom til hugnat ok ångin tunga/ ok hanom sielwom ok hans årwingom til lof ok god äptedöme. Ty at swasom then fader illa förgiär sina barna godz ok fäderne/han hawer ther af last ok synd: alt swa then kronona ingiåld illo. ok onyttelika förgiär/ giwer thet lekarom ok lyddarom / sliktarom ok smikrarom / safångom ok häggoma mannom / the hanom giwa later ok ånnelof/ ok halda han sannelika therföre giäk ok dara.

VI. Tridia år/at kununger skal ey tea sik firi almoga ok undidanom sinom ofmykit grymman ok räddelikan/ ty at ta hawer han af undi-

prodigat (x) proventus regios neceſſitatibus ipſius deſtinatos, & imperii multitudiniſque commodis atque utilitatibus. Quare Regem bonum oportet imperio factoque ipſo monſtrare, ſe publicos reditus convertere ad ea, (y) quæ regno eſſe queant utilia, multitudinique ſalutaria, non moleſtâ; ipſi vero & hæredibus ipſius, glorioſa, exemploque aliis conducibilia. Ut enim pater, qui bona prodigit ſervanda liberis, hoc nomine contrahit infamiam culpamque: ſic qui inhoneſte inutiliterque prodigit proventus publicos, eoſque tribuit (z) ludionibus, morionibus, paraſitis, adulatoribus, inutilibus vaniſque hominibus, qui eum implent rebus inanibus, re ipſa vero habent pro ſtolido & inſano.

VI. Tertium eſt, (a) ne ſe aſperum nimis formidabilemque præbeat multitudini, ita enim apud cives

(x) *Proventus regios*) quos Rex habet ex collationibus, tributis, vectigalibus, & id genus. Paulo aliter ſe iſta habent in Ægidio. Etiam Ariſtoteles iſta ſcribit adhiberi oportere vel ad rem familiarem Principis, vel ad bella. Unde liquet, operam dediſſe Noſtrum, ut quæ apud alios offenderet, ad patriæ ſuæ uſus commodaque converteret.

(y) *Quæ regno eſſe queant utilia*) Quomodo Auguſtus fora, aquæductus, pontes, & id genus ſumptu maximo extruxit, ad utilitatem omnium. Vide Svet. in vit. Octav. c. 29. Contra Claudius *opera magna potius, quam neceſſaria perfecit*, quod ait idem in vit. Claud. c. 20. Et de Nerone, in vita ejuſdem cap. 30. *Divitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quam profuſionem.*

(z) *Ludionibus, morionibus, paraſitis*) Quomodo de Nerone antedictus auctor: *Menocratem citharœdũ, & Spicillum myrmillonem triumphaliũ virorum patrimoniis ædibusq; donavit.*

(a) *Ne ſe aſperum*) Etiam hoc eſt Ariſtotelis. De re ipſa dixi alibi.

Cum

undidanom ſinom ſtygd ok ángan kærlek. Han ſkal ok ey tea ſik ofmykit hemelikan/ ty at ta fórſmas han af undidanom ſinom. Ok ty ſkal han ſik hwarn ſtad wirdelika ok frilika hawa ſwaſom hans hedr wál tilhóre.

VII. Fierda ár / at kunungur ſkal ey utan trang ok hóg ſkiál koma ſik i kif álla delo med ſinom wálbornom mannom / ok ángin orát góra / hwazke thóm álla thera godz / álla thera ſyſtrom / dóttrom álla hwsfruō: ty at thr af kombr giárut miſſámia/ fórgiárninga/ fórradilſe/ hat / ilwili / ok thet ma kununga máſt fórderwa.

VIII. Fámta ár/ at kunungur ſkal álſka ok opta hos ſik hawa ſina wálbyrduga mán / ok hálſt the witraſto/ ok med thóm huxa ok rada rike ſins hedr ok almogans tarf. Ok ſkal han biuda ok rada ſinna

cives averſationem, non amorem conſequitur. Sed nec familiarem nimis ſe exhibeat, ita enim cives eum contemnent. Ideoq; gravitatem atque libertatem ubiq; ſervet, ſicut dignitatem ejus decet.

VII. Quartum eſt, ne Rex contentiones & certamina ſuſcipiat (b) cum nobilitate, niſi graviſſimis de cauſſis, nec injuria afficiat vel ipſos, vel ipſorum prædia facultateſque, vel ipſorum ſorores, filias uxoreſve. Inde namque frequenter oriuntur diſcordiæ, cædes, proditiones, odia, inimicitiæ, quæ plerumq; Regi exitium afferre ſolent.

VIII. Quintum eſt, ut amet, circaque ſe frequentes habeat (c) nobiles ſuos, præcipue prudentiſſimos eorum, cumque iis deliberet de dignitate regni, & utilitatibus civium. Imperare etiam ac ſvadere

(b *Cum nobilitate*) Neque Ægidius, neque Ariſtoteles, unde ſua Ægidius ſumſit, monitum hoc ad ſolos nobiles adſtringit. Ægidius ſic habet: *Quarto ſpectat ad regem, nullum ſubditorum contemnere, nulli injuriari, nec in filiabus, nec in uxoribus, &c.* Et profecto generale hoc præceptum eſt, quod alias oſtendimus. Itaque ignoro, annon & hic ad quædam temporum antecedentium in ſua republica reſpexerit. Et vide regis Waldemari hiſtoriam. Poſſis forſan & hinc ſuſpicari, Noſtrum ex Nobilitate fuiſſe, ut conſveverant plerique temporum illorum Canonici.

(c) *Nobiles ſuos*) Nam hi fere propter rerum neceſſariarum copiam melius educari poſſunt, quam quibus deſunt præſidia educationis bonæ. Deinde uſum rerum majorem habent, cum ſint poſiti in luce hominum, atque veneratione. Itaque & fides in illis major, & conſilii ſubminiſtrandi facultas. Ergo boni Principes perpetuo amarunt. Plinius de Trajano cap. 69. *Tandem nobilitas non obſcuratur ſed illuſtratur a Principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos poſteros libertatis, nec terret Cæſar, nec pavet, quin imo feſtinatis honoribus amplificat atq; auget, & majoribus ſuis reddit. Si quid uſquam ſtirpis antiquæ, ſi quid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, & refovet, & in uſum reipubl. promit.* Addit Ariſtoteles hoc pertinere ad exiſtimationem regis decuſque. Sic enim ait loco antea laudato: *Debet præterea optimatum uti converſatione. Ex hoc namq; neceſſe eſt, non pulchrius tantum & beatius, eo, quo melioribus imperat, & non abjectis, ſed etiam diuturnius eſſe imperium.*

Sua

sinna hwsfru at hon älske wälborna fruor / ok helzt thera manna hwsfruor som måst förmago med släkt ok godz / ok fromum radom. Ty at warda quinna försmada / ta lukka the ok rada / ok harm äggia sina hwsbönder til mangt thet kununge ma koma til genwärdo.

dere debet (d) suæ conjugi, ut & ipsa diligat fœminas nobiles, maxime conjuges eorum, qui plurimum pollent ante alios (e) genere opibusve, aut consiliis probis. Cum enim fœminæ (f) se intelligunt contemni, (g) maritos suos invitant, impelluntque ad studium ultionis, & multa, quæ Regi possunt esse noxia.

XIX. Siätta är / at kununga ok höfdinga skulu wara mykit hofsami i mat ok dryk / ok ey fölia ofmykit kötlikan lusta i sambland quinna: ty at thr af warda the mykit försmadde af allom godom ok witrom mannom.

VIX. Sextum est, ut Reges Principesque moderati sint in cibo & potu, neque suis nimium indulgeant voluptatibus in consortio mulierum: (h) ea enim res contemptum ipsis affert apud bonos omnes ac prudentes.

X. Siunda är / at han skal lata hws ok borgr / ok alla köpstadi wäl

X. Septimum, us arces, urbes, oppidaque (i) ædificiis decoris faciat

(d) *Suæ conjugi*) Habet etiam hoc Aristoteles dicto loco.

(e) *Genere, opibus, aut consiliis*) Quoniam hæc tria sunt, quibus res maxime conficiuntur. Amicorum copia videlicet ex genere, instrumenta necessaria ex pecuniis, ratio suscipiendorum, gerendorum & conficiendorum negociorum ex prudentia, quæ vita est ac velut anima reliquorum omnium.

(f) *Se intelligunt contemni*) Qua re nihil est, quod mulieres acrius stimulat. Quidvis facilius ferunt, quam contemptum, quoniam arrogantes sunt natura sua.

(g) *Maritos suos invitant*) Adhortatione eo efficaciore, quo & frequentior potest esse, & per amoris blandimentum penetrabilior. Mulierum profecto stimulis hujusmodi agitatos periculosissima sæpe aggressos esse negocia, ex historiis novimus.

(h) *Ea enim res contemptum*) Aristoteles: *Neq; enim siccus facile invadi aut contemni solet, sed ebrius.* De Sardanapalo Justinus lib. 1. c. 3. *Invenit eum Arbactus inter scortorum greges purpuram colo nentem &c. Ergo indignatus tali feminæ tantum virorum subjectum, tractantiq; lanam ferrum & arma portantes parere, negat se ei parere posse, qui se feminam malit esse, quam virum.* Qui Arbacti animus, idem Macriani. Ergo sic adversus Gallienum apud Pollionem: *Jam ego faxim ut Gallienus sordidissimus feminarum omnium, duces sui parentis intelligat.* De Dionysio Aristoteles v. Pol. 10. *In Dionysium posteriorem Dio propter contemptum conjuravit, & cives ita cernens affectos, & ipsum semper ebrium.*

(i) *Ædificiis decoris*) Ita Aristoteles. Atque talis olim fuit cura Octavii Cæsaris, de quo Svetonius c. 28. *Urbem neq; pro majestate imperii ornatam, & inundationibus incendiisq; obnoxiam excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam in posterum præstitit.* Talis Trajanus

wäl ok hederlika byggia ok tilſätia/ at han ok hans riki hawi ther af bade heder ok ſomä/ ok fullan ſikrlek/ hwiliktin tima han kan hälſtera mytoriwa.

XI. Attunda är/ at kunungur ok höfdinge ſkal hedra ok ära ſendebuda/ ok utländzka ok okunnunga män/ the til hans koma / i ſakum älla árandum tera ; ty at ther af fa han goda frägd ok winſkap manna.

XII. Niunda är/ at kunungur gripe ey med orät nokot thet androm

ciat ornari, ut inde & ipſe & imperium ipſius gloriam habeant decuſque, (k) & ſecuritatem plenam, quandocunque neceſſitas hoc exegerit.

XI. Octavum eſt, ut Rex Princepſque (l) honoret legatos ad ſe miſſos, peregrinoſque & miniſtros regum inviſentes ipſum ex quibuſcunque negotiis ; ex eo enim famam ſibi bonam atque amicitiam conciliat.

XII. Nonum, (m) ne Rex quid invadat per injuriam, quod eſt Regis

Trajanus. Dio Caſſius de eo: *Extruxit plurima, & maxime neceſſaria in viis, portibus, publicis ædificiis.* Hinc Panegyriſtes Plinius cap. 51. *Quam magnificus in publicum es? hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, ut non conſummata, ſed tantum commutata videantur. Hic immenſum latus Circi templorum pulchritudinem provocat, digna populo victore gentium ſedes, nec minus ipſa viſenda, quam quæ ex illa ſpectabuntur.* Iſocrates ad Nicoclem: *Urbem eodem modo, quo paternam domum adminiſtra, apparatu ſplendido & regali, ratione vectigalium accurata, ut ſimul & illuſtri laude celebreris, & ſumptus tolerare poſſis.*

(k) *Et ſecuritatem plenam*) De hac nihil Ariſtoteles iſto quidem loco. Ægidii additamentum eſt, quod hic Noſter retinet.

(l) *Honoret legatos ad ſe miſſos*) De legatis nihil neque Ariſtoteles, neque Ægidius. Illius iſta verba ſunt: *Oportet autem eos, qui re aliqua excellunt, ita præmio afficere, ut ne a civibus liberis quidem majora ſe unquam conſecuturos putent.* Quod monitum non ad extraneos pertinet, ſed eos, qui ex civibus virtute militari, vel prudentia, vel alia re ſimili excellunt, oppoſitumque illi regulæ tyrannicæ, quæ paulo ante Ariſtoteli proponitur, *nullo gravi aut libero homine delectari.* Item, *præſtantes viros deminuere, & qui animi ſunt magni, tollere.* Ægidius propius, nec tamen de legatis: *Decet verum regem, ut ait Philoſophus, ſapientes & bonos etiam extraneos adeo honorare, ut putetur, non ſic honoratos eſſe a civibus propriis, ſi inter ipſos exiſterent.* Dicit, Philoſophum, id eſt, Ariſtotelem hoc præcipere, quod falſum eſſe liquet ex ſuperioribus. Neque video, quid Ægidium ad hoc commentum impulerit, niſi forte, quod peregrinus ipſe, totum opus iſtoc ſcriberet dedicaretque Philippo regi Francorum, uti conſtat ex præfatione, ſibique per hoc viam ad majora beneficia ſternere conaretur. Iſocrates ad Nicoclem: *Inter advenas eos maximi facito, non qui dona tibi advehunt, ſed qui a te expetunt. Nam ſi his honorem habueris, apud cæteros majore gloria eris.* Cæterum quod Ægidius de peregrinis generatim monuit, id Noſter ſpeciatim transtulit ad legatos, peculiari quodam ad patriam ſuam, temporumque priorum eventus reſpectu. Neque tamen non eſt utiliſſima hæc admonitio quando ex legatis male habitis contemptiſve acerrima ſæpe bella. Exemplum extat etiam in ſacris. David enim Ammonitas bello petiit, ſuperatoſque ſubjecit tributarioſque fecit ſibi, ob legatos ſuos a rege Uſorum Hanone injuria affectos. II. Reg. c. 10.

(m) *Ne Rex quid invadat per injuriam*) Etiam hoc ex Ariſtotele, ſed vel intellecto male, vel male expoſito habet Ægidius, indeque Noſter. Ariſtoteles ſic ait: *Conſervantur*

drom kununge ålla lanzherra til hõre/ty at hwar thet gõr/han byrta missämio ok langa delo manna mällom.

XIII. Tiunda år thet/at kununga ok höfdinga skulu sik wäl ok dygdelika hawa i Gudz tieniſto/ok swa til hans hws ok tieniſtomanna. Ty at ta almogen se at kunungur ålla höfdinge hawer sik wäl i Gudz tieniſt ok i allo thy Gudi tilhöre/ta hura the at han år goder ok rätwis i domom ok athäwõ sinom/ok åru thes häldr til ludno ok alla wirdning. Ty at swa år skriwat

Regis principiſve alterius, qui contra facit, diſcordias inſtituit & contentiones diuturnas inter homines.

XIII. Decimum, ut Reges Principesq; bene honeſteque ſeſe gerant (n) in cultu Divino, adeoq; (o) erga Dei domum miniſtroſque. Nam ſi multitudo Regem cernit bene ſeſe gerere in Divino cultu, cæteriſque quæ ad Deum pertinent, eum credunt eſſe bonum ipſum, & æqvum in judiciis ſuis factiſque, eoque magis ipſi obſequentes ſunt, debitumq; præſtant cultum. (p) Ita namque ſcriptum

vantur autem monarchiæ ſive regna eo, quod ad mediocritatem, ſeu modicum imperium revocantur. Hic nullus ſermo eſt de finibus imperii vel amplificandis, vel in arctum coercendis, ſed de poteſtate limitanda. Heinſius elegantiſſime priora ſic exponit in Paraphraſi ſua: *In regnis id peculiariter tenendum, ea maxime diuturna eſſe, quæ quam maxime ſunt moderata. Talia autem ſunt, in quibus modum poteſtati ſuæ figunt ipſi reges, neq; ut in tyrannide, omnia pro voluntate agunt & lubidine, ſed ut quantum poſſunt, legibus relinquant.* Et hæc quidem Ariſtoteles. At Ægidius: *Decet verum regem per uſurpationem & injuſtitiam non dilatare ſuum dominium, nam ut dicitur in politicis, durabilius eſt regnare ſuper paucos, quam ſuper multos.* Adde cætera, quoniam aperte docent, dictum locum Ariſtotelis in animo habuiſſe. Quanquam vero nil hujuſmodi habeat Ariſtoteles, illaque obſervatio, quæ ipſi eſt propoſita, rectius huc pertineat, tamen & hæc non eſt contemnenda. Scilicet multorum eſt ſententia, quæ Tiridatis apud Tacitum XV. An. c. 1. *non ignavia magna imperia contineri, viſorum armorumq; faciendum certamen. Sua retinere, privatæ domus, de alienis certare, regiam laudem eſſe.* Hanc impugnandam & Ægidius, & Noſter cenſuere, quoniam ea ſemel ſtabilita conceptaque animo nihil quieti ſalvive manet neque domi, neque apud exteros. Et ut omnia feliciter procedant, tamen nimis magna imperia ſemper invidiæ plus quam commodi gloriæque habuerunt. Non poteſt autem eſſe diuturnum, quod odio invidiæque omnium eſt expoſitum. Adde, quæ de hac re pluribus egregieque diſſerit Nob. Forſtnerus ad IV. Anal. Taciti cap. 32.

(n) *In cultu Divino*) Ita quoque Ariſtoteles.

(o) *Erga Dei domum miniſtroſque*) Hoc adjectamentum Noſtri eſt. Miniſtrorum enim neque Ariſtoteles, neq; Ægidius mentionem faciunt. Unde rurſum liquet, quod de functione Noſtri alibi conjecimus. Quanquam res iſta ſit æquiſſima decentiſſimaque, eum contemni nequeant, ut non ſimul contemnatur is, cujus ſunt miniſtri. Vide Matth. 10. 40. Lucam 10. 16. Johannem 13. 20. De Theodorico Sidonius lib. 1. Ep. 2. *Antelucanos ſacerdotum ſuorum cœtus immixto comitatu expedit, grandi ſedulitate veneratur.*

(p) *Ita namq; ſcriptum eſt*) Vide ſupra Partis ſecundæ par. 3.

Salomon

ſkriwat: Alt hawer then i rådzl ok wyrdning ther Gudi gör hedr ok wirdning. Ok ty ſigr Salomon wiſe: Thön affödа manna ſkal hawa hedr ok åro ſom rådes Gud/ ok thön ſlåkt förwardr ſom ey akta Gud ok hans budord.

ptum eſt: Omnia verentur coluntque eum, qui colit veneraturque Numen Divinum. Quare (q) Salomon ſapiens: Ejus hominis progenies in dignatione auctoritateque futura eſt, qui timet Dominum. Ejus vero proles peribit, qui Deum mandataque ejus contemnit.

XIV. Nu hawa ey orätte kununga ok ille höfdinga thön athäwe / utan the leggia öde gamalt kronona gods / ok riwa ok röwa med olagom ok walzgärningom af ſpakum mannom thera godz ok fäderne / ok wilia hawa ok byggia hwarn ſtat / i ängiom ok öjom / i ſkogom oc watnom thr thöm tikte wara wänt/ luſtelikt godz ok fagra waru/ ſwa at ther ängin ände älla aterwände år a thera giri.

XIV. Aliter ſeſe gerunt Reges Principeſque mali, nam (r) antiqua regni bona perdunt deſolatione, quietioribus ſua bona & hæreditate quæſitas opes per injuriam & vim eripiunt, omnia denique loca (ſ) occupare ſuis quærunt ædificiis, prata & inſulas, ſylvas & flumina, ubi ipſis videntur comparere aliqua ad uſum voluptatemque pertinentia, & habitationem facientia jucundam, ſic ut finis nullus ſit aut requies cupiditatibus ipſorum.

XV. Af thylikom herrom ok höfdingom ſigr Salomon wiſe i ſinille bok / ok ſigr ord ok athäwe thera: Niutom os i warn tima innan werilzlikt godz/ åtum ok drikkom/ lekom ok hawom allan warn wilia ok glädi / ok ängkte ſe thet fagert

XV. De his ſimilibuſque Principibus (t) Salomon ait in libro Sapientiæ, verba eorum moreſque proponens: Fruamur ætate noſtra bonis hujus ſeculi, edamus, bibamus, ludamus, agamus ſecundū omnē animi noſtri ſententiam voluptatēq́; nec videamus pulchrū jucun-

(q) *Salomon ſapiens*) Videtur hoc deſumptum ex Proverb. c, 20.

(r) *Antiqua regni bona*) Hæc obſervatio propria & peculiaris Noſtri eſt auctoris. Neque dubito, quin ea reſpexerit ad eventus aliquos, & facta regum, ante ſua tempora.

(ſ) *Occupare ſuis quærunt ædificiis*) Vide, quæ notavi ſupra Parte tertia par. 4.

(t) *Salomon ait in libro Sapientiæ*) Capite 2. Sed & hic non pauca addit de ſuo, ut argumento propoſito ſerviat.

Quantum

gert ok luſtelikt godz i ängiom ålla ögiom/ ålla andrō ſtadom ther ey ſkal akoma war häſd ok handawerk i warre frygd ok gläde. Trugom ok ödom almoga ok ſpakmände. Hawom thet til laga ok lanzrät wi ſielfwe willom. Aktom ey ålla rädoms gambla män ålla rönta. Sparom ey änkio ålla fadrlös barn. Latom alla ſtadi ſynas tekn ok äptedöme af warre frygd ok gläde/ ok wentom os ey mera af wärilzlikt godz/ än wi hawom ok nötom i warre ſkämtan ok glädi.

XVI. Ok hwilkin herra ella höfdinge haldr mera hof ok härſkap/ ok förgör mera än hans ingiäld honom förſkulda/ han ſkal armlika ſik förborga/ ok med ſynd ok

jucundumq; aliquid in pratis, vel inſulis, vel locis aliis, quod non occupemus operibus noſtris in gaudium voluptatemque noſtram. Premamus & exhauriamus plebem hominesque quietis amantes. Pro lege jureve ſit voluntas noſtra. Senes & prudentes ne curemus. Viduis orphaniſque ne parcamus. Ubique ſigna & veſtigia gaudii voluptatiſque noſtræ relinquamus, neque plura de ſeculi hujus bonis expectemus, quã (u) quantum ex iis per libidines & voluptates noſtras percipimus.

XVI. Quisquis autem Princeps aulam habet majorem & (x) miniſtrorum ampliorem numerum, pluraq; conſumit, quam per reditus ſuos poſſit ſupplere, incidet (y) per æs alienum in miſeram pauperiem

(u) *Quantum ex iis per libidines*) Iſta dicta ſunt ad exemplum epigrammatis, vel tituli, quem Sardanapalus incidi juſſit in buſto, atque recenſetur Ciceroni lib. v. Quæſt. Tuſcul.

Hæc habeo, quæ edi, quæq; exſaturata libido
Hauſit: at illa jacent multa, & præclara relicta.

(x) *Miniſtrorum ampliorem numerum*) Quotquot fuerunt unquam boni Principes, mediocrem & modeſtam amaverunt aulam, non modo, quoniam minore ſumptu alitur, ſed & quoniam moleſtia minore regitur, cum in turba fere ſit confuſio. Quin imo mediocris numerus miniſteria ſua præſtat rectius, cum in multitudine nimia alius fere alium expectet ac reſpiciat. De Juliano Libanius: *Hæc cum Julianus de Divinis rebus conſtituiſſet, oculos ad imperatorium miniſterium reflectens cum turbam inutilem ſuſpexit ali vidiſſet, coquos quidem mille, totidem tonſores, pincernas autem plures, miniſtrorum examina, jã eunuchos, muſcarum, quæ verno tempore paſtores circumvolitant, numerum ſuperantes, & innumeros ejuſmodi generis fungos, (etenim otioſis, & ad conſumendam annonam natis hominibus id erat perfugium, ut miniſtri Principis vocarentur, & haberentur, & numerato pretio ſtatim in eum numerum adſcriberentur) hos igitur, quos imperatoris annona inutiliter alebat, damno potius, quam miniſterio eſſe ratus, conſeſtim expulit.* De Alexandro Severo Lampridius cap. 15. *Purgavit & palatium ſuum, comitatumq; omnem, abjectis ex aulico miniſterio cunctis obſcœnis & infamibus, nec quemquam paſſus eſt eſſe in palatiis, niſi neceſſarium hominem.*

(y) *Per æs alienum in miſeram pauperiem*) Bene *miſeram*, quoniam impedit ſæpe optima principum conſilia, facit eos contemptos, reddit aliis obnoxios, & ad arbi-

ok bliugd riwa ok röwa af armom almoga / thet han ſkal ſik ok ſit härſkap wid föda.

XVII. Ta um kunungur álla höfdinge warder grimbr ok riwande/ta far han theſſin athäwe/ſwaſom ſigr Ariſtoteles: Han pläga tio lundom umgära ok undibryta land ok almoga/ ok ängin ſkal toras göra álla lata mote hanom.

XVIII. Förſt / trugar han herra ok wälborna män / ok rädes han thera makt / ta taker han af thöm lif ok godz thera/ok akta änkte utan fränna ſin ägin wilia. Ok ty at mäktuge ok wälbyrduga herra willia ey tula trug ok walzgärninga hans / ta ſätia the ſik med almoga mot hanom ok hans grymum athäwom. Ta hura han huru

periem, ſcelereque ac dedecore expoliare cives ſuos cogetur, quo ſe familiamq; ſuam poſſit ſuſtentare.

XVII. Rex porro Princepſq;, qui evadit crudelis avaruſque, hos induere mores, (z) ſicut ait Ariſtoteles, deniſque modis regiones civeſque perdere ac vaſtare ſolet, nec eſt quisquam, qui adverſus eum agere vel omittere rem ullam audeat.

XVIII. Primum, (a) premit viros genere ac origine claros, ſique potentiam eorum metuit vita boniſque eos ſpoliat, neque curat quidquam aliud, quam ut ſuæ ſatisfaciat libidini. Nempe viri magni genereque clari (b) nolunt ferre vim ipſius dominationemque; ideoque (c) junctis cum plebe viribus, ipſi ſeſe, crudelibuſq; ejus facinoribus opponunt.

Quare

arbitrium alienum componere ſe ipſos compellit. Ut proinde nihil magis Principi cordato fugiendum ſit. Panormitanus notabiliter de Alphonſo lib. III. c. 16. *Maxima cura intentum Regem ad exſolvendum levandumq; ſeſe ære alieno nuper vidimus. Per bellum Neapolitanum enim quinq; & quinquaginta millia ſuper quinquies centena aureorum mutuo contraxerat. A quo debito, dum proderetur hæc, prope liberatum vidimus, ac proinde reſpirantem, & merito lætum dicere: Regibus, qui pro reditu ſumtus metiuntur, bona omnia cedere, amari a civibus, non metui, cives ipſos a ſuſpicione novorum munerum levatos, alacres agere, ſuaq; bona oſtentare, ac demq; principis vitam votis ſuppliciis q; expetere.*

(z) *Sicut ait Ariſtoteles*) eo ipſo loco, quem ſuperius laudavi.

(a) *Premit viros genere ac origine claros*) De Maximino Julius Capitolinus cap. 9. *Nobilem circa ſe neminem paſſus eſt.* Et hæc fuit ratio ſuperiorum Principum omnium, qui tyrannice imperabant. Unde Tacitus initio Hiſtoriarum res eorum veluti compendio commemorans, & iſta habet: *Nobilitas, opes, omiſſi geſtiq; honores pro crimine, & ob virtutes certiſſimum exitium.*

(b) *Nolunt ferre*) Quoniam ſunt meliores. Nemo autem longius deteriori paret, quam neceſſe eſt, quia repugnat naturæ, quæ deteriorem obſequi vult meliori. Euripides: *Gubernari oportet malos a bonis, & parere ſe melioribus.* Ariſtoteles de iiſdem: *Herili dominatui parere nolunt.*

(c) *Junctis cum plebe viribus*) quæ facile hos, tanquam prudentiores audit, tanquam meliores ſequitur.

Quam

ru han ma thöm ok thera lif fördärwa/ ok han akta änkte / vtan främia wilia ok walzgärninga sina / ok spar thr til änxins mans lif/hwad the äru bröder älla fränder hans. Han takr til med walzgärningom ok illom radom/ thera lif förderwa hwilka led han förma/ med förgärningom / förderwilsom/ fängilsom ok fulan död.

XIX. Annat är thet / at wita / hata ok försma witra män ok rätwisa/the almogan mago styrkia med ordom ok radom / til at motsägia yppinbarom olagom ok allom walzgärningom.

Quare dat operam, ut ipsos vitamque eorum perdat, neque curat quidquam, (d) quam ut suæ satisfaciat libidini, ad quod neminis parcet vitæ, (e) sive fratres sint, sive cognati. Vitam eorum per vim malaque consilia quærit pessumdare, quocunque potest modo, veneficiis, (f) conculcatione, captivitate, fœda morte.

XIX. Deinde, (g) viros prudentes ac justos incusat, odio prosequitur, & infamia afficit, qui multitudini præesse possunt opera consiliove, efficereque, ut obviam eatur apertæ injuriæ, omniq; violentiæ.

Tridia

Tertio

(d) *Quam ut suæ satisfaciat lubidini*) Non ex merito, vel causis ullis, licet fictis sæviens, sed animi gratia. Quomodo de Cajo Seneca III. de Ira. c. 18. & 19. *Et equites, & senatores uno die flagellis cecidit, perq; omnia, quæ in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tribularibus, eculeo, igne, vultu suo torsit, non quæstionis, sed animi caussa.*

(e) *Sive fratres sint, sive cognati*) Res est in aula Turcica hodieque nota & recepta. Xenophon in Hierone: *Tyranni complures liberos suos occiderunt.* Euripides: *Tyrannum amicos vastare & occidere oportet.* Adde Tiberii, Neronis, Domitiani, ac similium exempla.

(f) *Conculcatione, carcere*) Videtur Noster respexisse ad ea, quæ temporibus Birgeri secundi acciderunt, præsertim Erico Duci, Birgeri fratri, qui fuit pater Magni regis, sub quo Nostrum vixisse, hocque opusculum scripsisse arbitramur.

(g) *Viros prudentes ac justos*) Hiero apud Xenophontem: *Tyranni sapientes ac justos viros cum diligere deberent, metuunt. Sapientes, ne quid machinentur; justos vero, ne multitudo cupiat ab illis gubernari.* Dicit notabiliter, sapientes metuere, ne quid machinentur, id est ne ostendant rationes viasque, quibus a cervicibus tyrannus submoveri queat. Hoc enim officium est sapientis. Ideo sub tyrannis sapientes sapientiam suam occultant, quod de Bruto docet Livius lib. I. Valetque tum, quod habet versus antiquus: *Stultitia in loco simulata, summa sapientia est.* Et quoniam vulgus fere imperitum, sapientiaque vacuum, ideo securius sub tyrannis vivit. Tacitus de eo, XIV. An. c. 60. *Minor ei sapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula.* Sic de Claudio Dio. *Cajus eum sine dubio sustulisset, nisi contemsisset hominem natura & judicio segnem.* Addit autem, metuere & justos, ne ab illis malit multitudo gubernari, hoc est, ne submoto tyranno ipsos subroget in ejus locum. Videlicet justitiæ caussa regna instituta sunt. At tyranni justitiam evertunt: itaque indigni regno habentur. Contra, quanto quisque justior, tanto facilius se ipsi omnes committunt, sicut alibi ostendimus.

Ne

XX. Tridia ár thet/ at han hindra med alla ſinne makt/ at ángin magi nima bok álla wisdom / álla nokot thet wisdome tilhöre / ty at han rádes á at nokor mage hans walſkap fördriwa.

XXI. Fiárda ár/ at han fördriwer ok aflágger gilde ok ſamdrykkio manna/ ok al ſamhálde ok ſamqwámd / ther manna winſkapr ok ſamhálde ma afkoma: Ty

XX. Tertio, cunctis impedit viribus, (h) ne quis litteris vel prudentia inſtruatur, aut in re erudiatur ulla, quæ ad prudentiam facit, quia metuit, ne quis potentiam ipſius evertat.

XXI. Quarto, (i) collegia omnia & ſodalitia tollit aboletque, omneſque conſociationes & conventus, (k) per quos amicitiæ ac conjunctiones poſſunt inſtitui: quia

(h) *Ne quis litteris vel prudentia inſtruatur*) Litteræ nimirum meliorem hominis partem expoliunt, monſtrant fœditatem vitiorum, & virtutis præſtantiam, ex omnium temporum memoria repetunt eventus varios, docent artes & conſilia, gloriam recte factorum ponunt ante oculos, generoſos infundunt ſpiritus, quicquid ad poſtremum ſervile eſt, animo ejiciunt. Iſocrates ad Demon. *Ut moderatis laboribus corpora, ita honeſta doctrina mentes augeri ſolent.* Porro nihil horum non adverſum eſt tyranno, præſertim vero magnus animus, cum ſit tyrannorum proprium, ut docet Ariſtoteles, *ſervitute ingenuos animos enervare, & ad humiliora ſentienda conſvefacere.* Ergo fieri non poteſt, quin litteras & litteratos habeant odio. Nempe *ſicut fur aut prædo nocturnus, dum alienas ædes pervadit, primum omnium in eos irruit, qui candelam ferunt auxilio: ita tyrannus nullis eſt infeſtior, quam qui dormientes cives ex veterno excitant, aut expergiſcentibus lumen præferunt,* ait Chryſoſtomus Homil. de Prof. Evan. Igitur *expellunt ſapientiæ Profeſſores, omnemq; bonam artem in exilium agunt, ne quid uſquam honeſtum occurat*, Tacit. Agric. c. 2. *Expedit enim malis,* ait Seneca de vita beata c. 19. *nemnem videri bonum: quaſi aliena virtus exprobratio ſit delictorum eorum.* At quanto aliter boni Principes, qui virtutem amant ipſi, omneſque alios amare volunt, ut qui ſciant, peſſimum quemque aſperrime rectorem pati, eoque ſe munitiores eſſe, quo civibus imperent melioribus. Sic Trajanus fecit, de quo proinde Panegyriſta c. 47. *Quem honorem dicendi magiſtris, quam dignationem ſapientiæ doctoribus habes? ut ſub te ſpiritum ac ſanguinem & patriam receperunt ſtudia, quæ priorum temporum immanitas exilii puniebat? cum ſibi vitiorum omnium conſcius Princeps, inimicas vitiis artes, non otio magis, quam reverentia relegaret. At tu eaſdem artes in complexu, oculis, auribus habes. Præſtas enim, quæcunq; præcipiunt, tantumq; eas diligis, quantum ab illis probaris.* Sed de hac re pluribus in Notis ad Agricolam Taciti.

(i) *Collegia omnia & ſodalitia*) In Svetico eſt ſamdrykkio/ quod proprie notat conventus bibendi, vel hilarius vivendi gratia. Græci nuncuparunt *ſyſſitia*, & uſurparunt paſſim. Neque hodie ignorantur per Helvetiam, Germaniam, Belgium, & alias regiones. Talia dicit Noſter cum Ægidio & Ariſtotele, tyrannum prohibere. Neq; iſta modo, ſed in univerſum omnes conſociationes, & colloquia. Vide egregium exemplum apud Ælianum noſtrum lib. XIV. c. 22.

(k) *Per quos amicitiæ ac conjunctiones*) Nam quoniam occaſione congreſſuum ejuſmodi homines ſe mutuo incipiunt noviſſe, ſimul alter alterum, pro cujuslibet ingenio, incipiunt amare, ac habere ſibi mutuo fidem. Quod adverſum eſt tyranni artibus, qui *volunt omnes quam maxime inter ſe ignotos eſſe, quia notitia fidem efficit*, ut ait Ariſtoteles.

Metuit

Ty at han rådes at almoge gripe ſik nokora tröſt ok wärio mote hans illom athåwom.

XXII. Fämta år / at hawer marga ſpeiara å hwar han wet manna ſamqwåmd wara / at han fange wita hwad mån um han tala. Ty at han wänter ile at ſik / ſom ſik wet illa hawa giort.

XXIII. Siätta år thet / at han ey atenaſt hindra ok dröwer manna ſamhåld forn ok gamul / utan han ok hindrar hwar han ma / at hwargen bindes winſkapr manna mellom. Ty at å mån han gitr giort ſkilnad manna mellom / ta huxa han ſik ſikran wara.

quia (l) metuit, ne multitudo arripiat præſidia & adjumenta contra prava ipſius facinora.

XXII. Quinto, (m) utitur ſpeculatoribus multis, ubi novit conventus haberi, (n) ut exploret quicquid de ipſo dicatur. Nam *expectat ſibi mala, qui ſe commiſiſſe mala novit.*

XXIII. Sexto, non modo impedit, maliſque afficit conſociationes & collegia vetera, ſed & (o) ne contrahantur uſquã amicitiæ, quãtum poteſt curat. Si namq; homines inter ſe diſſociare queat, ſecuritati ſuæ credit proviſum.

Septi-

Siunda

(l) *Metuit, ne multitudo arripiat*) Ita Tarquinius ſacra fieri conſociatis hominibus prohibuit, metu *ne multis in unum locum convenientibus de convellenda tyrannide inirentur conſilia.* Dionyſius Halic. lib. IV.

(m) *Utitur ſpeculatoribus*) Delatores alias appellant, *genus hominum*, ut ait Tacitus IV. Annal. 30. *publico exitio repertum.* Hos amat tyrannus, interque maxima dominationis ſuæ præſidia numerat.

(n) *Ut exploret*) Bene. Scit enim ipſa dictitante conſcientia, eſſe de ſe alios palam, alios in ſecreto ſermones. In hoc ſecretum ergo per delatores irrumpit. Qui ut eo facilius decipiant, ipſi primi de tyrannis male loqvuntur, ut ſecuros alios faciant. Arrianus lib. IV. cap. ult. *Aſſidet tibi miles habitu plebejo, atq; ubi cœpit maledicere Cæſari, tu veluti pignore fidei ejus accepto, quod ipſe convitium auſpicatus eſt, dicis & ipſe quæ ſentis, deinde vinctus in carcerem abduceris.* Adde Tacitum IV. Anal. c. 68. Explorat autem iſte per delatores, non modo, ut male affectos ergà ſe ſciat, puniatque, ac e medio tollat, ſed & ut alium alii faciat ſuſpectum, fidem & amicitiam tollat inter cives. Quis enim credat alteri, ubi ſemper & ubique delator metuitur. Bene Tacitus prædicto loco: *Non alias magis anxia & pavens civitas, egens adverſum proximos, congreſſus, colloquia, notæ ignotæq; aures vitari: etiam muta atq; inanima, tectum & parietes circumſpectabantur.* Ipſum quin imo & ſermonis commercium ſic tollit, ſicut docet Tacitus in Agric. 2. *Vidimus nos, quid ultimum in ſervitute eſſet, adempto per inquiſitiones & loquendi audiendiq; commercio.*

(o) *Ne contrahantur amicitiæ*) Senſus eſt obſcurior: nam ſi Ariſtotelem ſequitur, hoc dicit, dare operam tyrannum, ut ne quis fidat alteri, ſed omnes a ſe mutuo per diſcordias diſſentiant. Verba ejus: *Tyrannus ſolet inter ſe committere amicos cum amicis, plebem cum patriciis, & divites inter ſe.* Nec aliter Ægidius, quem ſecutus hic, ut in ſuperioribus, Noſter videtur. *Sexta cautela tyrannica eſt*, inquit, *non ſolum non permittere fieri ſodalitates, & amicitias, ſed etiam amicitias jam factas & ſodalitates turbare & pervertere. Volunt*

XXIV. Siunda ár thet / at han gör ſina undidana arma ek fatöka / med oláttom alagom ok margfaldom tunga / at the hawin ángin ámpne ſik uphåfwa mote hans grymmom athåfwom.

XXV. Attunda ár thet / at han rökta miſſámio ok bardaga landa mállom / at han mage fa ſinom undidanom ympno göra med androm landom / at han mage ther med fa ſikr ſwara / ok aktar ánkte utan almogans tunga.

XXIV. Septimo, cives ſuos (p) facit pauperes egenoſque, (q) per tributa gravia, (r) variaque onera, (ſ) ne facultates habeant inſurgendi adverſus facta ipſius crudelia.

XXV. Octavo, (t) inter populos alios ſerit diſcordias pugnaſq; ut cives ſuos implicet negotiis aliorum, quo ipſe ſit ſecurus, neque quidquam curat plus, quam ut multitudinem gravet oneribus.

Nium- Nono

lunt enim tyranni turbare amicos cum amicis, populum cum inſignibus, inſignes cum ſeipſis. Itaque curare, ne contrahantur amicitiæ, Noſtro idem eſt, ac ferere diſcordias inter cives, eoq; efficere, ne amici unquam fiant. Cæterum de hac tyrannorum arte conſule, quæ habet Machiavellus in Principe cap. 20. & ad eum vir incomparabilis Conringius; Itemq; Forſtnerus ad lib. 11. Annal. Tac. cap. 47. Pertinet ad hanc artem, lites augere atque alere, cauſidiciſque ſe præbere faventem, nec finire controverſias, niſi odiis partium alte impreſſis.

(p) *Facit pauperes*) Ita Maximus, de quo Pacatus noſter c. 26. *Stabat ipſe purpuratus ad lances, & momenta ponderum, nutusq; trutinarum pallens atq; inhians exigebat. Comportabantur interim ſpolia provinciarum, exuviæ exulum, bona peremptorum.* Neque aliud voluit Nero, cumdiceret ſubinde, *hoc agamus, ne quis quidquam habeat.* Sveton. c. 32.

(q) *Per tributa*) Prima ratio exhauriendæ multitudinis, de qua Lipſius lib. IV. c. 11. 74.

(r) *Variaq; onera*) Secunda ratio, de qua Ariſtoteles, qui oſtendit pertinere huc injunctos varios labores, quales Pyramidum conſtructio, etiam Moyſi memorata notataq; iſta cauſſa Exod. c. 1. Tarquinius, ut ſpecioſius hanc artem tegeret, capitolium, & alia templa diis ædificare inſtituit, de quo Livius lib. 1. c. 55.

(ſ) *Ne facultates habeant*) partim ob pecunias tributis & ſimilibus abſumptas, partim ob occupationes continuas, quæ non ſinunt cogitare de ſua reipublicæve conditione. Vide, quæ prolixe diſſeruimus in diſſertat 7. Exercitationum noſtrarnm in Livii librum primum.

(t) *Inter populos alios ſerit diſcordias*) Ne illorum ſubſidia circumſpectare queant cives, vel ipſi ullo modo his prodeſſe, occupati propriis negociis. Imo ut civibus ſuis præbeat aliquid quod agant, & bellis hujuſmodi implicet. Nam & hæc eſt tyrannorum regula, ſcilicet, ut non modo per bella continua habeat cives occupatos, & a cura reipublicæ animos eorum avertat, ſed & ut ſe faciat neceſſarium, cum bella caput atq; imperatorem deſiderant, denique titulos ſubinde ſpecioſos habeat onera & tributa imponendi. Plato lib. VIII. de Rep. *Tyrannus bellorum occaſionem ſubinde ſerit, ut ductorum opera & induſtria populus indigeat. Idcirco etiam, ut collatis ad bellum gerendum pecuniis indies magis & magis exhauriatur.* Atque hoc eſt, quod mox Noſter ait, cives ſuos aliorum negociis implicare.

Pere-

XXVI. Niunda är thet/at han drager in i sit rike utlänzka män/ sinom inföddom mañom ok lanzskapi til förderwilse. Ok later sik aldrei sikran wara sins lifz med sinom mañom/vtan vtlänske män the han hawer indragit/ wakta ok gõma hans lifz ok likama.

XXVI. Nono, (u) peregrinos inducit in regnum in perniciem incolarum civiumque. Neque vitæ suæ securitatem credit suis propriis, sed (x) peregrinis corporis sui custodiam committit.

XXVI. Tiunda är thet/ at han rökta skälnad infödda maña mällom/ok ta han hawer thet giort äpte wilia sinõ/ta läggr han sik i med nokrom thera vpa annars förderwilse/ ok swa kombr han thõm til/ at hwar thera inbyrdis annan förderwa/ ok tykke hanom at han hawer fangit fulla glädi ok wilia sin/ ta han hawer missämio kumit inbyrdes thera mällõ sõ infödde äru.

XXVII. Decimo, inter incolas dissensiones serit, qua re ex voto confecta, (y) tum se alterutri parti adjungit adversus alteram, ad hujus exitium, ita efficit, ut perdant sese mutuo, creditque copiosam sibi gaudendi datam esse materiam, cumulateque satisfactum, postquam inter incolas dissensiones concitavit.

XXVII. Än godr ok rätwis Kunungur hawer al annor athäwe/ swasom för är sagt.

XXVIII. At vero Regis boni justique contrarii sunt mores, sicut in superioribus est dictum.

(u) *Peregrinos inducit*) Est & hoc tyrannicum, si, ut ait Noster, fiat in perniciem incolarum civiumque. Fit hoc autem, cum civium loco substituuntur peregrini, ubi æque bene cives negocia possunt conficere. Liquet enim hinc vel diffidere suis civibus Principem, vel despectui eos habere, vel postremo velle oppressos, quando non is amor in publicum peregrinis, qui civibus, & peregrini suis fere commodis invigilant. Atque ita quondam judicarunt Belgæ, teste Paulo Piasecio, ubi de Philippo Rege Hispaniarum: *Belgicas provincias nonnisi per legatos, eosq; Hispanos administrabat, & isti moribus a gente illa dissentientes, contumeliosius illam tractabant, indigenas a magistratibus arcebant, nimium gravabant plebem tributis insolitis & militum hospitiis.*

(x) *Peregrinis corporis sui custodiam committit*) Vide Aristot. III. Polit. c. 10. Fit hoc autem primum, quia suos mavult esse ignavos, quam bellorum peritos. Deinde, quia eos habet suspectos, ut inimicos. Xenophon in Hierone: *Non fortes, neq; pugnaces sibi parare gaudent tyranni, sed potius peregrinos civibus potentiores reddere, ideo horum adhibent satellitium.* Et igitur ejusmodi satellitium cives ægre ferunt. vide Curt. lib. x. c. 4. & adde, quæ dicuntur a Dario lib. v. c. 11. Quanquam hic videndum, quid mos ferat publice receptus. Nam & boni principes peregrinorum utuntur alicubi custodia, non quod suis non fidant, sed quod illos candidiores minusque malitiosos arbitrentur. Imo soli pompæ aliquando inserviunt.

(y) *Tum se alterutri parti*) Hoc est præcipuum, quod hic notatur. Nam de discordiis

Andre Flokken.

Om rikeſens ſtipilſe.

I.

OK tij ſkal witur kununger huxa ok taka til åptedöme huru Gud ſkipa ok ſtyre theſſa wäruld. Han hawer henna ſkapat ok ſkipat wiſlika ok tarflika åpte ſin ägin wilia.

II. Thernäſt hawer han ſatt ok ſkipat ſina ſyſlomän iwi alla wärildenna/ ſomma högre ok ſomma lägre ſyſlo ok räkning/ at the ſkulu hans budſkap ok wilia forda ok främia med almoganom/ ok plaga thöm ther hans winſkap ok ſtadga/ älla almogans frid ok frälſe hindra ok bryta/ med olydno ok ilgärningom ſinom.

III. Thernäſt hawer han ſatt ok ſkipat lag ok ſtadga / ther alle män arme ok rike ſkulu halda: thet äru hans Tijo Budord.

Secundum Membrum

De Gubernatione Regni.

I.

REgi bono (a) Deus, ejuſque gubernatio qua hunc regit mundum, exemplo eſſe debet. Nam eum condidit diſpoſuitque prudenter & ſalubriter ex propria ſua voluntate.

II. Deinde per ejus univerſum omne collocavit (b) miniſtros ſuos, ſuperiores alios, alios inferiores, ut imperia voluntatemq; ejus expediant & promoveant inter gentes populoſque, puniantque qui decreta præceptaque ejus, pacem populorum communem ac tranquillitatem impediunt turbantve per inobedientiam ſceleraque ſua.

III. Poſt ſancivit leges & præcepta, quæ cuncti pauperes diviteſque obſervare tenentur, decem ſcilicet præcepta ſua.

Han Condi-

diis inter cives ferendis ſupra dictum. Alterutri ait, parti ſe adjungit, donec altera ſuperata, etiam hanc ſubjuget. Quomodo Julius oppreſſis optimatibus, poſtea & plebem, cujus tueri libertatem videri volebat, oppreſſit. Ars vetuſta tyrannorum, ſeu tyrannidem quærentium. At vero bonus princeps præterquam quod diſcordias alat nullas, uni parti civitatis æque ſe addicit ac alteri, neutram præferens, ſed omnes pari complectens amore. Idque exigebat Plato, de quo Cicero lib. 1. Off. *Qui Reipublicæ præſunt, hoc præceptum Platonis teneant, ut totum corpus Reipubl. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant.* Seneca lib 1. de Clem. *Princeps cui curæ ſunt univerſa, quanquam alia magis, alia minus tuetur, nullam non reipublicæ partem tanquam ſui nutrit.*

(a) *Deus, ejuſq; gubernatio qua hunc regit mundum exemplo eſſe debet*) Sic exveteribus cenſuere multi. Vide Diotogenem, & Sthenidam, & Ecphantam Pythagoræos apud Stobæum ſer. 46. Seneca de Clement. 1. c. 2. *Quoniam Deorum feci mentionem, optime hoc exemplum Principi conſtituam, ad quod formetur.* Nec carebit fructu. Plutarchus in ad Principem inductum: *Principes qui virtutem Dei æmulamur, & honeſtate humanitateq. ipſum referre conantur, hos ſtudio eorum delectatus auget, ſuaq; eos æquitate, juſtitia, veritate, manſvetudine imperii, quibus nihil eſt divinius.*

(b) *Miniſtros ſuos*) Puto Angelos intelligere. Nam & Auctori ad Hebræos c. 1. ſunt *adminiſtratorii Spiritus, in miniſterium miſſi.*

In

IV. Han hawer ok ſkipat et rädelikt myrckit hws ther the mån ſkulu warda plagade innan / the hanom åru olydne/ok ey wilia halda hans budord ok fridſämio med ſinom jamnkriſnom. Thet myrka hus år hälwitis pina.

V. Han hawer ok ſkapat et glädis hws/ thet år Himerike/ ther han år daglika innan med ſit härſkap. Ok tiit kalla han ſina wini ok alla ſina hulla tieniſtomän til hög lön/ glädi ok åro förutan ända.

VI. Nu ſom ſkriwat år i ſnille bok/at kununga år Gudz ſyſloman i theſſe wäruld. Allt wald år aff Gudi ſälwö. Ok ty åru kununga Gudz ſyſlomän/at the ſtyra ok råda hans folk. Swa år ok ſkriwat i kununga bok: hwar ſom olyden år höfdinga/han hawer ſin död förſkuldät. Ok ty ſigr Sancte Pädr ſwa: Warin lydne allom förmannom af Gudz wägna: förſt kununge/ſwaſom thöm thr ſattr år i höxta wald: ok ſwa hertogom ok höfdingom

IV. Condidit & domum terroris tenebrarumque, in qua ſuppliciis afficientur, qui obſequium detrectant, neque obſervare volunt præcepta ipſius, ac tranquillitatem colere inter Chriſtianos cæteros. Domus ea eſt infernus.

V. Condidit & domum gaudii, hoc eſt cœlum, ubi ipſe quotidie cum exercitibus ſuis habitat. Illuc evocat amicos ſuos cunctos, & miniſtros fideles, ut det ipſis præmium, gloriam & honores ſine intermiſſione.

VI. Jam ſcriptum eſt (c) in libro ſapientiæ: Regem eſſe Dei miniſtrum in his terris. (d) Omnis quippe poteſtas eſt a Deo. Itaque miniſtri Dei Reges ſunt, ut gubernent regantque populum ejus. (e) Et in libris Regum: quisquis inobediens eſt magiſtratui mortem meruit. Quare (f) SanctusPetrus ita ait: Obediatis omni magiſtratui propter Deum: primum Regi, velut ei, cui poteſtas ſumma data eſt: deinde præfectis ejus

(c) *In libro ſapientiæ*) Cap. 6. Vide ſupra.

(d) *Omnis quippe poteſtas eſt a Deo*) Sic Apoſtolus ad Romanos 13. ut de Salomone taceam. Intellexerunt & Pagani. Diotogenes apud Stobæum. *Populi imperium Deus regi commiſit.* Callimachus, itemque Homerus: *Ex Jove ſunt reges.* Ipſe Nero, quamvis impiiſſimus, in Octavia, neſcio cujus: *Munus Deorum eſt, ipſa quod ſervit mihi Roma.* Hinc Seneca in Thieſte ad reges:

Vos, quibus rector maris atq; terræ
Jus dedit magnum necis atq; vitæ.

(e) *Et in libris Regum*) Notat hic Buræus librum 1. qui & Samuelis 1. cap. 26. 16. Sed iſte quidem locus huc non quadrat, nihil enim ibi de obedientia. Magis puto ſpectaſſe, quod legitur ejuſdem libri cap. 11. quanquam ibi ſermo ſit non de hominum, ſed boum morte.

(f) *Sanctus Petrus*) 1. Epiſt. c. 2. 13.

Certas

dingom swasom thöm thr sände äru af Gudz wägna/ ilgärningismannom til hämd / ok rätwisom mannom til lof ok äro.

jus velut qui a Deo missi sint, in pœnam malorum, bonorum vero decus atque gloriam.

VII. Ty skal witur kunungur äptedöme taka huru Gud skipa ok städga sin land ok rike wislika ok tarflika/ allom almoga til tarf/ bade thöm som byggia ok boa/ ok swa thöm som fara inbyrdes äpte tarwom ok ärandom sinom / ok swa thöm thet land wilia sökia/ älla tätan torwo fara at tarwom sinom. Boande mannom skal han skipa ok halda frid ok frälse / bade thöm sielwom ok thera godz rörlikt ok orörlikt. Ty at Boande män äru landz uppehälde.

VII. Quare Regi prudenti capiendum est exemplum a Deo, prudentique ejus & salutari moderatione per regiones omnes, quo promoveat commoda multitudinis, cum illius, quæ (g) certas fixasque habet sedes, tum illius, (h) quæ negociorum suorum caussa huc illucque facit iter, tum illius, (i) quæ vel ingreditur, vel egreditur ipsius regiones negociorum gratia. Qui in sedibus suis morantur, eos conservare debet in pace ac securitate, partim ipsos, partim bona ipsorum mobilia & immobilia. *Nam per eos, qui fixa habent domicilia,* (k) *regio conservatur.*

VIII. Thernäst skal han skuda ok städia almanna wäga i rike sino / the ändelika skulu faras winter ok somar / landa mällom ok köpsta-

VIII. Deinde (l) vias publicas per regnum universũ debet instituere, quibus omnino iter fiat sive æstivo, sive hyberno tempore inter provin-

(g) *Certas fixasq; habet sedes*) Quales sunt agricolæ, opifices & id genus, in iisdem fere locis commorantes.

(h) *Quæ negociorum suorum caussa huc illucq;*) Quales sunt ex quibuscunque caussis denique iter facientes.

(i) *Quæ vel ingreditur, vel egreditur*) Quales sunt peregrini atque mercatores.

(k) *Regio conservatur*) Quoniam quamcunque subeunt fortunam, caritate rerum suarum, quas in agris domiciliisque habent fixas, cum cæteri adversitates non expectent, sed effugere conentur. Imo quoniam per has tota reliquorum multitudo alitur & sustentatur. Xenophon in Oeconomico: *Pulchre ille quidem, qui agriculturam aliarum artium parentem atq; nutricem appellavit, qua bene habente cætera valent, neglecta vero, terra mariq; jacent omnia.*

(l) *Vias publicas*) Est hæc inter curas vere principales regiasque, propter commoda, quæ hinc fluunt non modo privatim ad singulos, sed & publice ad regnum ipsum, quando quo commodiores viæ sunt, hoc facilius libentiusque ea homines, præsertim peregrini frequentant. Unde commerciorum incrementa, omnisque rerum necessariarum

köpſtada / almoga til tarf. Af thöm wägom ſkal han ſkipa ok ſtädia köptorp / ther ſom ey äru köpſtadi / wägfarande mannom til härberg / ja / hwat the wid torwa / nat älla dag / at the ther fan köpa för ſina peninga / ſik ok ſinom häſtom föddo / ok hwat annat wägfarande män wid torwa. Ty at ſwa äru ſkipat al land the wiſa ok goda förſeo hawa / ok ther af warda thön land rik ſwa äru ſkipat / ther almanna wäger byggia. Ty at the mago ta ther ſikre ſitia ok ſälia ſit godz äpte wilia ſinom. Ok i hwilko lande ey äru thön ſkipilſe / thär warder folkit fatökt ok landit lär öde / ok ängin wil ther wid almäña wägi boa / ty at ängin hawer frid a kiſtom älla godz ſino. Ok

provincias, urbeſque vicinas in uſus multitudinis. Ad has vias, niſi urbes ſint, (m) manſiones debet inſtituere, ubi peregrinantes habeant diverſoria ſua, & res neceſſarias nocte dieque comparare pecuniis queant, ſibi jumentiſque pabulũ, & quæ alia iter facientibus uſui eſſe poſſunt. Ita namq; conſtitutum eſt (n) in cunctis regionibus, quæ prudenter gubernantur, & per conſtitutiones hujuſcemodi acquirunt ſibi opes, ſi nempe viæ publicæ bene ſint curatæ, quia (o) ſic habitant ſecure, reſque ſuas ad arbitrium ſuum diſtrahunt. Ubi vero nihil tale conſtitutum eſt, ibi pauperes fiunt incolæ, regio deſerta, neque quisquam habitare vult ad vias publicas, quia nemo habet tutas arcas reſve ſuas.

Quare

riarum copia. Vidit Auguſtus, unde Svetonius de eo cap. 30. *Quo autem facilius undiq; urbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit.* Quin imo hoc pertinet ad decus aliquod imperii, ſicut judicarunt, qui Auguſto poſuere ſtatuam hujus curæ cauſſa. Nam inter cætera inſcriptionis ita habent: *Viam ſuperiorum conſulum tempore inchoatam, & multis locis intermiſſam pro dignitate imperii Populi Romani latiorem longioremq; Gadeis uſq; perduxit.* Cæterum qualis illa Auguſti aliorumque ante ipſum cura fuerit, quaque ratione ſtraverint muniverintque vias docet Lipſius in de Admirandis lib. III. cap. 10. quem opere prætium fuerit, hic inſpicere.

(m) *Manſiones*) In Svetico eſt Köptorp / quod ſignificat *villas agreſtes ubi pecunia quis ſibi poſſit comparare, quibus opus habet.* Latini quoq; *ſtabula* vocarunt, quod ibi ſtent ac maneant aliquantiſper, qui faciunt iter. Vide Varronem, & Cyprianum lib. III. ep. 13.

(n) *In cunctis regionibus*) Hinc paſſim legas, *primam, ſecundam, tertiam manſionem* apud Scriptores in plerarumque regionum deſcriptionibus. Svetonius in Tito c. 10. *Ad primam ſtatim manſionem febrim nactus.*

(o) *Sic habitant ſecure*) De ſtabulariis eſt ſermo ac cauponibus. Hos ait per hujuſmodi conſtitutiones habitare ſecure, quoniam illorum ædes publice fiunt, & auctoritate publica Regiaque munitæ. Unde fit, ut & vicini res ſuas ibi tuto valeant divendere. Quanquam & ſic locus poſſit accipi, ut credamus per has manſiones in viis publicis

Ok ty är thet kununge ok lande god frågd ok dijgr åra / ok almogans tarf/ bade thera ſom ſkulu i lande byggia ok boa/ ok ſwa wägfarande manna/ at thr ſe tylik ſtipilſe a almanna wägom / ſom nu äru ſagd.

IX. Wis kununger ſkal ok hura hwar goda hampner äru i rijke hans/ ther bade mago wäl tilkoma utrikes mån ok inrikes / med godz ok köpſkap thera. Ok ſkal han giwa ok halda godan rät / ok frid ok frälſe/ bade thöm ther byggia ok boa / ſwa thöm ther til koma / hwat the koma at land ällr watne. Ty at landa widr ſkipte um godz thera / thet är almoganom bade tarf ok glädi. Ty at änkte land är thet ey torf annars wid om nokra handa ting. Ok ty hwar ſom äru wid haſſido goda hampne / the

Quare glorioſum & honeſtum Regi, regionique, multitudini vero ſalutare, cum illi, quæ in regione fixa habet domicilia, tum cæteris iter facientibus, ſi conſtituant ita cum viis publicis, ut nunc dictum eſt.

IX. Regem bonum (p) portus quoque commodos obſervare oportet per regnum ſuum, quos cum exteri, tum incolæ facile queant adire bonis atq; mercibus ſuis. In his (q) juſtitiam, & pacem, & ſecuritatem diligenter præſtare debet cum incolis, tum peregre adventantibus, ſive mari, ſive terra veniant. Ut enim regiones bona ſua inter ſe permutent, id multitudini cum neceſſarium, tum jucundum. (r) Nulla enim terra eſt, quæ non bonis alterius indigeat. Quare ubi littus maris portus

publicis diſpoſitas reddi ſecuros, qui faciunt iter, cum prædones & id genus inſidere vias nequeant, quas ſic ſentiunt occupatas a viris bonis, quibus diu incogniti manere haud poſſunt.

(p) *Portus quoq; commodos*) Laudatur hac cura Claudius apud Dionem lib. LX. *Fame ingenti, ait, exorta, non modo ad præſens tempus copiæ alimentorum, verum in perpetuum etiam proſpexit. Nam frumentum, quo Roma utitur, omne propemodum aliunde advehitur. At quum loca circa oſtia Tiberis neq; tuta navibus appellendis eſſent, neq; portus opportunos haberent, efficiebatur, ut maris imperium parum Romanis prodeſſet, quum præter ea, quæ æſtate ſubveherentur, ac in granariis conderentur, hieme nihil ſupportaretur, ac ſi quis id tentaret, magno periculo ei hoc ſtaret. Id intelligens Claudius, inſtituit ibi portum fabricari.*

(q) *Juſtitiam, & pacem, & ſecuritatem*) Seorſum hoc monet Noſter in portubus, quoniam in iis confluunt omnis generis homines, omnis nationis, unde facile oriuntur turbæ, contentiones, injuriæ; niſi ſpeciali cura impediantur. Hinc Caſſiodorus ad eum, cui cura portus Romani fuit commiſſa lib. VII. Var. Ep. 9. *Eximia res tibi committitur, ſi moderate peragatur. Tu copiam facies, dum ingredientes juſte tractaveris. Avara manus portum claudit, & cum digitos attrahit, navium ſimul vela concludit. Merito enim illa mercatores cuncti refugiunt, quæ ſibi diſpendio eſſe cognoſcunt.*

(r) *Nulla enim terra eſt*) Libanius: *Deus non omnia omnibus terræ partibus conceſſit, ſed per regiones dona ſua diſtribuit, quo homines alii aliorum indigentes ope, ſocietatem colerent.* Archytas apud Stobæum ſer. 41. *Non omne ſolum fert omnia.*

Poſſe

the goda åru ſökia / ok ther mån wita ſik hawa frid ok frälſe ok widrſkipta godz thera / tit kombr aldrahanda gods aff androm landom. Ok år thet digr hedr ok hugnadr / ſwa kununge ſom almoga / hawa döraköp hema i lande ſino / utan mykla walk ok wagan lifs ok gods manna.

portus præbet commodos, qui haud difficulter poſſunt inveniri, & ubi notum eſt ſervari pacem & ſecuritatem, & merces permutari poſſe, eo undique merces variæ ex regionibus aliis deferuntur. Regique pariter ac multitudini decorum magis jucundumque eſt, (f) poſſe domi ſuæ & ad ipſam portam emere res ſibi neceſſarias citra longos errores & pericula cum hominum, tum bonorum.

X. Kunungur ſkal ok ſkipa i allom landom ok köpſtadom ſins rikes / röna ok rättwiſa ſyſlomån i wi godz ok ingiåld hans / the hanom ſen wiſſe ok trone / göma godz hans ok kununklikan rät / ok alt thet hans land ſkulda.

X. Regem quoque per regiones civitateſque cunctas (t) miniſtros ſuos oportet conſtituere, viros (u) peritos juſtoſque, qui obſervent bona reditusque ipſius, ei ſint addicti fidique, bona ejus (x) juraque tueantur, & quæcunque Regi ex regionibus cunctis debentur.

Tridia

Terti-

(f) *Poſſe domi ſuæ*) Hæc Noſtri, eadem & Guſtavi primi Regis quondam fuit ſententia. Alii cenſent aliter, putantque res neceſſarias non expectandas domi, ſed ultro petendas alibi, ne lucra exteris cedant, nec ab arbitrio alieno ſalus aut fortuna publica pendeat, quin imo ad utilitatem majorem decuſque, quam illud alterum pertinere. Vide, quæ commemorantur Schokio in Belgii Fœderati lib. VI. c. 14. Et profecto conſtat facile, judicia hæc pendere a conditione temporum, quæ cum ſint diverſa, ipſa quoque uniuſmodi eſſe nequeunt.

(t) *Miniſtros ſuos*) Prætores, collectores, Svecis Fougder vide Norſte Hird-ſtraa c. 3. Et ibi notas Dolmeri p. m. 31, editionis nuperæ Hafnienſis.

(u) *Peritos juſtoſq́*) Addit debitas eorum virtutes. *Peritiam* autem requirit, ut quid exigendum ſit, quo modo rationeque intelligant. *Juſtitiam* vero, ut ne cuiquam ſint oneri, ac inique gravando multitudinem commoveant, regemque faciant inviſum. Cauſſa credo, quia ſæpe contra eas peccant, ut jam Lipſio notatum lib. IV. Polit. c. 11.

(x) *Juraq́*) Ea intelligere videtur, quæ ad Regem pertinent ex pœnis ac ſimilibus. *Salutares*

Tridia Flokken.

Om Lag.

I.

Kununga ſkal ok giwa landom ſinom ok almoga god Lag ok rätwis/ huru the mago byggia ok boa fridſamlika hwar med androm. Ok ſigr Ariſtoteles / at god lag ſkulu hawa theſſin try: thön ſkal wara rätwis/ tarflik/ ok mögelik.

II. Swa ſkuluLag rätwis wara / at the ſe ey mote ſkälum älla naturlikom ſkipilſom. Ty at alt thet naturlik ſkiäl ſigia wara görande älla latande/ thet ma ey wara utan got älla rätwiſt.

III. Lag ſkulu ok almoga tarflik wara. Ok hwar ſom giwer älla ſtädr Lag/ ok äru thön ey almoganom til frid älla tarwa/ thet äru olag

Tertium Membrum

De Lege.

I.

REgem etiam oportet ſuis terris civibuſque (a) ſalutares condere leges atque jura, per quæ conſociati vivant in pace ac tranquillitate. Cæterum in lege bona tria iſtæc requirit (b) Ariſtoteles: ut ſit juſta, utilis, & poſſibilis.

II. (c) Juſta debet eſſe, (d) ne adverſetur rationi vel naturæ. Quicquid enim ratio naturalis faciendum omittendumve dictitat, non poteſt non eſſe bonum juſtumq;.

III. Lex quoque (e) utilis debet eſſe civibus. Quisquis enim cõdit ſancitve leges, quæ multitudinis tranquillitatẽ & utilitatẽ non reſpi-

(a) *Salutares condere leges*) Proprium enim Regum hoc eſt munus in Regno. Svetonius de Auguſto c. 36. *Leges retractavit, & quaſdam ex integro ſanxit.* Adde Ariſtot. 1. v. Polit. c. 14. & 111. Polit. c. 11.

(b) *Ariſtoteles*) Non aperte quidem, & his ipſis verbis uno aliquo in loco, paſſim tamen, & ex conſequenti. Quare puto Noſtrum magis Ægidium reſpexiſſe, quam ipſum Ariſtotelem. Is enim ſic tradit libri tertii ſecundæ partis c. 26.

(c) *Juſta debet eſſe*) Nempe ſicut ait Cicero de legibus 11. *Lex eſt juſtorum injuſtorumq; diſtinctio.* Plutarchus ad Princ. indoct. *Juſtitia legis eſt finis.*

(d) *Ne adverſetur rationi vel naturæ*) Quæ origo eſt & fons legum omnium, imo prima ſummaque lex, de qua Cicero ſic habet Philipp. XII. *Lex nihil aliud, niſi recta, & a Numine Deorum tradita ratio, imperans honeſta, prohibens contraria.* Hæc eſt lex, quam *Naturæ* vulgo nuncupant, cui quæ lex adverſa eſt, ea non eſt lex, ſed hominis flagitioſiſſimi iniquiſſimum inventum potius, & crudeliſſimum imperium.

(e) *Utilis debet eſſe civibus*) Vult ſic eſſe ſcriptam, ut ſalutem & utilitatem omnium contineat, parentium & imperantium, imo plus parentium, quam imperantium, quoniam imperium parentium eſt bono, a natura factum in bona civitate. Archytas Pytagoricus apud Stobæum: *Ad civilem conſociationem conducet, ſi Lex non regem reſpiciat, nec ad privatam modo quorundam, ſed communem utilitatem omnium fuerit inſtituta, & ex æquo pertinuerit ad omnes.*

Condit

olag ok walzgårninga / til at riwa ok röwa ſpakmändet ok almoga.

IV. Ty at ſwaſom ſkil at rätwiſan kunung/ ther ſit land rätlika ſtyrer med dygd ok åro / ok girugan waldsman/ then ånkte akta vtan riwa ok röwa undidana ſina: ſwa ſkil ok at/ rätwis lag ok orättan ok ogudlikan ſtadga/ thön almoga görs til möd ok tunga.

V. Ty ſigr Iſaias Propheta: We är thöm orät dichta ok ſtädia/ ok akta ther med tunga i wrongom domom ånkio ok fadrlös barn/ ok arma almoga. Thet är ok gamalt ordqwäde: Ille mån Lagom ſpilla. Then ſpille lagom/ thön thr wiker ok wände med wald ok klokſkap/ äpte wild ok wilia ſinom a mote rät ok ſannind.

reſpiciunt, (f) condit injuriam & vim, per quam (g) hominibus quietis multitudinique ſua eripiantur.

IV. Ut enim Regem juſtum recta gubernatio imperii per virtutem honeſtatemque diſtinguit ab avaro & violento, qui nil curat magis, quam ut cives ſuos deprædetur: ita legem bonam ab iniqua impiaque diſtinguit, (h) quæ civibus eſt oneri & calamitati.

V. Quare (i) Jeſaias Propheta: Væ illis, qui meditantur & præcipiunt injuſta, quo viduas orphanoſque premant per onera & ſententias iniquas, cum paupercula multitudine. Vetus quoque verbum eſt: *pravi homines corrumpunt leges.* Is corrumpit leges, qui (k) leges flectit vertitque per vim (l) aut calliditatem ad arbitrium voluntatemq; ſuam, contra æquitatem aut veritatem.

Lag Deni-

(f) *Condit injuriam & vim*) Tyrannos reſpicit, quorum leges faciunt ad unicam utilitatem ipſorum.

(g) *Hominibus quietis*) Vide quæ notavi infra.

(h) *Quæ civibus eſt oneri*) Hoc non ſic crude debet accipi. Nam alias veriſſimum, quod ait Cato apud Livium lib. XXXIV. c. 3. *Nulla lex ſatis commoda eſt omnibus.* Ergo de iniquo, & non neceſſario onere hic eſt ſermo, ac de tali onere, cujus moleſtia nullo emolumento redimitur. Denique ad bonam legem ſufficit, ut idem ait Cato, *ſi majori parti & in ſummam prodeſt, ſi quod cuiquam privatim officiet jus, id deſtruat ac demoliatur.*

(i) *Jeſaias Propheta*) Capite X. 1.

(k) *Leges flectit vertitq; per vim*) Cum contra leges quid decernit vel quoquo modo agit. Ut cum tyrannus indicta cauſſa occidit innocentes.

(l) *Aut calliditatem*) Cum legis callida interpretatione ſimulat ſe legem ſervare, quam deſtruit. Quale quid de Tiberio refert Svetonius c. 61. qui puellas immaturas vitiari juſſit a carnifice, ne contra leges conſvetudineſque laqueo punire videretur: *Immatu-*

VI. Lag ſkulu ok wara mögelik/ at mán mago thöm halda/ok qwämelik äpte godom ok gamblom ſidwänlom. Ty at hwar ſom Lag wil ſtädia/ han ſkal görlika hyra tarf ok landſid thera manna/ thön lag ſkulu halda. Ok ſigr Ariſtoteles/ at lag torf ängin man ſtädia före goda ok ſpaka manna ſkuld/ utan thön ma ey miſtas för illa ok oſtyroga manna ſkuld. Ty at witre ok dygdelike mán/ the wilia ängom mañe ofrid állr orät göra. Än dara ok oſtyroge mán/thöm ſkal man ſpäkia med lagom ok hardan rät.

VI. Denique lex debet eſſe m) poſſibilis, quo ſervari queat, & (n) accommodata ad bonos receptoſq; pridem mores. Nam qui condere vult legem, obſervare debet commoda & mores eorum, qui vivere ſecundum eam tenentur. (o) Dicit enim Ariſtoteles, (p) leges non ſcribi viris bonis & modeſtis, ſed requiri propter malos atque immorigeros. Viri namq; ſapientes bonique neminem afficere injuria quærunt. At ſtulti atque immorigeri coërcendi ſunt legibus ſtrictoque jure.

VII. Ok ſkulu god lag theſſin try halda. Then ſkulu biuda frid ok ſämio/ ok förbiuda waldsgärninga ok athärre al/ the manna frid

VII. Tria vero iſta leges bonæ debent continere: (q) ut pacem & concordiam præcipiant, (r) prohibeant vim, atque alia omnia, quæ pacem

Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ prius a carnifice, dein ſtrangulatæ. Simile commentum trium virorum, qui proſcriptionis tempore, ut occidere prætextatum poſſent, ſumere togam virilem coëgere, ſicut refert Appianus. Apollonius apud Philoſtratum lib. VII. c. 7. *Ego deteriores illos exiſtimo, qui judicium fingentes, ſecundum leges decernere aliquid ſimulant, cum ſecundum leges nihil faciant. Decernunt enim perinde atq; ii, qui judicii obſervatione non utuntur, nomine legis aburentes in iis, qui per tracundiam agentes, de alicujus morte ſententiam ferunt.*

(m) *Poſſibilis*) Quoniam ad impoſſibilia nemo poteſt obligari. Debet autem lex vera vim obligandi habere.

(n) *Accommodata ad bonos receptoſq; pridem mores*) Bene, accommodata ad mores, non tamen quoſlibet, ſed bonos, aut ſaltem bonirati atque honeſtari minime repugnantes. Nam alias lex bona mores quoque, ſi ſint pravi, deber abolere. Plato, & ex ipſo Ariſtoteles lib. II. Polit. c. 4. *Oportet legum ſcriptorem ad duo ſpectare, & ad regionem, & ad homines.*

(o) *Dicit enim Ariſtoteles*) Hoc ubi dicat, nondum reperire potui.

(p) *Leges non ſcribi viris bonis*) Quia citra legem boni ſunt. Ambroſius I. Ep. 7. *Leges non valent adverſus juſtum. Juſtus enim ipſe ſibi lex eſt.* Demonax apud Lucian. *Viri boni nulla opus habent lege, quia ſponte faciunt ea, quæ ſunt legis.*

(q) *Ut pacem & concordiam*) Plato lib. IV. de legib. *Legum ſanctio huc ſpectat, ut feliciſſimi cives ſint, ac maxime inter ſe amici. Qui ſane amici nunquam erunt, ſi mutuis injuriis vexati, plurimis litigando uti cogantur judiciis.*

(r) *Prohibeant vim*) Hoc ſecundum legum eſt officium. Ideo & Cicero lib. III. de legibus hanc generalem profert, *Vis abeſto.* Nempe, ſicut ibi pergit, *nihil eſt exitioſius, civita-*

frid ok ſamwaru ma hindra. Ok thet ſkulu lag halda luſtikt ár. Thet ſwa ár nakrum tarflikt / at thet ſe ey androm ſkadlikt.

pacem & conſociationem impediunt, (f) cuſtodiant ea, quæ ſunt honeſta, atq; ita aliis utilia, ut nemini ſint damnoſa.

Fierda Flokken.
Om Domare.

I.

Nu áru thön lag död ok faſáng / ther ángin ár thẽ thön forda ok fulkoma / med dom ok liwandes athåwom. Ok ty ſix kunungur wara liwande Lag / ok ma lag göra ſtádia med döme ok walde ſino.

II. Nu gitr ey kunungur hwar ſtad warit i landom / ther mán torwo dom wit. Ty ſkal han ſkipa i hwar landſkap witra ok rättwiſa lag-

Quartum Membrum
De Judicibus.

I.

(a) LEx autem mortua inaniſque eſt, ſi ſit nemo, qui eam promoveat impleatque per judicia factaq;. Unde (b) Rex lex eſſe viva dicitur, qui legem poteſt firmare judicio imperioque ſuo.

II. Cæterum per omnes terras, ubi opus eſt judicio, ipſe præſens eſſe Rex nõ poteſt. Quare ſingulis territoriis tribuat viros ſapientes

civitati, nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minus civile & humanum, quam compoſita & conſtituta republica quidquam agi per vim.

(f) *Cuſtodiant ea*) Hoc tertium eſt officium, cujus rurſum tres ſunt partes, prima, cuſtodire honeſta, ſecunda, cuſtodire utilia, tertia ſic ea cuſtodire, ut tamen nemini ſint damnoſa. Prima pars generatim pertinet ad leges omnes, ut ſuperius oſtenſum eſt, ſecunda ſpeciatim refertur ad quamlibet Rempublicam, tertia eſt poſterioris hujus limitatio, ne priori officiat. De prioribus duabus partibus præcipit & Iſocrates Nicocli, *leges quære in univerſum æquas, & utiles, & inter ſe conſentientes.*

(a) *Lex autem mortua*) Duobus modis oſtendit leges mori, primo, ſi judicia ſint nulla, legeſque fileant. Altero, ſi ſecundum leges nemo vivat. Ut ergo leges animatæ ſint, obſequium eis præſtandum. Quod ſi negligitur, magiſtratus judiceſque oportet eſſe, qui homines immorigeros ad obſequium cogant metu ac ſupplicii. Unde Cicero lib. III. de legib. *Magiſtratibus igitur opus eſt, ſine quorum prudentia ac diligentia eſſe civitas non poteſt.* Adde Ariſtot. lib. VI. Pol. c. 8. & lib. IV. c. 4. Idem libro VII. c. 8. ubi ea quæ civitatibus ſunt neceſſaria ſic ait: *Sexta pars eſt de commodis & juſtis inter cives judicium, quæ res eſt omnium maxime neceſſaria.*

(b) *Rex lex eſſe viva*) Sic Archytas Pytagoricus apud Stobæum ſer. 41. *Lex alia animata, Rex eſt, alia inanimata, ſcriptum.* Diotogenes apud eundem ſer. 46. *Rex aut eſt lex viva, aut legitimus Princeps.* Atque huc reſpexit Ariſtoteles III. Polit. II. Qui & de judicibus in univerſum lib V. Nicom. c. 7. *Nihil videtur aliud eſſe judex, quam jus animatum.*

Cuſto-

lagmän álla lanzdomara/ ok náp-ſa illom ok oſtyrogom mannom/ thöm ſpakra manna frid ok ſämio willia ſpilla / ok ſannind fördár-wa.

pientes juſtoſque, ſive (c) cuſtodes legum, ſive judices provinciales, per quos coërceat malos atque immorigeros, qui hominum quietorum tranquillitatem ac concordiam cupiunt turbare, & unitatem corrumpere.

III. Nu ſkal ok nokor i hwario landſkapi ok af kununge wald ha-wa / at ſkipa ok aftaka domara i härade ok hundare hwario/ äpte almogans tarf ok willia.

III. In provinciis quoq; ſingulis certi quidam a Rege poteſtate ea debent eſſe inſtructi, (d) ut ferre ac conſignare queant ſententias per præfecturas foraque, pro neceſſitate deſiderioque multitudinis.

IV. Nu ſkulu alle domare/ hwat the áru minne álla mere/ ok hwat dom the hálzt hawa/ iwi mán álla manna gods/ rätwiſe wara i domom ſinom / ok wärna at the ſen ey wilduge álla ofbrade i do-mom

IV. Oportet vero cunctos judices, ſive ſint minores, ſive ſint majores, & de quacunque re judicandi poteſtate habeant, de hominibus ipſis, vel ipſorum bonis, eſſe (e) juſtos in ſententiis ſuis, cavereque (f) ne ex propriis commodis

(c) *Cuſtodes legum*) In Svetico eſt Lagmän/ id, ſi vocem ſimpliciter attendas, *viros legum* denotat. Ragualdus in interpretatione ſua Juris Svetici vertit *legiferos*, quem vulgo alii ſequuntur. Sed ſunt alii latinorum legiferi, illi nempe, qui leges ferunt, ſeu ſcribunt, & rectius *legislatores* nuncupantur, quales nunquam fuerunt lagmän quod vel hic locus docuerit, qui eis tribuit poteſtatem non ſcribendi aut ferendi leges, ſed cuſtodiendi, curandi, conſervandi. Itaque *cuſtodes legum* vertere maluimus. Sic enim & Ariſtoteles, lib. III. Polit. c. 12. appellat. *Eadem ratione ſi quoſdam imperare præſtat, hi conſtituendi ſunt nomophylaces, id eſt, cuſtodes legum & miniſtri.*

(d) *Ut ferre ac conſignare queant ſententias*) Hanc exiſtimo hujus loci eſſe ſententiam. Buræus putabat agi hic de poteſtate Judicum Provincialium, conſtituendi vel ſubmovendi judices minores, quos ipſe vocat Häradshöfdingar. Sed vero ſtiva domara/ non eſt *conſtituere judices*, ut opinor, neque unquam ſic locuti veteres, ſed *dividere*, aut *tribuere cuiq; jus ſuum, & ſententias decernere*. Quare illud agitur, ut appareat, non ſufficere Provinciales judices, verum opus eſſe minoribus judicibus quoque per ſingula territoria.

(e) *Juſtos in ſententiis ſuis*) Senarius vetus Græcus apud Stobæum legitur ſer. 9. hac ſententia: *Judicare debes juſti reſpectu, non utilis.* Nempe ſicut alicubi ait Plutarchus, *jus, finis eſt legis.*

(f) *Ne ex propriis commodis*) Hæc eſt altera obſervatio, judicibus tenenda. Commoda vero illa ſunt vel ex rebus propriis, ſi eas per iniqua judicia augeamus, vel ex alienis, ſi nos corrumpi pecuniis & muneribus ſinamus, quod poſterius eſt frequentiſſimum

mom ſinom/ ok thet ſkulu mäſt kunnunga ok höfdinga warna. Ty at ſwa ſigr Propheten Iſaias af wärilſkom härrom ok domarom / ok ſigr ſwa til wärildenna: Tine höfdinga äru otrone ok tiufa kompana. The ſa ſom taka. Alle fylgia giärna/ty te wänta ſik lön före ſa. The äru tiufa / androm af hända lönlika ſit godz utan ägandа wit ok wilia. Ok the äru tiufa kompana ther til hielpa lönlika för peninga älla nokora wild mot rät ok ſannind/ at nokor miſte orätlika godz ſit / älla ſin rät han a med rätto hafwa.

V. Ty at ſwa ſom ſigia ok ſkriwa wiſe mäſtara / the äre fiugur ther wille manna doma ok witne / af rät ok ſannind. Et är rädde/ annat peninga wild / winſkaper ok frändſämi. Mange domare ok witnis män rädas ſwa walzmän/

dis (g) vel præcipitantia ferant ſententiam, idque potiſſimum Regibus principibusque cavendum. Ita namq; (h) Jeſaias Propheta de Dominis judicibusq; hujus ſeculi, ad terras regionesque : Principes tui ſunt perfidi & ſocii furum. Captant munera. Duci ſe libenter patiuntur, quia ſciunt ſibi paratum eſſe præmium. Fures ſunt, qui clanculum aliis bona ſua avertunt, citra notitiam voluntatemq; juſti Domini. Furumque ſunt ſocii, qui occulte propter munera & reſpectus alios id agunt, ut quis ſuis exuatur facultatibus, vel amittat jus, quod ei debetur.

V. Ut enim viri ſapientes ferunt ſuisque teſtantur litterarum monumentis, quatuor ſunt, quæ judicia corrumpunt, contra juſtitiam & veritatem. Primum metus eſt, alterum pecunia, & ſtudium utilitatis privatæ, amicitia & neceſſitudo privata ſive conſanguinitas. (i) Multi judices teſtesque ita metu-

mum. Ideo prohibitum & apud Romanos lege Julia Repetundarum, cujus iſtæc verba refert Saresberienſis lib. V. Polic. c. 16. *Omnes cognitores & judices a pecuniis atque patrimoniis manus abſtineant, neque alienum jurgium putent ſuam prædam. Thebis* quoq; *judicam imagines factæ abſque manibus, eo quo appareat juſtitiam munera non capere*, ſicut ait Plutarchus in de Iſide.

(g) *Velprecipitantia*) Cujus cauſſa duplex: ignavia, cum cauſſa, vel quod ad cauſſam pertinet, non cognoſcitur, & perturbatio, cum ira vel miſericordia ultra vel citra id, quod juſtum eſt, properatur. Bene Chræmon apud Stobæum ſer. 44. *Sapientium virorum eſt, peccata diligenter & recte judicare. Quod autem temere & negligenter fit, malum eſt.*

(h) *Ieſaias*) cap. 1. v. 23.

(i) *Multi judices teſtesque ita metuunt homines potentes*) De judicibus res eſt non ignota. Et vide Salluſt. Orat. II. ad Cæſ. circa finem. Ideo dehortatur Saresberienſis lib. V. Polic. c. 12. *Sed nec judicem terreat auctoritas litigatorum, cum Pythagoræ in longiſſimum ſit dilatata petitio, & Alexandri Macedonis in caſtrenſi judicio ſit cauſſa damnata.*

mån/ at the tora ey rät döma älla ſant ſigia. Ok af thöm ſigr Auguſtinus: Hwaſom före nokors mans rädde ſkuld/ löne ſannind älla ſigr oſant / han rete Gud amot ſik ok hans harda wrede/ ty at han rädes mera wärilzmän än Gud ſielfwan. Ok ty ſigr Salomon wiſe: Warna at tu warder ey Domare / vtan tu tröſte tik ther til / at tu mage fördriwa orät ok oſannind. Ok göm at tu ey ſwa rädes wärulzmanna vpſyn / at tu fa blygd ok ſynd före tin dom / ok lykte tit wald med ſkam ok ofrägd. Hwar ſom döme orätta doma före winſkap / älla fränſämi / älla före awrund/älla illwili/ älla före nokora peninga wild / han fördömi ſik ſielfwan. Ok hwa ſom ſigr älla witna fals / älla löne ſannind för peninga / han likas widh Judas/ ſom ſalde war herra för peninga/ then ſannind ok äwärdeliga rätwiſan är. Ok ty ſigr en wis man / at ther ma aldrei wara godr rättr med mannom / ther domare älla wittnesmän äru för penin-

metuunt homines potentes, ut ſententiam proferre juſtam aut veritatem aperire non audeant. De his ait Auguſtinus: Quisquis metu cujuſquam reticet veritatem, aut profert mendacium, is contra ſe irritat iram Divinam, quia plus metuit homines, quam Deum ipſum. (k) Itaque & Salomon: Cave ne conſtituaris judex, niſi audeas repellere injuſtitiam & mendacium. Et vide diligenter, ne ſic metuas hominum præſentiam, ut ex ſententia tua habeas dedecus & peccatum, potentiaque tua cum turpitudine ac infamia terminetur. Quisquis injuſtam profert ſententiam propter amicitiam, vel propinquitatem, vel invidiam, vel odium, vel largitionem, (l) is ſe condemnat ipſum. Et quisquis falſum profert teſtimonium, vel reticet veritatem muneris cauſa, ſimilis eſt Judæ, qui prodidit Dominum noſtrum pro nummis, qui eſt veritas & juſtitia æterna. Quare ſapiens nonnemo ait: apud eos nunquam eſſe poteſt juſtitia, apud quos judicia & teſtimonia nummis ſunt venalia.

(k) *Itaque & Salomon*) Imo Syracides cap. 7. 6. Adde Saresberienſem ſupra dicto loco.

(l) *Is ſe condemnat ipſum*) Primum agendo contra juſtitiam, quæ non ſinet eum impunitum ſuo tempore. Themiſtius: *Si quid admiſeris contra Juſtitiæ ſententiam, aut deceperis ipſam, velut in deam maximam delinquens, tum ab ipſa, tum a conſtitutis circa eam geniis cuſtodibus & ultoribus pro factis vindictam expectato.* Deinde in ſe derivando culpam alienam. Nam qui non punit flagitium culpamve, quam punire debet atque poteſt, ejuſdem culpæ facit ſeſe reum.

peninga fali. Ty at ſwa år ſkrifwat: ta fatekr man hafwer ånkte giwa wildogom domare/ ta wil ey atenaſt ångin han höra/ utan han warder ok förſmadr ok nider öpter i allo thy han tala. Ty at peninga wild förwände hwar ſtad rått ok ſannind. Ok ther rådes ångin illa göra / ther han tröſte ſin brut med peningom löſa. Ty ſigr David Propheta: the ſom giärna wäria ok älſka orått ok oſannind / thera händr äru fulla med gawum. Ok ty/ hwa ſom wil wara rättwis i domom ſinom ålla witnom / han ſkal warna at han ey taki nokra gawu. Ty at ſwa ſigr Salomon: gawor göra ok ſtundom rättwiſa mån blinda. Ok ſigr Jeſaias Propheta: then år ſel ſina

nalia. (m) Ita namque ſcriptum eſt: (n) cum pauper non habet, quod avaro donet judici, non modo non auditur, ſed & deſpicitur & conculcatur in omnibus, quæcunque profert. (o) Pecuniarum enim ſtudium evertit civitatis omnis veritatem & judicium. (p) Nec veretur quisquam flagitia committere, ubi ſcit ſe pœnam pecuniis poſſe redimere. Sic enim (q) Propheta David: qui tuentur amantque injuſtitiam & mendacium, eorum manus plenæ ſunt munerum. Quare quisquis amat juſtitiam in judiciis aut teſtimoniis, dare debet operam, (r) ne munera accipiat. Sic namque ait (ſ) Salomo: munera quandoque etiam juſtos homines excœcant. (t) Et Propheta Jeſaias: beatus qui cuſto-

(m) *Ita namq; ſcriptum eſt*) In Sacris litteris, opinor, ſed locus non occurrit.

(n) *Cum pauper non habet, quod avaro donet judici*) Valet nempe hic, quod Menæchmus ait apud Plautum Actu IV. ſc. 2, de Patronis:

Si eſt pauper atque haud malus, nequam habetur,
Si dives malus eſt, is cliens frugi habetur.

(o) *Pecuniarum enim ſtudium evertit civitatis omnis*) Valerius Maximus lib. IV. c. 3. *Ii demum penates, ea civitas, id regnum æterno in gradu ſteterit facile, ubi minimum virium Veneris pecuniæq; cupido ſibi vendicavit. Nam quo iſta generis humani certiſſima peſtis penetravit, ibi injuria dominatur.*

(p) *Nec veretur quiſquam flagitia committere*) Pulchra utiliſque obſervatio. Judicum avaritia non modo hoc efficit, ut ſcelera maneant impunita, ſed & ut quotidie creſcant, monſtrata impunitatis via per largitiones. Quod eſt annotandum, ut diſcatur cauſſa non exigua ſcelerum multorum in republica.

(q) *Propheta David*) Pſalmo 25. v. 10.

(r) *Ne munera accipiat*) Sic præceptum fuiſſe Romanis, ſupra demonſtravimus. Saresberienſis lib. v. Policr. c. 11. *Eſt primum, quod ex neceſſitate officii judici indicitur, ut juſtitiæ in omnibus pareatur, & nihil eorum, quæ facienda ſunt, fiat ad pretium.*

(ſ) *Salomon*) Ita ſæpe Noſter, pro Syracide. Nam & hic locus eſt Syracidis. cap. 20. v. 31.

(t) *Et Propheta Jeſaias*) Cap. 33, v. 15. cui addas licet Pſalmum 14. v. 5.

Jure

na händer göme för allom gawom. Ty at hwar som taker nokors gawo / han är af naturlikan rät skyldogr hanom hans gif löna. Ok ty ärn odygdelike män skyntare til at utgiwa sannind sina / än med sitt godz gif löna.

custodit manus suas a muneribus. Quisquis enim munus accipit ab alio, (u) jure naturali obligatus ipsi est ad gratiam. Jam homines improbi promptiores sunt ad referendam gratiam (x) per profusionem veritatis, quam oblationem pecuniarum.

Femte Flokken / Om Radgifware.

I.

Kunungur skal the förste ok wisaste af rikino i sin rad hawa

Quintum Membrum *De Consiliariis.*

I.

(a) Rex (b) viros præcipuos regni atque (c) prudentissimos in consilium sena-

(u) *Iure naturali obligatus est ad gratiam*) Quoniam tanto factus est ex rebus alterius locupletior. Cicero lib. 1. Offic. *Nullum officium referenda gratia magis necessarium est.* Et Ambrosius in ejusdem argumenti lib. 1. *Quid tam contra officium, quam non reddere, quod acceperis?* Neque hic respicienda judicandi est molestia, cum hæc sit suscipienda gratis ab eo, qui est constitutus judex. Pulchre Saresberiensis lib. v. c. 11. *Quod injustum est, usquequaque fieri non licet, ut nec pro temporali vita fieri liceat. Quod vero justum est, mercedis interventu non indiget, cum per se fieri debeat, & iniquum sit vendere, quod debetur. Justitiam ergo vendere iniquitas est, injustitiam, iniqua insania.*

(x) *Per profusionem veritatis*) Quæ hic est opposita curæ, ac custodiæ veritatis; quando veritas negligitur, perque illius contemptum mendacia proferuntur.

(a) *Rex*) Ita judicarunt omnes fere prudentes. Neque neglexere cauti Reges: non modo quia postulat negociorum gravitas & multitudo, sed & quia Regis dignitas existimatioque. Solet enim fere major minorque Rex haberi, quo melioribus vel deterioribus utitur consiliariis. Unde Isocrates ad Nicoclem: *Te scito talem ab omnibus, qui consuetudine tua non utuntur, judicatum iri, quales illi fuerint, cum quibus vixeris.* Imo gratos ita sese faciunt, quoniam *qui de sua unius sententia omnia gerit, superbus magis reputatur quam sapiens*, ut ait Livius lib. XLIV. c. 22. Itaq; si ob nullam caussam aliam, vel ob hanc adsociabit sibi, exemplo Evagoræ, qui *nullis licet consiliariis egens, deliberabat tamen cum amicis*, Isocrate auctore.

(b) *Viros præcipuos regni*) Quoniam his fides major, major cura Reipublicæ. Sallustius Ep. 11. ad Cæsarem: *Ego sic apud animum meum statuo, cuicunq; in sua civitate amplior illustriorque locus, quam aliis est, ei magnam curam esse reipublicæ. Nam cæteris salva urbe tantummodo libertas tuta est: qui per virtutem sibi divitias, decus, honorem, pepererunt, ubi paululum inclinata respubl. agitari cœpit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur, aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem defensat, omnibus locis adest, festinat: quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in adversis asperius magisque anxie agitat.* Capitolinus de Antonino Phil. c. 22. *Semper cum optimatibus non solum bellicas res, sed etiam civiles, priusquam faceret aliquid, contulit.*

(c) *Prudentissimos*) Quoniam ad consilium dandum opus est prudentia, ex qua velut matre

hawa/ ok ther med flere gode rätwiſe witra ok rönta mån leca ok lårda. Ok med thöm ſkal han akta ok rada rike ſins åranda ok tarfwa almogans. Ty at thet år gamalt ordquäde: Ther år got rad finna/ ther mange witre mån um wåla. Ok

ſenatumque adhibere debet,(d) unaq; plures,(e) bonos,(f) juſtos,(g) ſapientes, & (h) peritos rerum,(i) politicos & eruditos, cumque his deliberare de negotiis commodisque regni ſui. Vetus namq; proverbium eſt: *Ibi conſilium bonum facile invenitur,* (k) *ubi multi ſapientes viri con-*

matre bona conſilia gignuntur. *Ille* enim dicitur & *eſt vir prudens, qui poteſt bene conſilium dare,* ait Ariſtoteles VI. Nicomach. c. 7.

(d) *Unaque plures*) Licet præcipui non ſint, hoc eſt nobiles, modo iis inſtructi virtutibus, quæ ſequuntur. Facit enim ad ſalutem publicam, concordiam, amorem curamque de republica, ſi ab ea non excludantur. vide Tholoſan. lib. XXIV. de Rep. c. 7. 13. Adde quoque Ariſtot. IV. Polit. 14.

(e) *Bonos*) Vitæ morumque reſpectu. Tales enim optimi ac fideliſſimi, ac in conſilio dando maximæ auctoritatis, poſtremo quoque feliciſſimi, Deo ipſo proſpera faciente conſilia eorum.

(f) *Juſtos*) Æquitatis ac juſtitiæ ſcientes, quoniam non ſtatim, qui & vita probus, ea quoque, quæ ad jus æquumque pertinent, diſcernere vel obſervare poteſt, niſi teneat juſtitiam. Porro in conſiliis fere omnibus non ſolum in diſceptationem venire ſolet, quid ſit utile, ſed & quid ſit juſtum ac honeſtum, cum ita demum utile quid poſſit haberi, cum honeſtati non repugnet.

(g) *Sapientes*) Vel, quod idem eſt, prudentes. Iſocrates in Nicocl. *In Monarchia conſiliarii adhibentur ex omnibus delecti ſapientiſſimi.*

(h) *Peritos rerum*) Uſu & experientia edoctos, per proſpera, per adverſa. Tales enim omnibus temporibus optime conſulere conſueverunt, & nec in proſperis nimium ſunt audaces, nec in adverſis nimium abjecti.

(i) *Politicos & eruditos*) Suetica habent leca ok lårda; ubi per leca intelliguntur ii, qui Latinis vulgo ſequioribus ſunt *laici.* Unde dubitare cogor, an per lårda/ h. e. *eruditos* ſive doctos non intelligi voluerit ſacerdotes, ex illorum temporum conſuetudine. Atque ſuadet Syracides, quem paſſim Noſter reſpicit. Ut cap. 6. *In multitudine presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde conjungere.* Item cap. 8. *Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientum, & in proverbiis eorum converſare, ab ipſis enim diſces ſapientiam.* Nam alii magnopere non probant, ut ex Lipſio intelligitur. Vide Notas ejus ad III. Polit. c. 5. Quia tamen hic poſtponit voci leca/ vocem lårda/ adducor pæne, ut ſimpliciter egiſſe cenſeam de doctis, hoc eſt, adhiberi voluerit & viros civiles, & eruditos. Atq; ita eos ſubmoverit doctos, qui ſcholæ tantum docti ſunt, adſciverit autem eos, qui doctrinam uſui ac vitæ civili conjunxerunt. Quod genus omnium eſſe optimum, & conſiliis dandis utiliſſimum, etiam Lipſius judicavit lib. III. Pol. c. 4. Attalaricus apud Caſſiodorum lib. VIII. c. 12. *Decet tractatores habere doctiſſimos, quibus poteſtas ſumma committitur, ut nullo defectu impediente meritorum, proviſa reipubl. utilitas explicetur.*

(k) *Ubi multi ſapientes viri*) Bene, *ſapientes* viri. Nam ſi alii, multitudo officiet conſiliis, imo ſapientiorum conſilia nonnunquam premet. *Fit* enim *plerumque, ut pars major meliorem vincat,* uti ait Livius lib. XXI. c. 3. Sed & ſapientum numerus non debet

Ok ſigr Ariſtoteles : Thet rad warder ſkintare funnet/ ther ſpyrs af ſierom wiſom mannom.

II. Nu hawer thet af aldr warit gamul ſidwänia / Romara ok Franzeſka / at the hawa walt vt af ſik tolf the förſta/ the al högmåle ſkulu waga ok röna med ſkiål ok ſannind / ok äpte thera rade ſkal kununguer älla keſare i allom högom ſakem dom ſin fäſta. To / ſom för är ſagt / witur kununguer ſkal höglika warna/ at han ey före mangom ſkal opinbara ſin egin hemelik ting. Ok thet är thet Salomon wiſe ſägr i Snille bok : tik ſkal radgiwa wara näppelike en af tuſend / ok tu ſkalt ey tit hiärta hwariom opinbara / ty at thet kan then höra tik wil ſwika / ok haldr tik för owitran man. Thet ſigr ok Seneca : tu ſkal ey firi hwariom tin hug lyſa/ok ey hwarn firi hemelikan win halda. Ty at troen win är gulle bätre. Ok finner tu han / ta halt ok älſka han af allo hierta/ ok tro ſwa hanom ſom tik ſiälwom.

II. Porro vetus fuit conſuetudo cum (m) Romanorum, tum (n) Gallorum, ut ex ſuis eligerent duodecim, qui de cunctis gravioribus negotiis diſpicerent, eaque examinarent recta veraque ratione, ſecundum quorum ſententiam Rex deinde judicaret de cunctis iſtis gravioribus negotiis. Debet tamen, ut eſt dictum in ſuperioribus, Rex prudens cavere, ne multis animi ſui ſecreta aperiat. Et hoc eſt, quod ait Salomon in libro Sapientiæ : vix ex millibus unum in conſilium tecum admitte, nec cuilibet manifeſta pectus tuum, poteſt namque is audire, qui te quærit decipere, habetque pro ſtolido. (o) Seneca etiam : non cuivis animum tuum aperias, nec quemlibet pro amico interiori habeas. Nam *amicus fidus auro eſt præſtantior.* quem ſi inveneris, ſerva & dilige toto pectore, eique ita fide, ſicut tibi ipſi.

Nu Cæte-

conſulunt. Et (l) Ariſtoteles ait : citius invenitur conſilium, ubi a pluribus ſapientibus exquiritur.

debet eſſe nimius. Ne hic accidat, quod ſolet alias, ut *multitudo faciat difficilem delectum.* Vide Pacatum noſtrum cap. 5.

(l) *Ariſtoteles*) Reſpicere opinor, quod eſt lib. III. Polit. c. 12. nam verba quidem aliter ſe habent. Omnino autem valet iſtæc ratio, & oſtendit Regi eſſe neceſſarios conſiliarios.

(m) *Romanorum*) De his Romanorum duodecim Conſiliariis ſummis apud alios nil memini me legere. Nec excogitare poſſum, unde hauſerit.

(n) *Gallorum*) Puto ad Pares Franciæ, qui dicuntur, digitum intendere.

(o) *Seneca*) Non Senecæ, ſed Auctoris de quatuor virtutibus cardinalibus hoc dictum arbitror. Quanquam ne ibi quidem tale quid inveniam, & ſunt cætera Syracidis. vide c. 6.

Ariſto-

III. Nu sigr Aristoteles / at rad är en spurdagi i owissom ok iaflikom tingom. Swa six i gamblo ordquäde : Hwätna är spurdaga wärt.

III. Cæterum (p) Aristoteles consilium ait esse deliberationem de rebus incertis contingentibusque. Unde vetus proverbium: *Quicquid evenire potest, de eo suscipi deliberatio meretur.*

IV. Nu skulum wi radspyria ok leta/ um thet swa älla annorlek warda ma. Än um thet ey ma warda/ älla um thet ändelika skal swa wara / ther torf ängin man rad um hawa. Ok ty at manna athäwe mago wara ill / älla god ok skiälik/ älla uskiälik / ty torwa män rad huxa ok hawa um athäwe thera.

IV. Deliberare igitur de iis debemus, quæ se hoc aliove modo possunt habere. De eo enim (q) quod vel plane fieri non potest, vel omnino ita fieri necesse est, nemo deliberare opus habet. Et quoniam cœpta humana possunt esse mala bonave, rationi convenientia vel non convenientia, quare homines consilio deliberationeque habent opus in cœptis atque factis suis.

V. Nu sigias thön siex wara / ther hwar godr ok witur radgäwi skal akta i radom sinom.

V. (r) Ferunt autem esse sex, quæ consiliarius bonus prudensq; in consiliis dandis observare debet.

VI. Först / um thet mal han wardr atspurder / är fast iawande ok owist / ok hawer manga utwäga/

VI. Primum, si res, de qua dare consilium suum debet, valde sit ambigua & incerta, multosque dubios

(p) *Aristoteles*) Lib. VI. Nicom. c. 8. *De iis consultat nemo, quæ aliter sese habere non possunt.* & lib. III. c. 5. *Consultandi ratio in iis locum habet, quæ plerumque usu veniunt, cum eorum exitus incertus sit, & in quibus nihil est definiti.* Plutarchus de Virt. Mor. *Prudentiam in rebus errorum ac turbulentiæ plenis immersam, sæpe cum fortuitis misceri necesse est, & consultatione in rebus dubiis uti.*

(q) *Quod vel plane fieri non potest*) Aristoteles III. Nicom. c. 4. *Consilium non est eorum, quæ fieri non possunt, & si quis dicat se talium rerum agendarum consilium cepisse, stultus esse videatur.* Cicero in Partitionibus: *Neque quisquam deliberat, quomodo volare possit: scit enim, sibi alas non adesse.*

(r) *Ferunt autem esse sex*) Ægidium hic respicere videtur, qui & ipse ista sex commemorat, in consiliis promendis spectanda, libri tertii parte II. c. 17.

Diu

ga/ huru thet ma wara / ta ſkal han lenge ok wäl ſik umhura huru thet mal ma hälzt wara.

VII. Annat/ är thet witrom radgiwa tilhöre / han torf ey länge rada ok hura um thet ånkte är wärt/ ther ey ma mykit gagn älla ſkadi aff warda / hwilka led thet kan hälzt warda.

VIII. Tridia är thet/ at han ſkal i allom högom ſakom ok wardande malom akta ok wäga thet hemelika med androm witrom mannom/ ok ey ofmykit tröſta ſins ens ſkiälum ok radom i hwario male. Ty at thet ma en hawa rönt i athäwom manna/ ſom ey hawer annar. Ty ſigias god wara gambla ok rönta manna rad. Ok ſix at opta är wägat ens mans rad.

bios habeat eventus, (r) diu beneque conſiderare debet, quomodo ſeſe habeat.

VII. Secundum, quod ad bonum pertinet conſiliarium eſt, ne deliberet diu cogitetque de rebus pretii nullius, unde commodum eſt exiguum vel damnum, quoquo modo ſeſe habeant.

VIII. Tertium eſt, ut res omnes graviores atque majores examinet ponderetque in ſecreto cum ſapientibus aliis, (t) neque ſuæ nimium fidat prudentiæ in omnibus negotiis. Poteſt enim fieri, (u) ut unus in negotio ſciat, quod ignorat alius. (x) Inde ſenum & peritorum bona dicuntur eſſe conſilia. Vetusque proverbium: (y) *ſæpe unius conſilium explorando probatum eſt.*

Fiär-

Quar-

(r) *Diu beneque conſiderare*) Quia *nihil magni diſcriminis conſiliis tam inimicum, quam celeritas.* Livius lib. XXXI. c. 32. Igitur Cicero lib. I. off. *In omnibus negotiis prius, quam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens.* Agapetus ad Juſtinianum: *Conſulta, quæ agenda ſunt, cunctanter, quoniam periculoſa eſt admodum inconſiderata in rebus temeritas.* Bias: *Conſidera, poſt rem aggredere.*

(t) *Neque ſuæ nimium fidat prudentiæ*) Primum, quia, ſicut ait Menander, *eſt, quando peccat vel ſapientiſſimus aliquis.* Deinde, quia habet ſpeciem ſuperbiæ, de quo ſupra dixi. Denique, quia impoſſibile eſt, ut unus omnia intelligat. Egregiè, ut omnia, Seſellius in de Rep. Galliæ lib. I. *Fieri non poteſt, ut unus aliquis, aut etiam pauci quidam, quantumvis excellentes, magnam imperii molem ſuſtineant, imo negotiorum multitudo caliginem quandam mentis obducit eis, qui nimium in ſe recipiunt, quia nec ingenii ſatis habere poſſunt, nec etiam temporis, ut idoneè res omnes conſiderent.* Xenophon lib. IV. Cyri Pæd. *Unus pauca videt, & pauca audit.* Ipſe Ariſtoteles III. Polit. c. 12. *Non eſt facile, unum videre multa.* Item: *Abſurdum, duobus ut oculis videat quis melius, & duabus auribus judicet, & duabus manibus pedibuſque agat, quam multis multi.*

(u) *Ut unus in negotio ſciat, quod ignorant alii*) Quoniam fortaſſe illius habet uſum ac peritiam, quam alii non habent.

(x) *Inde ſenum*) Ariſtoteles VI. Nicom. c. 12. *Uſu peritorum & ſenum aut prudentum pronunciatis atq; opinionibus, quæ demonſtrari non poſſunt, non minus, quam demonſtrationibus attendendum atq; obtemperandum eſt. Nam quoniam uſu oculum quendam conſecuti ſunt, principia rerum facile cernunt.* Adde eundem VII. Polit. c. 9.

(y) *Sæpe unius conſilium*) Exemplum eſt in Fabio Cunctatore, ac ſimilibus. At apud Comi-

IX. Fiärda är thet / at godr radgiwi ſkal wara troen ok lönsgodr / i allo thy han wardr ſpurdr til rada. Ty at mangr man är ſwikin ok förderwadr til ſina ſaka / af thy / at ille ok utrone radgiwa hawi opinbarat lönlik ting / thön the äru ſpurde til rada. Ok thet är meſt warnande i kununx rad ok höfdinga / at thera saki ok ärande haldens lönlik. Ok hwa thöm opinbara han är owärdogur nokor tima i thera rad koma. Ok ty ſkal troen radgiwi halda ſwa lönlikit thet han i thera rad hörer / ſwa ſom han aldrei hört hawi.

IX. Quartum, ut conſiliarius bonus ſit (z) fidus atque tacitus in iis omnibus, in quibus conſilium ipſius exigitur. (a) Multorum quippe negotia perdita & everſa ſunt, quod per conſiliarios improbos perfidosque ſecreta ſunt manifeſtata, de quibus dare ſuum rogati fuerunt conſilium. Itaque hoc præcipue curandum in ſenatu Regis aulaque, (b) ut negotia cuncta ſerventur occulta. Quæ qui aperuerit, habeatur indignus, (c) qui ad ea unquam deinde admittatur. Quare fidum conſiliarium, quæ in ſenatu audit, tam ſecreto ſervare oportet, (d) velut nihil unquam eorum audiverit.

X. Femta är ſwa / at witre mån

X. Quintum, ut viri prudentes, quos

Cominæum lib. 11. in Cont. Cujus reſpectu auctor: *multum hercle poſitum eſt ſape in unius hominis virtute.* Videlicet res ipſa docet, quod Phædrus noſter ait lib. IV.

Plus eſſe in uno, ſape, quam in turba boni.

(z) *Fidus atque tacitus*) Res eſt clariſſima. Ideo & Leo Imperator ad filium. *In rebus occultis & abditis adſciſce tibi & temperantes viros, & taciturnos, & omnino qui in tua, non in aliorum poteſtate.* Cæterum quo pacto ſciri poſſint, egregie docet Iſocrates ad Demonicum: *Neque cum damno experiri amicos, neque inexploratos habere velis. Sed hoc facies ſi egere te ſimulaveris, licet non egeas, ſi communicaveris cum eis res non arcanas, tanquam arcanas. Nam & deceptus nihil detrimenti capies, & voti compos factus mores eorum perſpectiores habebis.*

(a) *Multorum quippe negotia perdita & everſa ſunt*) Videlicet conſiliorum ſecretorum anima & vis eſt, ſilentium. Eo igitur neglecto perire neceſſe eſt. Sublatis autem bonis conſiliis ac interceptis qui poſſit eſſe ſalvum, quod eis eſt ſuperſtructum? vide Capitolinum in Gordianis. c. 13.

(b) *Ut negotia cuncta ſerventur occulta*) Sicut factum eſt in aula Perſica, vulgoque a Perſis omnibus. Curtius lib. IV. c. 6. *Perſæ arcana Regum mira celant fide, non metus, non ſpes elicit vocem, qua prodantur occulta. Vetus diſciplina regum ſilentium vitæ periculo ſanxerat.*

(c) *Qui ad ea unquam deinde admittatur*) Multo durius apud Perſas, ſicut liquet ex jam dictis. Diodorus Siculus eſt auctor, apud Ægyptios fuiſſe legem, quæ jubebat illi abſcindi linguam, qui arcana reipublicæ, quæ debebant eſſe tecta, detexiſſet.

(d) *Velut nihil unquã eorum audierit*) Sic Valerius Maximus de Senatu Romano lib. 11. c. 1. *Fidum erat & altum Reipub. pectus cura ſilentiique ſalubritate munitum & vallatum undiq; : cujus*

mån a rade ſitia med kununge ål-
la höfdinge / the ſkulu ſammind ſi-
gia ok ey med flikre fara. Ty at
flikrare ok höggoma mån / the plä-
ga åukte ſigia álla rada / thera her-
ra a hörande / utan thet huxa han
giårna wilia höra.

quos in ſenatu ſuo habet Rex vel
princeps, (e) veritatem profiteri
debeant, (f) neque adulationibus
operam dare. Adulatores enim
vanique homines nihil loqui aut
ſuadere ſolent, quod ſuperioribus
ſit utile, ſed (g) quod auditu ipſis
ſit jucundum atque gratum.

XI. Siåtta år / at god rad ſkal
länge huxas ok radas / ok med ful-
lom ſkiålum wägas. Ok ta thet
hawå: med ſkiålum en ånda gripit /
ta ma thet ſkôt fordas um ſwa år
tarf ok fal a. Ty ſkal witra man-
na athåwe länge ok wål hwart
mal huxa ok rada för ån thet ful-
ko-

XI. Sextum, quod conſilium
bonum (h) diu examinandum, o-
mnibusque ſuis expendendum ra-
tionibus. Cumque rite expenſum
eſt, tum (i) prompte efficiendum,
cũ ſic neceſſitas occaſioq; exigit.
Prudentem enim virum diu beneq;
de cunctis deliberare oportet, prio-
quam

cujus limen intrantes abjecta privata charitate publicam induebant. Itaque non dicam unum, ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum.

(e) *Veritatem profiteri debent*) Hoc eſt, debent proloqui, quod revera ſentiunt in animo ſuo, licet intelligant, haud fore ſatis gratum. Ex monito Solonis, qui ſic ad Senatorem: *conſule, non quæ ſuaviſſima, ſed quæ optima.* Habeſque exemplum in Charidemo apud Curtium lib. III. cap. 2. Et profecto *miſer eſt imperator, apud quem vera reticentur: quia quum ipſe publice ambulare non poſſit, neceſſe eſt, ut audiat, & vel audita, vel a pluribus roborata confirmet*; teſte ipſo Imperatore Gordiano tertio apud Capitolinum cap. 25. Quo magis curandum Regibus, ut hanc libertatem habeant. Iſocrates ad Nic. *Viris prudentibus loquendi libertatem concede, uti de quibus dubitaveris, habeas, qui tecum conſultent.*

(f) *Neque adulationibus operam dare*) Quoniam per has veritas corrumpitur, & cum ipſa Rex Princepsve. Nam, ut ait Curtius lib. VIII. c. 5. *Regum opes ſæpius aſſentatio, quam hoſtis evertit.*

(g) *Quod auditu ipſis ſit jucundũ atq; gratũ*) Quomodo Darii Purpurati *ſolita vanitate ſpem ejus inflarunt* apud Curtium lib. III. c. 2. Faciunt hoc vero quidam metu, ne offendant, quia ſciunt *ita formatas ſæpe principum aures, ut aſpera, quæ utilia, nec quidquam, niſi jocundum & læſurum accipiant*, Tacitus III. Hiſt. 56. Alii expectatione gratiæ, quodque illam ſequitur, præmii, ac commodi privati. Nam *felicitatis cultus plus ſempey petit, quam impendit*, ait Maximus Valer. lib. IV. c. 7. Hinc eſt, quod ait Iſocrates ad Nicoclem: *Principes, quos maxime omnium inſtitui conveniebat, mox ſuſcepto principatu, ſine ullis monitoribus ætatem exigunt. Perpaucis enim ad eos patet aditus: qui vero familiariter cum eis vivunt, hi ad gratiam & dicunt & faciunt omnia.*

(h) *Diu examinandum*) Publii Syri dictum eſt: *Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.*

(i) *Prompte efficiendum*) Demoſthenes Exord. 22. *Conſulere quidem oportet lente, conſulta exequi feſtinanter.* Adde Agapetum part. 25. Ariſtotelem VI. Nic. c. 10.

Opti-

komis. Ok ta thet är med ſkiälum huxat ok radet / ta är å thes bätter / at thet warder förra fulkomnat.

XII. Nu ſigr Ariſtoteles / at thön äru Fem / the ſkulu enkannelika huxa ok warna / i kununx ok rike ſins rad äru.

XIII. Et är thet / the ſkulu mykit warna / at ey förminzkas ålla förwarda gamalt kronona gods ålla konunglikt ingiåld. Ty at um the förwarda / ta driwer nöd kunung ålla höfdinga / til at tunga ok öda arman almoga med orättom ſakom ok allom olagom. Ty at ta hanom minzkas rät kununglikt giåld / ta riwer han ok råne af ſpakmände ok almoga / ther han ma

quam conſilium capiat. Cumq; per rationes idoneas finita eſt deliberatio, (k) optimum, ut celerrime expediatur.

XII. (l) Porro Ariſtoteles quinque ait eſſe obſervanda, curandaque iis, qui ſunt Regis conſiliarii & regni ſenatores.

XIII. Primum, ut dent operam ſummam, (m) ne minuantur perdanturve bona reditusque regni. Nam cum hæc perduntur, neceſſitas Regem principemve adigit ad gravandam multitudinem pauperculam per injurias & iniquitates varias. Cum enim minuuntur jure debiti proventus Regi, (n) a quietis & plebeis rapit, per

(k) *Optimum, ut celerrime*) Quoniam ſi & in executione mora, intervenire multa poſſunt, quæ immutant, quibus ratio conſilii innititur. Nihil enim rerum aut negotiorum humanorum diu manet eodem loco. Sed & contra quos conſilium dirigitur, per moram tempus accipiunt, quo expiſcentur ac eludant.

(l) *Porro Ariſtoteles*) Lib. 1. Rhetor. c. 4. ubi hæc ſunt ejus verba : *Ferme, de quibus conſultant omnes, & de quibus concionantur illi, qui deliberant, res maxime ſunt quinque numero. Atque hæ ſunt de comparatione pecuniarum, de bello & pace, de cuſtodia regionis, de iis quæ importantur & exportantur, & legum latione.* Cæterum & de his nonnihil actum eſt ab Ægidio.

(m) *Ne minuantur perdanturve bona redituſque regni*) Sive per incuriam colonum, aut malitiam, ſive per alienationes improvidas, quoquo modo fiant, ſive cauſſis aliis. Quo pertinet, ut ſciant rationem omnium redituum, eaque vel comparcendo, vel addendo queant præſtare ſalvos. Ariſtoteles prædicto loco. *De apparatu pecuniarum qui deliberaturus eſt, eum oportebit reditus civitatis ſcire, qui & quanti ſint, ut ſi quis deſit, adjungatur, & ſi quis minor ſit, augeatur. Præterea vero ſumptus civitatis omnes, ut ſi quis ſupervacaneus ſit, tollatur, & ſi quis major ſit, minor efficiatur. Non enim ſolum ad ea, quæ adſunt adjungendo, ditiores ſiunt, ſed etiam detrahendo de ſumptibus.*

(n) *A quietis*) In Suetico eſt ſpakmände hoc loco. Atque ira ſupra, ubi Bureus vertit klerkerijet och ſlere lärde / id eſt *clericos & litteratos*. Equidem non negaverim, quin homo clericus ad injurias clericorum reſpexerit, ſed ſolos ipſos litteratosve hic indigitaſſe haud opinor. Sane Spakmände ſunt vocati a ſpak / quod ipſe *pacificum ac manſuetum* vertit, quaſi dicas viros pacis & tranquillitatis amantes. Scilicet opponit hos

ma ſik wid föda ok ſit hårſkap / ok warder ta af kununge grymbr ok riwande. The ſkulu ok thet warna / med allo thy the mago / at Kunungur med ſitt wald take ey álla háſdi ſina undidana gods / med orátom ſakom. Ty at ſwa ár ſkriwat: Hwar ſom taker álla háſda annars gods mote almogans wilia / thet ár ran álla tiufnadr / hwa thet taker ágandanom owitande ok owiliande / thet ár tiufnadr. An hwar annars gods taker rórlikt állr orórlikt / af rättom ágandanom witande ok owiliande / utan med rättom lagom ok ſannind / thet ſe odygd / ther kununga ár oquámelik ok hwariom höfdinga.

per quod ſeſe familiamque ſuam alat,(o) id quod eum immitem & avarum efficit. Omni quoque ſtudio id cavere debent, ne Rex capiat poſſideatve bona civium ſuorum vi injuſta. Ita namque ſcriptum eſt: Quisquis capit poſſidetve bona alterius (p) contra voluntatem civitatis, rapinam vel furtum committit, & quisquis (q) inſcio invitoque ſumit domino, is fur eſt. Et quisquis bona mobilia vel immobilia capit a juſto domino ſciente & invito, (r) niſi recto jure legibusque convenienter fiat, flagitium committit, (ſ) quod Regem principemque nullum decet.

Annat Secun-

hos illis, qui injuriæ ſibi intentatæ audent ire obviam, & a ſe quibus poſſunt modis repellere eam conantur. Suntque timidiores, qui ante quam turbare ſuam aliamque velint pacem ac quietem, quidvis cenſent ferendum, etiam injuſtum, etiam cum damno ſuo conjunctum. Tales ait fere exponi prædæ imperantium, poſtquam agere cœperunt. Nempe ſentiunt ad injurias conticeſcere, neque circumſpicere ultionem. Sunt autem tales non ſoli clerici ac litterati, ſed & alii. Imo ſæpe minor fuit in clericis modeſtia tali caſu, quam in cæteris, uti docent vel Guſtavi Primi tempora.

(o) *Id quod eum immitem & avarum efficit*) Bene iſtoc obſervandum. Facit hæc neceſſitas regem bonum quoque & benignum, immitem & avarum. Quando quod fit ſæpe, licet turpe ſit, majori deinde fit audacia, & conſuetudo tranſit in mores animumque. Ad hæc ſubit lucri dulcedo, & inviſa primo expilandi audacia poſtremo amatur, fructu commendata multiplici. Quare ne rex bonus depravetur, & in vitia crudelitatis avaritiæque, quæ ipſum remque publicam evertant, pertrahatur, danda erit opera, ut proventus ſuos habeat integros ſalvoſque, quibus ſuam regnig; tueatur incolumitatem.

(p) *Contra voluntatem civitatis*) decernentis modos juſtos, quibus quis acquirere ſibi dominium queat: quos modos qui non obſervat, dominus eſſe juſtus non poteſt. Hanc exiſtimo ſententiam hujus loci. Cæterum unde hoc deſumptum ſit, nec dum comperi.

(q) *Inſcio invitoq; ſumit domino*) Imperator §. 6. Inſtit. de Obl. quæ ex del. *Furtum fit generaliter, cum quis alienam rem invito domino contrectat.*

(r) *Niſi recto jure legibusque*) Quæ permittunt aliquo caſu capere alterius bona etiam invito ipſo, ut cum pro debito non ſoluto per judicem ejuſve miniſtrum, res alterius venditur, & precium inde comparatum acquiritur.

Quod Regem Principemque nullũ decet) Non quod flagitium ullum deceat Re-

(ſ) gem, ſed quod hoc minime deceat, quia maxime repugnat & magnitudini illius, & mune-

XIV. Annat ár thet kununx ok rikesins rad skal warna / at ey atenaft kunungur ok hans härskap hawi thera födo / utan the skulu ok thet hura ok warna / at almogen inrikes hawi ok sina födo. Ok ta Gud plaga land ok almoga med oaran / ta skulu the thes mere hura ok rada / huru almoge ma sit uphälde hawa ta af androm landom / um ey ár inländes ympno föda

XIV. Secundum quod curare debent Regis Regnique consiliarii, hoc eſt, (t) ne Rex ſolus cum familia miniſtrisve ſuis victum habeat, ſed & (u) ut incolæ cæteri Regni. Et ſi Deus Regnum affligat ſterilitate frugum, majorem operam impendant oportet, quomodo multitudo (x) per ſubſidia e terris peregrinis advecta ſuſtentetur, (y) ſi domi non ſit, unde

muneri. Illi quidem, quia cum in tantis ſit opibus, de pauperie aliena prædas agit. Huic, quia ſuæ cuique rei conſervandæ gratia eſt conſtitutus.

(t) *Ne Rex ſolus cum familia*) Quod fit, cum de ſolis Regni Regiſque reditibus ſunt ſolliciti, civium vero reliquorum plebiſque neceſſitates, decrementa vel incrementa ſuſque deque habent. Errore non profecto levi, quando publicæ res in rebus privatorum florent, ſitque eo ditior Rex quilibet, quo ditioribus imperat civibus.

(u) *Ut incolæ cæteri*) Quod fit per idoneam curam de re cibaria, iisque, quæ importantur & exportantur, ſicut ſupra innuerat Ariſtoteles, cujus hac de re verba ſunt & iſta: *Cum de re cibaria deliberatur, videndum, quantus ſumptus ſit ſatis civitati, & quanta ſit ea, quæ ibi naſcitur, & ea, quæ importatur, & quarum rerum exportatione indigent, & quarum importatione, ut cum iis, qui ad has ſunt utiles, conventiones & pactiones fiant.*

(x) *Per ſubſidia e terris peregrinis*) Fecerunt ipſi principes boni publici cauſſa, quanto magis debent facere, qui conſiliis ſuis negocia eorum temperant? De Claudio, qui tamen alias ineptus, Suetonius c. 18. *Arctiore annona ob aſſiduas ſterilitates, detentus quondam medio foro a turba, conviciiſque ac ſimul fragminibus panis ita inſtratus, ut ægre, nec niſi poſtico evadere in Palatium valuerit, nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus. Nam & negociatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet, & naves mercaturæ cauſſa fabricantibus magna commoda conſtituit.* Quod Suetonius de tumultu vulgi memorat, notandum eſt. Nimirum ſicut ait Tacitus IV. Hiſtor. c. 38. *vulgo una ex Repupl. annonæ cura*, &

--- duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenſes ---

teſte Juvenale Sat. x. Igitur non poteſt negligi, vilisve videri cura hæc iis ſaltem, qui parum conducere rebus ſuis & ſecuritati publicæ arbitrantur, ſi a te ſtudia multitudinis alienent. Ita cenſuit Tiberius, unde in oratione contra eos, qui luxum publicum volebant minui, apud Tac. III. An. c. 54. *Nemo refert, quod Italia externæ opis indiget, quod vita Populi Romani per incerta maris & tempeſtatum quotidie volvitur, ac niſi provinciarum copiæ & dominis, & ſervitiis, & agris ſubvenerint, noſtra nos ſcilicet nemora, noſtræque villæ luebuntur. Hanc curam ſuſtinet Princeps, hæc omiſſa ſunditus Rempubl. trahet.* Neque fuit hæc jactatio inanis. Ipſe Tacitus de eo An. IV. c. 6. *Plebs acri quidem annona fatigabatur, ſed nulla in eo culpa ex principe, quin infecunditati terrarum, aut aſperis maris obviam iit, quantum imperio diligentiaque poterat.*

(y) *Si domi non ſit*) Nam hoc primum videndum, antequam ad opem externam confugiamus, & neceſſitates noſtras manifeſtemus aliis, ipſorumque nos committamus

föda til. Ok höre thet rikeſins rade til/ at the ey warda plagade med fals wara ok flård i köpom álla andra widurſkipte manna med oráttom ſpannom ok bismarom/ álla hwario handa mato álla wágt thet ár.

XV. Tridia ár thet kununger med ſit rad ſkal huxa ok högelika warna um rikeſins wário ok fáſie. Han

de alimenta ipſi præbeantur. Spectat quoque ad Senatum regni, ne multitudo (z) decipiatur mercibus fraudulentis, aut (a) rebus inanibus aliis, in emptionibus, venditionibus aut contractibus cæteris, (b) per menſuras ponderave injuſta cujuſcunque generis.

XV. Tertium Regi & conſiliariis ipſius curandum, munimenta regni ſunt & propugnacula. Idem cum

arbitratui. Videndum autem diligenter curioſeque. Fit enim, ut non videatur eſſe, culpa eorum, qui annonam flagellando ſuis ſtudent commodis, plebemque ægenam & panem quotidie mercari ſolitam opprimunt. Quo caſu æquum fuerit exemplo Caroli Flandriæ Comitis nequitiam talium comprimere, conditoria aperire, frumentumque in ægenos diſtribuere. de quo Paul. Æmil. lib. v. *Auguſtus frumentum in annonæ difficultatibus ſæpe leviſſimo, interdum nullo precio vivitim admenſus eſt*, Suetonio teſte cap. 42. Et quoniam ſi domi nil ſit, plebsque exhauſta quantum peregrini exigunt, dare nequeat, benigne laudabiliterque Tiberius *ſtatuit frumento pretium, quod emptor penderet, binoſque nummos ſe additurum negociatoribus in ſingulos modios*, uti Tacitus commemorat. lib, 11. An. c. 87.

(z) *Decipiatur mercibus fraudulentis*) Verarum ſpeciem exterius præferentibus, cum intus ſint aliæ, quibus fit, ut multitudo imperita putet ſe habere, quod revera non habet, atque ſic dupliciter fallatur, primum dum pecuniam dat majorem, quam quantam æquum erat, iterum dum adhibendo iſta fraudulenta in uſum non id obtinet, quod putabat, imo ſuas ſæpe res per eas corrumpit. Habuerunt curam hanc Romani, per Ædiles. Unde Plautus in Rudente de Ædile : *Si qua improbæ ſunt merces, jactat omnes.*

(a) *Rebus inanibus aliis*) Multitudini non utilibus, ſed ad luxum atque voluptates tantum pertinentibus. Ad quas cum ſua indole prona ſit multitudo, facile monſtratis hiſce licet inanibus, decipitur, ut inutiliter pecunias ſuas profundat, non ſuo ſolum, ſed & reipublicæ damno non exiguo.

(b) *Per menſuras ponderave injuſta*) Quoniam & per hæc imperitæ multitudini perſuadetur habere, quod non habet. Ideo & apud Romanos Ædilesdabant operam, ut inſpicerent menſuras & id genus, & ſi falſas offenderent, eas frangerent. Perſius meminit Sat. 1.

Fregeris hæminas Areti Ædilis iniquas

Item Juvenalis Sat. x.

Et de menſura jus dicere, vaſa minora
Frangere, pannoſus vacuis, Ædilis Ulubris.

Pertinet ad hanc partem cura juſti precii, ne augeatur in immenſum pro arbitrio & avaritia mercatorum. Et id quoque per Ædiles temperari Romani voluere. Quomodo legimus apud Apulejum libro 1. Aſini, piſces pluris venditos, quam videbatur æquum, imperio Ædilis a miniſtris ejus conculcatos pedibus. Eodemque reſpexit is in Fragm. Petron. p. 16. editionis noſtræ, qui ajebat, Ædiles incurioſos iniquoſque reſpi-

Han ſkal ok med ſit rad warna at ey kumi miſsämio inbyrdis herra mellom ålla andra goda manna inrikis/ ty at thet ma warda rikeno til mykin ſkada ok dröwilſe. Ok hwa ſom ey wil med nadom wara åpte kununx rade ok förſeo/ ta ſkal han plagas åpte ſinne tilgårningom / at riket ma wara i frid ok nadom. The ſkulu ok hux a at rikeſins owini utrikes magen ey rikeno ålla landom ſkada. Ty ſkal kunungur med ſit rad warna at rikeſins borgr ok fäſte ſe wäl ſatta med tronom mannom ok fulle hiälp helſt i allom genwärdom/ ther owini mago rikeno brat ſkada göra. Ok är thet warnande/ at rikeſins fäſte fans ey i händr utlanzkom mannom ; ty at ther

cum iisdem cavere debet ne oriantur (c) diſcordiæ inter magnates, virosque alios in dignitate conſtitutos, quia inde multa oriri poſſunt regno damnoſa & calamitoſa. Quisque obſequi detrectat bona Regis cum gratia ſecundum Regis conſilium proviſionemque, (d) is ſecundum merita plectatur ſua, quo tranquillitas conſervetur publica. Iidem debent providere curareque ne regno regionive damnum afferatur ab inimicis ejus extra illud conſtitutis. Quare opera eſt danda Regi, ut arces munimentaque regni præſidiariis fidelibus ſint firmata inſtructaque rebus omnibus ad defenſionem neceſſariis, ubi ex improviſo damnum afferre hoſtes queunt. Imprimis id cavendum, ne regni munimenta (e) peregrinorum fidei com-

reſpiciens : *Quotidie hæc colonia retroverſum creſcit, tanquam cauda vituli. Sed quare? Non habemus ædilem trium cauniarum, qui ſibi mavult aſſem, quam vitam noſtram.* Sic enim legi debet locus iſte, ut oſtendi. Denique Tiberius ipſe hac in re adhibuit diligentiam laudabilem. Sueton. c. 34. *Corinthiorum vaſorum precia in immenſum exarſiſſe, treſque mullos, triginta millibus nummum veniſſe, graviter conqueſtus, adhibendum ſupellectili modum cenſuit, annonamque macelli ſenatus arbitratu quotannis temperandam.*

(c) *Diſcordiæ inter magnates*) Ariſtoteles lib. v. Polit. c. 4. ubi agit de occaſionibus, per quas reſpublicæ mutentur, etiä hanc ait eſſe unam, ac pæne præcipuam. *Talibus*, ait, *naſcentibus malis occurrendum eſt, motuſque principum & potentum dirimendi. Nam principum motus totam civitatem ſecum trahunt.* Certe in Republica Romana Julii Cæſaris & Pompei diſcordiæ libertatem verterunt in Regnum.

(d) *Is ſecundum merita*) non tam cauſſæ, unde illa nata fuit diſcordia, quam inobedientiæ, qua Regi, de quiete publica vi ſui muneris ſollicito, ac reſpectu ejus iſtiuſmodi diſcordias componere, ac in herba opprimere obligato, ſeſe præſtitit immorigerum. Cum præſertim boni civis ſit officium, cedere aliquando de jure ſuo, & reipublicæ factam ſibi injuriam condonare. Quod proinde ſi quis deſerit, tanquam civis perniciоſus utique puniri poterit.

(e) *Peregrinorum fidei*) Polybius lib. 11. Hiſtor, *Præſidia validiora, barbarorum præſertim, in urbes ſuas nunquam recipienda.* Detri-

är opta afkumin swik ok fördärwilse landa.

XVI. Fiärda är thet kunungur skal akta ok warna med sit rad / at almoge hawi frid ok frälse ok goda semio inbyrdes. Ok dirwis nokor af inrikis mannom göra almoganom ofrid med walzgärningom a gods älla lif / älla gör hanom dröwilse / älla röre han til missämio inbyrdes / ta skal utan alla dvalu hard kununx hämd iwi han ganga / at ther mage ey mera ilt af koma. Ta än nokor utrikis mä skada rikeno älla rikesins mannom / ta skal kunungur warlika huxa ok rada med rikesins rad / um then owin är rikesins makt ofstarkr.

committantur; ita enim sæpe fraus facta, & (f) detrimentum multiplex Regno allatum est.

XVI. Quartum Regi ejusque consiliariis curandum, (g) pax est & tranquillitas publica, cum mutua omnium concordia. Quod si quis ex incolis (h) quietem publicam per vim turbare ausit sive bonis, sive vitæ alicujus illatam, aut factas alias molestias, aut concitatã discordiam, sine ulla procrastinatione Rex gravissime id debet ulcisci, ne majus inde malum oriatur. Quod si (i) peregrinus quispiam regno civibusque regni damnum afferat, caute Rex deliberare debet cum senatu suo (k) utrum regni vires suis viribus superet, poten-

(f) *Detrimentum multiplex*) Polybius eodem loco: *Galli Erycem introducti, Romanis urbem obsidentibus, conati & urbem prodere, & quotquot una cum ipsis obsidebantur. Ut dolus exitum non habuit, transitum ad hostes fecerunt.*

(g) *Pax est, & tranquillitas publica, cum mutua omnium concordia* (Ista enim sunt, quæ amantur civibus, tanquam & rempublicam firmantia, & privatam conservantia & amplificantia. dixi supra.

(h) *Quietem publicam per vim turbare ausit*) Talis fuit Augusti cura. Suetonius cap. 32. *Grassatorum plurimi palam se ferebant, succincti ferro, quasi tuendi sui caussa, & rapti per agros viatores sine discrimine liberi servique ergastulis possessorum supprimebantur, & plurima factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit, ergastula recognovit, collegia præter antiqua & legitima, dissolvit.* Neque minor Tiberii, de quo ille ipse auctor c. 37. *In primis tuendæ pacis a grassaturis & latrociniis seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romæ castra constituit, quibus Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hospitia dispersæ continerentur. Populares tumultus exortos gravissime coërcuit, & ne orirentur, sedulo cavit.* Adde reliqua, itemque Constitutionem Friderici Primi de Pace tenenda & ejus violatoribus, quæ legitur Feudorum lib. 11. multaque continet huic argumento servientia.

(i) *Peregrinus quispiam*) Rex vel populus, ut liquet ex sequentibus. De privato nullus hic est sermo.

(k) *Utrum regni vires*) Hanc deliberationem proposuit Aristoteles 1. Rhet. c. 4. quem locum supra quoque nominavi. Verba ita habent: *Qui de bello deliberaturus est, scire debet bella quomodo & quæ gesserit civitas, ac non solum propria, sed etiam finitimorum, vel quibus-*

ſtarkr. Ok hittes thet ſwa med ſkiälum ok äpte dömom / ta är ſikrare umbära nokorn ſkada med winſkap ok wiſe dagtingan ok winlikom athäwom/än upwäkkia mykin wada ok dröwilſe landamällom. Än ta um owin ok ſkadaman är ey rikeſins makt iwi ſtarkr/ ta är bätra bärias än tula bade blygd ok ſkada.

XVII. Fämta är thet kununGur ok hans rad ſkal achta ok rada/ at lanzſkap ok almoge hawi rättwis lag thön the mago wäl wid boa. Ok kunno nokor lag älla ſtadgr wändas almoganom til genwärdo ok tunga / ta ſkal rättwis

tentiorq; ſit. Id ſi rationibus certis ac Exemplis colligitur,(l) tutius eſt ferre damnum aliquod ſervata amicitia certisq; pactis & utrinq; prompta officiorũ conteſtatione, quã in pericula calamitatesq; multas regiones cõjicere. Quod ſi a quo damnum illatum vires regni non ſuperet,(m) melius eſt perſequi injuriam, quam cum infamia damnum juxta tollerare.

XVII. Quintum Regi ejuſque conſiliariis curandum eſt, ut regnũ omnisque multitudo (n) leges habeat æquas, ſecundum quas vitam poſſint vivere felicem. Quod ſi leges aliquæ conſtitutionesque multitudini ſint (o) adverſæ (p) onero-

baſcum glorioſum ſit bellare, ut cum potentioribus quidem pax exerceatur, cum minoribus vero in ipſorum arbitrio ſit, bellare, & facultates utrum ſimiles, an diſſimiles.

(l) *Tutius eſt ferre damnum*) Talis animus, tale conſilium Tuſculanis fuit, de quo Livius lib. VI. c. 25. Hiſtoria lectu eſt digniſſima, vocesque dictatoris Tuſculani, qui inter cætera & iſta : *In nos, quid arma polleant veſtra, ſi patiendo experiundum eſt, inermes experiemur.* Nec res caruit eventu felici. *Pacem in præſentia, nec ita multo poſt civitatem etiam impetrarunt*, ait dictus auctor. Quanquam hic videndum, quale cum hoſte ſit negocium. Si generoſus, periculum eſt exiguum, nam & leonibus ſufficit, proſtraſſe. *Tranſeunt, quæ impulerunt.* Senec. 1. de Clem. c. 5. Si ferus, truculentus, barbarus, ſæpe ſalutarius eſt ſuis ſe cineribus obruere.

(m) *Melius eſt perſequi injuriam*) Fit enim alias, quod Britanni perhibent apud Tac. Vita Agr. c. 15. *ut nihil proficiatur patientia, niſi, ut graviora tanquam ex facili toleramibus imponantur.* Quanquam & hic modus ſit optimus, non ſolum quoniam *viri boni eſt nonnunquam cedere de jure ſuo*, ut ait Ambroſius 11. offic. c. 2. ſed & quoniam bellum nullum ea geritur felicitate, ut non multa in eo eveniant, quæ alias non erant eventura. Quo intuitu Iſocrates ad Nicoclem: *Noli de rebus quibuſvis contendere, ſed de iis duntaxat, quarum victoria tibi profutura eſt.*

(n) *Leges habeat æquas*) Nam *lex principis eſt opus*, ait Plutarchus in ad Principem indoctum : *Et exemplum eſt Dei atque lumen Princeps, jura Dei ſimilis qui dat mortalibus æqua.*

(o) *Adverſæ*) Hoc eſt tales, quæ non juvant multitudinem, aut felicitatem ejus promovent, verum deſtruunt, ipſamque multitudinem aut civitatem evertunt. Quales leges proprie non ſunt leges, cum leges non ad deſtructionem, verum conſervationem civitatis ferantur. Sunt autem fere hujus generis, quæ contra ingenium civitatis & imperii in ea obſervandi rationem feruntur.

(p) *Oneroſæque*) Quæ multitudinem citra neceſſitatem premunt,

wis kunūgur med ſit rad thōm bātra ok wenda almoganom til gagn ok hugnad. Ty at ſwa ſigr Ariſtoteles / at rātwis lag āro almogans lif ok hālſa / ok heder / ok ſtyrilſe kununglika walde.

neroſæque, regem æquum cum ſenatu ſuo (q) eas oportet emendare immutareque ad utilitatem multitudinis commodumque. (r) Ariſtoteles namque ait: legem æquam eſſe vitam populi & valetudinem, & decus, & firmamentum regii imperii.

Siātte Flokken/
Om Underſaterne.

I.

Vu hwart rike ther hawer god ſkipilſe / thet hawer theſſa try: Ridderſkap/Almoga ok fatōkt ārwodis folk. Ridderſkap ſkal land ok rike byggia / ok alt ſa ok

Sextum Membrum
De Subditis.

I.

QUodvis regnum bene ordinatum (a) tria iſtæc habet: nobiles, multitudinem reliquam, & pauperes operarios. (b) Nobiles oportet provincias regnum-

(q) *Eas oportet emendare immutareque*) Iſocrates ad Nicoclem: *Edicta & inſtituta vitioſa loco move & muta.* Atque ita docet quoque Ariſtoteles II. Polit. c. 6. ſed adhibendam ait ſummam cautionem, ne fiat citra neceſſitatem prorſus gravem. *Videtur*, ait, *hic opus eſſe magna religione. Nam ubi quod melius quidem fuerit exiguum, conſuefacere vero ad leges tollendas, grave; perſpicuum eſt, concedenda eſſe peccata quædam & legum ſcriptorum, & magiſtratuum. Neque enim is, qui mutarit, tantum proderit, quantum nocebit aſſuefactus imperantibus non parere.* Prudentiſſime Thucydides lib. VI. cenſet, *eos hominum tutiſſime agere, qui præſentibus moribus legibuſque, etiamſi deteriores ſint, minimum variantes rempublicam adminiſtrant.*

(r) *Ariſtoteles namque ait*) Puto reſpicere ad locum ejus, qui eſt in ſæpe dicto I. Rhet. ubi ait: *in legibus conſiſtit ſalus civitatis.* Niſi magis putes pertinere huc, quod eſt IV. Pol. c. II. *Reſpublica civitatis eſt vita quædam*, nam per *rempublicam* legibus deſcriptam formam intelligit.

(a) *Tria iſtæc habet*) Ariſtoteles IV. Polit. c. 3. *Civitates omnes primo quidem ex domibus conſtare videmus: deinde hujus rurſus multitudinis hos quidem neceſſe eſt eſſe divites, illos vero pauperes, illos vero medios.* adde quoque cap. II. Ita Ariſtoteles hac de re, quem & Ægidius ſequitur lib. III. par. II. c. 33. Noſter ad communem conſuetudinem accommodatius vocat nobiles, pauperes operarios, & reliquam civium multitudinem.

(b) *Nobiles oportet provincias regnumque excolere*) Sententia non ea videtur, quaſi cultus provinciarum, terrarum, agrorum ad nobiles ſolos pertineat, ita enim in numero mediæ multitudinis non ſtatim nominari potuiſſent agricolæ. Qui hic non poſſunt intelligi coloni, & ſub mercede laborantes, nihilque habentes proprii: (nam de talibus ſeorſum ſequitur in tertio genere) ſed ii, qui fundos habent proprios, eoſque exer-

ok fångta thet manna liwerne tilhöre. Thön almogr äru bönder ok köpmän/ ok alrahanda gärningesmän. Fatökt ärwodes folk/ är thet ey a jord älla annat wärulzlikt godz/ utan ſkulu the ſik föda ok kläda med ſit daglikt ärwode.

II. Nu ſpyr Ariſtoteles ok med ſkälum leta / hwilkit af theſſom triggiahanda folke land älla rike maga ſizt miſta. Ok ſigr han ſwa/ at land ok rike maga almoga miſta ſizt / ty at han ma hälzt ſamä byggia ok boa / i gode ok lange ſamwaru/ the gita hälzt med lagom ok ſämio/

gnumque excolere, eaque parare & poſſidere, quæ vitæ humanæ ſunt neceſſaria. Multitudo cætera eſt agricolarum, mercatorum, omniſq; generis opificũ. Pauperes ſunt, qui nullos poſſident agros, aliave bona ſecularia, ſed quotidiano manuum labore victum amictumque ſibi quærere coguntur.

II. Ex his quærit rationibus adductis (c) Ariſtoteles quanam parte regiones & imperia difficilime poſſint carere : reſpondetque, regiones & imperia difficilime carere poſſe (d) multitudine, (e) hæc enim facilime conſociatur per optimam & maxime durabilem conjunctionem, leges & concor-

exercent ſuo commodo, juſque ad hæredes poſteroſque poſſidendi exercendique eos tranſmittunt. Ergo potius hoc Noſter ait, nobilium opus eſſe oportere, ut victum, reſque uſibus ſuis neceſſarias quærant ex agris potius, eorumque cultu, quam ex manuariis operibus, mercatura, & ſimilibus. Inde Ariſtoteles dicto loco nobilesagnoſcit eos tantum, qui ſunt tales vel ex divitiis, vel ex genere, vel ex virtutibus, hiſque vel pleriſque, vel omnibus inter ſe conſociatis. Divitias quoque non intelligitquaſlibet, ſed avitas, quales non conſiſtunt in pecuniis, quæ ſubinde mutantur, verum prædiis & agris. Ideo lib. v, Pol. c. 1. *Genere nobiles, quibus majorum eſt virtus & diuitia.* & lib. IV. c. 8. *Nobilitas eſt veteres divitiæ & virtus.*

(c) *Ariſtoteles*) IV. Polit. c. II.

(d) *Multitudine*) Ita ſonat vox Suetica Latine. Cæterum non omnem hic intelligendam eſſe multitudinem, ſed mediam inter nobiles & pauperes, quam diviſit ſupra in tres claſſes, agricolarum ſuos propriosque fundos exercentium, mercatorum, & opificum, ex toto loco facile colligitur.

(e) *Hæc enim facilime conſociatur*) Reddit nunc rationes, cur tam utiles ſint cives medii, ut eis regnum aliquod non poſſit carere. Prima eſt, quod vivant ſecundum rationem legesque. Ariſtoteles de eo ita ait : *Conſtat inter omnes medium ſeu mediocritatem eſſe optimam. Ergo & rerum ſecundarum ſeu fortunæ bonorum mediocritas omnium erit optima, facile namque rationi obtemperat.* Nempe ubi rerum omnium eſt abundantia, ibi oritur ſuperbia, & ex eo rationis legumque contemptus. ubi rerum omnium neceſſitas ibi oriuntur cupiditates, & doli, & ex eo rationis legumque tranſgreſſio. At mediocritas *nec egeſtate impeditur, neque abundantia effertur*, ut notabiliter hic ait Heinſius. Porroubi legum rationiſque & magiſtratuum contemptus, ibi nequit eſſe firma civitas. /

Ami-

ſämio bot ſwa / at hwar liwi wid ſit egit. Ok the älſka hälzt kär-lek ok tamnad i ſamwaru ſinne. Ok the gita hälzt liwat utan hat ok förſmäilſe inbördes thera mäl-lan. The mago ſik ok wärta äp-te makt ok förſea thera. Än ſkul-den the enſame ſaman byggia ridderſkap ok fatökt ärwodes folk/ eta gätin thöm ey wäl aſamt. Ty at herra ok rikt fölk hawa fa-tökt ſolk gärnt i förſmä-ilſe/

cordiam libentiſſime obſervat, ita ut ſalvam quisq; habeat rerum ſua-rum poſſeſſionem. In conventibus ſuis (f) amicitiam (g) æqualitatem-que maxime colunt. vivereque deſiderant (h) absque odio & con-temptu mutuo. Sed & (i) tue-ri ſeſe poſſunt potentia pruden-tiaque ſua. Quod ſi juncti vive-rent nobiles ſoli atque pauperes, neutris res ſuccederent ex voto. Nobiles enim (k) divitesque ple-rum-

(f) *Amicitiam*) Hæc ratio eſt ſecunda. Mutuo ſeſe amant. Nempe nihil eſt in his, cur alter alterum contemnat, alter alteri invideat, cum omnes habeant opes, ut ex alie-na gratia vivere non cogantur, & tamen opes habeant mediocres, ut appetere illas ne-mo magnopere debeat. Ergo nihil quoque eſt, quod amorem inter ipſos impediat, accedente præſertim converſatione quotidiana conſuetudineque inter ipſos, qualis eſſe in cæteris non poteſt. Jam vero notum, ſocietatem amicitiamque ad civitatem requiri.

(g) *Æqualitatemque* Hæc eſt ratio tertia. Major in his mediis eſt æqualitas. Nem-pe nulla re alter alterum excedit, non honore, non opibus ſimilibuſve. Jam vero *ea eſt civitatis natura, maxime ut ex paribus & aqualibus conſiſtat*, ait Ariſtoteles in ſuperiori loco.

(h) *Abſque odio & contemptu*) Quarta hæc eſt ratio. Non odium, non contemptus eſt inter hos. Nempe nulla inter ipſos inæqualitas. Nam contemptus eſt adverſus longe inferiores, odium adverſus longe ſuperiores. Porro ubi alii alios habent odio, contemptui, ibi ſocietas non poteſt eſſe, ac propterea nec firma civitas.

(i) *Tueri ſeſe poſſunt*) Quinta hæc eſt ratio. Neutra pars reliquorum civium, ſive divitum, ſive pauperum hos poteſt affligere. Nam & conſentientes ſunt, & conſilia communicant, & opes inter ſe conjungunt, propter cauſſas, quæ allatæ ſunt in ſuperio-ribus. Atque ita pares, aut ſuperiores evadunt divitibus, quia fere pauci ſunt quo-rum opes facile vincunt hi multi ſuis, licet mediocribus opibus; & pauperibus, quia fere licet multi ſint, opes tamen habent nullas, quæ ſunt maximum rerum gerenda-rum inſtrumentum. Nec prudentia in his minor, ſi non ſingulis, conjunctis tamen, quam in divitibus, ſicut in cœnis collaticiis apparatus major, quam ſplendidiſſimis qui-buſcunque ſingulorum, ut hoc ſimili rem Ariſtoteles declarat. Nam quod pauperes quidem attinet, prudentia in illis rara, ſicut omnium temporum experientia compro-batum eſt. Poſtremo, *quia neque inſidias patiuntur, neque faciunt, ſecure vivunt.* Ariſtot. IV. Pol. c. II.

(k) *Divitesque plerumque pauperes contemnunt*) Sic Ariſtoteles. Et Salluſtius in Jugurt. *Contemptor animus & ſuperbia, commune nobilium malum.* Macrinus apud Hero-dianum lib, V. *Patricia nobilitas ſæpenumero in ſuperbiam vertit, deſpectis omnibus velut mul-to inferioribus.*

Pau-

ilſe/ ok the fatöke ſa en giärnt um/ huru the maten rika mäna godz af thöm ſa. Än almogen han ma ſik hawa bade til rika ok fatöka. Ok thz kan ey giärnt warda kärlekr mällen rika herra ok fatökt folk/ ty at ther är ängin iamnadr thera mällom/ ty at the rika wilia alt rada/ ok the fatöka mago änkte rada. Än almoge ſaman litwer med lagom ok ſkiälum. Han ſkal thy fylgia/ ſom flerom tikke ſkiäl wara.

III. Ty ſkulu Kununga ſwa ſkipa ok rada/ at the hawin mykin ok rikan almoga i landom thera. Ty at ey gitr riddarſkap änſamt i landom warit/ ty at ther ma ey god

rumq; pauperes contemnunt, contra(l) pauperes circumſpiciũt, quo pacto bona divitibus eripiant. At multitudo & cum divitibus & cum pauperibus conjungi poteſt. Sed nec facile divites pauperesque mutuo ſe amant, quia nulla inter ipſos eſt æqualitas.(m) Divites enim cupiunt imperare in omnibus, pauperes imperium habere poſſunt nullum. At multitudo legibus rationeque conjungitur, eaque ſequitur, quæ pluribus videntur rationi convenientia eſſe.

III. Quare danda Regi opera & adhibenda cura, (n) ut multitudinem habeat copioſam (o) & facultatibus idoneis præditam in regno ſuo. Nec enim conducit ſolos nobiles occupatum tenere regnum

(l) *Pauperes circumſpiciunt*) Nam primum comparant ſuam & divitum ſortem, indeque triſtitiam contrahunt. Nam pauper, ut ait Menander apud Stobæum ſer. 94. *ubi aliquem deliciis & otio vacare potentem vidit, tum demum cernit, quam infelicem & miſeram ipſe agat vitam.* Ita ſequitur invidia, quia *ſemper in civitate quibus opes nullæ ſunt, bonis invidem.* Ex hac deinde odium rerum ſuarum, & cupido aliarum, unde ſtudium mutationis, rerum novarum, & tumultuum. Quo reſpexit Ariſtoteles 11. Polit. c. 4. ubi ait: *Paupertas ſeditionem efficit & injuriam.* Et Philæmon apud Stobæum : *Inopia prompta eſt in perpetrandis malis.*

(m) *Divites enim cupiunt imperare in omnibus*) Putant nempe quia opes conferunt ad civitatis uſum, omnia ſe conferre, quod eſt falſum. Vide Ariſt. 111. Pol. c. 7, & ſeq.

(n) *Ut multitudinem habeat copioſam*) Ut cives multos medios, ſeu mediocris fortunæ: quia per hos bona, firma, & tranquilla civitas efficitur. Ariſtoteles 1v. Pol. c. 11. *Perſpicuum eſt, civitatem ex mediis conſtantem eſſe optimam, eaſque urbes optime adminiſtrari, in quibus pars media ſit multa & potior, maxime quidem utraque, aut certe altera parte.*

(o) *Et facultatibus*) Alphonſus ajebat *regum præcipuum ſtudium & officium eſſe, populares ſuos locupletes efficere, popularibus enim ditioribus factis, nec utique reges fore pauperes.* Panorm. 1v. c. 42.

Nec

god ſämia länge mellom thera wara / ty at ängin thera wil androm wägia / ok hwar thera will hälder ſit goz med walzgärningom wäria än med landzlagom.

IV. Nu ſkal ok almoge herrom ok höfdingom ſinom lyden ok wäl wiliande wara / ok herra ok höfdinga the ſkulu älſka ſin almoga / ok halda hanom frid ok frälſe ok goda ſämio inbyrdes. Ok hwa ſom wil hawa kärlek ok hult hierta af kununge / älla hwilkom han hälſt han tiäna / han ſkal wara

gnum (p) nam haud diu inter ſe vivunt concordes, quando neuter alteri vult cedere, ſuaqve bona quisque (q) per vim tueri magis, quam per leges publicas conatur.

IV. Subditi porro ſuperioribus ſuis (r) obedientiam (ſ) & benevolentiam præſtare debent, contra (t) ſuperiores amare ſubditos, eos tueri in pace, tranquillitate mutuaque concordia. Quisquis ambit Regis & cujuscunque ſuperioris amorem, (u) fidus illi ſit ac obediens,

(p) *Nam haud diu inter ſe vivunt concordes*) Bene hoc eſt annotandum; ipſi inter ſe concordes vivere vix poſſunt. Cujus rei cauſſa æmulatio ex ſuperbia. Quomodo Cæſaris & Pompei docent exempla apud Romanos. Lucanus lib. 1.

Tu nova ne veteres obſcurent acta triumphos
Et victis cedat piratica laurea Gallis,
Magne times: te jam ſeries uſuſque laborum
Erigit, impatienſque loci fortuna ſecundi.
Nec quenquam jam ferre poteſt, Cæſarve priorem
Pompejuſve parem ----

Salomon Prov. XIV. 10. *Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt.*

(q) *Per vim tueri*) Velut legibus certare ſit ignavum, & ruſticis ac mercatoribus conveniat: lites vero armis dirimere, generoſum & cordatum opus, dignumque bellica virtute, qua nobilitas cenſeri debeat. Hinc duellorum pugnarumque conſuetudo frequens inter nobiles, contempto judice, etiam priſcis temporibus.

(r) *Obedientiam*) Xenophon lib. VIII. Pæd. *Principi obedire, maximum apparet eſſe bonum ad conſequenda bona.* Solon rogatus, *quo modo civitas in optimo ſtatu poſſet degere, reſpondit, ſi cives magiſtratui obediant, magiſtratus vero legibus.* Stobæus ſer. 41.

(ſ) *Et benevolentiam*) Ariſtoxenus in Apophtegmatibus Pythagoræorum citante eodem Stobæo ſer. 45, *Subditos putabant* (Pythagorei) *non morigeros tantum, ſed amantes quoq; magiſtratuum eſſe oportere.*

(t) *Superiores amare ſubditos*) Iſocrates ad Nicoclem: *Principem qui fungi officio volet, oportet hominum & civitatis eſſe amantem. Nec enim fieri poteſt, ut vel equis, vel canibus, vel hominibus, vel ulli denique rei quiſquam recte præſit, niſi delectatur iis, quorum ei mandata eſt curatio.* Sopater apud Stobæum ſer. 44. *Quos prius non noſcebas, & nihil ad te pertinere putabas, eos jam factus princeps honorare debes, ceu notos & familiares, ac omnes tibi amicos eſſe cernens, paterna benevolentia complecti.*

(u) *Fidus illi ſit ac obediens*) Hoc enim ſuperiori placet, ac iccirco ejus animum conciliat, amicumque obſequenti reddit. Quando ſecundum Terentium ubique *obſequium amicos parit.*

Ne

ra hanom tro ok lyden. Han ſkal warna at han ey förſmae álla bryta hãs lag álla ſtadga/ok göre ánkte mote thy han biudr. Han ſkal ok warna med alle ſinne macht hans wrede ok owinſkap. Ty at Herra wrede han ár bade rádelik ok wadelik. Ok ty ſkal bade hwar manſwa af ridderſkap ſom af almoga göma ſik före kununr wrede. Ty at ta han ár dröfdr / ta ár ánkte utan dröwilſe i rike hans.

V. Nu ſwaſom thet ár kununge dygr heder ok ára hawa rikan almoga: Swa ár thet ok hwariom ádla ok byrdugom herra dygr blygd ok neſa/ heta ok wara ſtafkarla kunungur. Ok ty ſkulu kununga ok höfdinga warna / at the

diens, neceſſe eſt. caveatque (x) ne contemnat violetve leges ejus aut mandata, neque contra præcepta ejus aliquid agat. Omni quoque cura & ſollicitudine (y) iram ejus atque inimicitiam vitare debet. Nam ſuperioris ira & (z) formidabilis & periculoſa eſt. Quare quilibet(a) ſive ſit ex nobilitate, ſive ſit ex multitudine, Regis iram declinare debet. Nam cum ipſe perturbatus eſt,(b) regnum totum perturbatum eſt.

V. Jam ut Regi honeſtum ac decorum eſt, ſi opulentam habeat multitudinem: (c) ita indecorum turpeque generoſo principi, ſi vocetur ſitque Rex mendicorum. Quare cavere debent Reges principesque ne per injuriam multitudinem

(x) *Ne contemnat violetue leges eius*) Nam leges nihil, niſi ſcripta Regis voluntas. Porro volũtas alterius contemnitur & negligitur vel quod videtur iniqua, vel quod inutilis, vel quod vana, quia viribus deſtituta. Neutrum vero horum, quod conſiſtere cum amore alicujus poſſit. Ergo leges eius obſervandæ. Nicocles Iſocr. *Si rebus omnibus indicatis, quæ a vobis fieri volo, tamen nihil fit, non injuria contumacibus ſuccenſeo.* vid. Eccleſ. VIII. 5.

(y) *Iram ejus atque inimicitiam vitare debet*) Quæ oriri poſſit ex inobedientia contemptuque, de quo dictum in ſuperioribus. Neque debet hoc ad omnia, etiam inhoneſta iniquaque extendi.

(z) *Formidabilis & periculoſa eſt*) Salomon Proverb. XVI, 14. *Indignatio Regis, nuncii mortis.* Item cap. XIX, 12. *Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira.*

(a) *Sive ſit ex nobilitate*) Nec enim genus, vel opes, vel quidquam tueri poſſunt contra juſtam Regis iram. Valetq; plane tali caſu, quod legitur Eccleſ. c. 8. *Ne feſtines recedere a facie ejus, neque permaneas in opere malo: quia omne, quod voluerit, faciet. Et ſermo ejus poteſtate plenus eſt, nec dicere ei quiſquam poteſt, quare ita facis?*

(b) *Regnum totum*) Quippe cujus eſt anima. Non poteſt autem motus vehementior exoriri in anima, ut non ſimul corpus eo afficiatur.

(c) *Ita indecorum turpeque generoſo Principi, ſi vocetur ſitque Rex mendicorũ*) Quoniam fieri non poteſt, quin hoc ſit infirmior. At vero ex infirmitate contemptus.

Salo-

the göra ey ſin almoga arman medh olagom. Ty at ſwa ſiger Salomon wiſe: Riker almoge är kunungs åra ok tröſt landa/ ok armbr almoga är kunungz neſe.

VI. Hwa ſom wil flya kununz wrede ok hans owinſkap / warne at han ey hanom miſtyrne álla wanáro giöri i nokorom ſakom álla hans barnom álla ſyſtenom/ frándom álla magom/ winom álla tiäniſto mannom/ok hindre hwargen álla dröwe hans gods álla kununglikan rát.

VII. Wil kunungur álla höfdinge hawa lydin ok wilíogan almoga/ta ſkal han af ſina wágna theſſon try hawa: Han ſkal wara mildr/ gárna giwa ok ſkipta godz ok peninga ok hwat han hawer med ſinom mañom ok vndidanom/ ok á thöm förſt ok hálzt ther rónas i fro-

dinem faciant pauperem. Ira namque (d) Salomo ſapiens. Multitudo dives ornamentum eſt regis & ſolatium regionis; multitudo vero ægena regis eſt dedecus.

VI. Quisquis porro iram regis vult effugere ac inimicitiam, caveat ne offendat ipſum aut deſpiciat in re ulla, (e) vel ipſius liberos, vel fratres, ſororeſve, vel cognatos, vel generos, (f) vel amicos miniſtroſve, nec proventus aut jura ejus ulla ratione impediat vel affligat.

VII. Rex princepsve qui obſequiū & promptitudinem multitudinis exigit, tria hæc curare a parte ſua debet: (g) ut ſit beneficus, bona & pecunias ſuas opesque cæteras libenter diſtribuat inter miniſtros civesq; ſuos, & eos præcipue, (h) qui ſe probant ante alios

(d) *Salomon ſapiens*) Proverbiorum XIV, 28. At ibi ſermo eſt de copia & paucitate, non de opibus & paupertate multitudinis. *In multitudine populi, dignitas Regis, & in paucitate plebis, ignominia Principis.* Liquet, etiam hic ad ſuum reſpexiſſe inſtitutum.

(e) *Vel ipſius liberos, vel fratres*) Scilicet quæ his fiunt injuriæ, ad regem ipſum pertinent.

(f) *Vel amicos miniſtroſve*) Iſocrates in Nicocle, ex perſona Nicoclis, ad cives. *Ne invidete iis, qui apud me principem locum tenent, ſed contendite ut enitemini, ut ob probitatem & virtutem veſtram cum ſummis æquemini. Amandos & honorandos eos eſſe putate, quos Rex magni facit.*

(g) *Ut ſit beneficus*) Vide, quæ ſuperius ſunt dicta Parte II. par. 66. Reſpexit vero huc Anaxilaus Rhegii tyrannus, quando *interrogatus, quid in tyrannide feliciſſimum eſſet, reſpondit, nunquam beneficia conferendo vinci.* Stobæus ſer. 46. Epictetus: *Non expectaveris plauſus, ſtrepitus & laudes ut benefacias, ſed ſponte confer beneficia, & æque ac ſol amaberis.* Xenophon lib. I. Pæd. *Ut autem quis ametur a ſubditis, id quod mihi videtur eſſe maximum, eadem eſt ratio, quæ ſi quis amicis charus eſſe cupiat. Oportere enim puto, ut beneficium appareat.*

(h) *Qui ſe probant ante alios*) Nam hoc modo efficiet, ut plures quotidie honeſtati ac virtuti navent operam. Æſchines: *Hoc reputate, quod ſi munera paucis eiſque condignis contuleritis, multos vos habituros eſſe pro virtute certames.*

Fruſtra

i fromom ok dygdelikom mans gärningom. Än ta vm han ſpar wid thöm ſit godz ok päninga/ ta ma han wänta ſik af thöm litla lydno ok ängin god willia/ ta han thera meſt widtorf.

VIII. Han ſkal ok wara firi thöm ſom herra ok förſte i allo thy thöm warda/ wäria thöm firi allan orät ok genwärdo. Ty at ta the ſea ok röna at han ſäter ſik manlika med lif ok makt ut firi almogans heder ok tarfwa/ ta ſätia the ok ſik ut firi hans heder ok äro med lif ok lydno ok fullan godwillia.

IX. Han ſkal ok waara jämn ok rätwis i domom ok näpſtom ſinom / e hwa hälſt bryta kan/ rikr älla fatökr / kunnoger älla okunnogr/

lios probis & honeſtis facinoribus. Nam ſi tenax ſit adverſus tales opum aut pecuniarum, (i) fruſtra obſequium aut promptitudinem ab ipſis expectat eo, quo maxime habet opus, tempore.

VIII. Suis quoque omnibus dominus princepsque debet eſſe, ipſosque (k) tueri adverſus injurias omnes & adverſitates. Nam cum vitam viresque omnes cernunt animoſe diſcrimini objicere ad decus & emolumentum multitudinis, (l) ipſi quoq; ſe objiciunt periculis omnibus pro illius honore & auctoritate per obſequium & promptitudinem ſummam.

IX. (m) Æqualem denique juſtumque ſe in ferendis ſententiis, imponendiſque pœnis præbere debet, quisquis deliqverit, dives vel pauper, notus vel igno-

(i) *Fruſtra obſequium aut promptitudinem*) Quia pauci virtutem propter ipſam colunt, pars multo maxima fructum aliquem ex ea expectat, & quemliber *gratis pœnitet eſſe probum.* Ita ſub Philippo fuit Pythias *bonus pugnator, alienatus ipſi, quod tres filias inops vix aleret, nec a rege adjuvaretur.* Frontin. IV. c. 7, 37.

(k) *Tueri adverſus injurias omnes*) eas præcipue, quæ civibus afferuntur ab exteris. Et profecto ſinguli ſe ideo in ſocietatem conjunxerunt cum aliis, imperioque ſuperioris ſubjecerunt, ut quod uni factum fuerit injuriæ, factum omnibus videatur, & quod civibus accidit, ſibi accidiſſe imperans putare debeat.

(l) *Ipſi quoque ſe objiciunt periculis omnibus, pro illius honore*) Non modo, quia æquum dignumque cenſent, ob ipſius poteſtatem ac imperium, ſed &, quia ſuave, ob amorem, quo eum proſequuntur, imo utile ac neceſſarium, ob fidem promptitudinemque, quam a virtute ac dexteritate ipſius expectant. Mauritius noſter lib. VIII. Stratag. c. 1. *Cum neceſſaria ſuſcipiuntur negocia, non debet Imperator ipſe laboribus ſeſe ſubtrahere, tanquam eos contemneret, ſed & imperare, quæ ſunt factu neceſſaria, & cum ipſis militibus admovere manum. Sic enim miles ſit obediens duci ſuo pudore quodam, & laborem facile vincit.*

(m) *Æqualem*) Non remiſſiorem modo, modo ſeveriorem, prout alii aliique ſunt, quibuſcum ipſi eſt negocium. Hoc intelligere videtur.

Nec

nogr/ ok late ſik hwargen wildo gan rönas i näfft ilgärninges manna. Ok halde han tätta / ta hawer han af almoga rädzl ok lyd ne ok ſullan godwilia.

vel ignotus, (n) nec ſe ſtudio ullo rei privatæ abripi patiatur in ſumendis a ſontibus ſuppliciis. Quod ſi obſervaverit, multitudo eum metuet, colet obſequio, omnique promptitudine.

Siunde ok yterſte Flokken/

Om Rikſens wärn.

I.

Got är i frid boa. Ta är aldrei fridren ſwa godr / at han hawer iu ſkadan ſom iu tär. Ok ty är bätre wara firi war/ än äpte ſnar. Ty then hawer annan ſom iwi ſitter.

Then

Septimum ultimumq; membrum

De Regni munimentis.

I.

(a) BOnum eſt, vivere in pace. nunquam tamen pax tam bona eſt, (b) ut non damnum ei afferat, qui patitur. Qvare *melius, cavere prius,* (c) *quam poſtea feſtinare.* Nam (d) quiſquis ſuperior, is alteri imperat.

Ille

(n) *Nec ſe ſtudio ullo rei privatæ*) ad exemplum illius, de quo Euripides: *Amicis ſæpe donantibus aurum, fores non aperuit, neque morcs exhibuit ſerviles pecuniis perſuaſus. Peccantes vero ipſos, non fortunam, odio habebat.*

(a) *Bonum eſt, vivere in pace*) Quoniam infinita pacis commoda Silius lib. XI.

-- Pax optima rerum
Quas homini noviſſe datum eſt ---

Xenophon in Hierone: *Pax hominibus videtur ingens bonum.* Philemon Poeta apud Stobæum ſer. 5. *Nuptias, feſta, cognatos, liberos, amicos, divitias, ſanitatem, annonam, vinum, voluptatem pax confert. Quod ſi hæc omnia defecerint, perit omnis in ſocietate viventium vita.* Hinc Herodotus lib. 1. *Nemo tam eſt ſtolidus, ut bellum paci anteferat, ſi electio detur.*

(b) *Ut non damnum ei afferat, qui patitur*) Licet alias, & per ſe ſit utiliſſima. Nempe quiſquis bello eſt inferior, pacem cogitur inire non ſuo, ſed victoris arbitrio, quod tametſi æquum ſit, ſi cauſſas, & reliqua hic ſpectari ſolita reſpicias, tamen ſi eventum conſequentiaque, non poteſt victo non grave ac moleſtum videri. Quanto magis, ſi arbitrium id fuerit iniquum. Quare danda opera proviſioneq; tempeſtiva cavendum ne ad petendam pacem adigi nos neceſſe ſit. Hic loci ſenſus.

(c) *Quam poſtea feſtinare*) Hoc eſt, inanem adhibere diligentiam, curſitare, ac ſervandæ comparandæve paci utilia congerere. Quoniam niſi hoc in tempore fiat, fruſtra ſuſcipietur a præventis atque interceptis. Pæne ſimile eſt, quod habet Valerius apud Dionyſium Halicarn. lib. XI. *Melius eſt providere, quam pœnitere; & improbis non credere, cordarius eſt, quam ubi eis crediderís, eoſdem incuſare.* Certe nulla re alia tutum te præſtabis, quam ſi nuſquam ſis ſecurus. Nemo vincitur facilius, quam qui ne vincatur, minime timet. Quare prudenter Publius: *Metuendum ſemper eſt ei, quod tutum velit,*

(d) *Quiſquis ſuperior*) Ille vero facile exiſtit ſuperior, qui prævenit incautum ſecurumq;. Nam elapſo ſemel tempore opportuno, feſtinatio quantacunque ſera eſt. *Neque*

II. Then är sannelika firi war/ ther alt kan huxa ok warna thet han ma tima / ok ey torf sigia sidan hanom nakot timt är : thet huxade iak ey at tätta warda matte.

II. Ille revera cautus est, qui futura omnia potest prospicere cavereq;,(e)neq; postquam aliquid evenit, dicere necesse habet: istoc eventurum non putabam.

III. Nu hörer warnande förakt til/thet landom ok almoga skal wara til frid ok ro / före owinom thera. Ok swasom mañen tarf try til sins styrilse/ god skål / god athäwe / ok sikra wärn firi thy han ma skada til lif ok likama : swa torf ok hwart rike ok landskap hawa thässen try til sin god styrilse/ thet är witran kunung/god Lag ok sidwänio/ som för är sakt/ ok sikra wärn firi owinom thera.

III. Porro cautione ac provisione opus, ut regio multitudoque sit tuta adversus hostes. Atq; sicut tria homini cuivis necessaria sunt ad sui gubernationem, ratio recta, mores boni, fidaque custodia adversus ea, quæ vitæ corporique ipsius nocumentum aliquod afferre possunt : pariter hæc tria necessaria sunt regno cuivis regioniq;, ut bene sese habeat, rex prudens, leges moresque boni, sicut supra dictum est, & (f) tuta contra hostes propugnacula.

IV. Nu äru thön wärn twäskuna : En är god ridderskap ok triwin almogr / til at wäria land

IV. Propugnacula porro sunt duplicia : Unum (g) a nobilitate, bona (h) & prompta multitudine, ad

(e) *Neque postquam aliquid evenit*) Talis fuit Iphicrates, de quo Plutarchus: *cum in sociorum agro castra metatus vallum extrueret, & fossam duceret, objiceretque aliquis, quid sic metuimus ? tum ille : nulla imperatoris vox deterior esse potest, quam, Non putabam.* Videlicet in bello vel præcipue non tã emendari, quam defleri possunt præterita, *non* enim ibi, quod dicebat quondam Lamachus, *delinquere bis licet.*

(f) *Tuta contra hostes propugnacula*) Vidit Augustus, ac ut cætera in imperio, ita hanc partem prudentissime excoluit. Laudant apud Tacitum viri periti lib. 1. An. c. 9. dicuntque ab eo *mari Oceano, aut amnibus longinquis septum imperium, legiones, provincias, classes, cuncta inter se connexa.* Pariter de Druso Florus lib. IV. c. 12. *In tutelam provinciarum præsidia atque custodias ubique disposuit, per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit. Bonnam & Gesoniam cum pontibus junxit, classibusque firmavit.*

(g) *A nobilitate bona*) Cujus ubique fere hoc peculiare munus ut exerceat militiam, & armis suis patriæ sit subsidio.

(h) *Et prompta multitudine*) hoc est, facili, ad expedienda ea, quæ a nobilibus imperantur. Ita enim putat optime se habituram reipublicæ securitatem, cum & nobiles artem bellandi teneant, & multitudo reliqua imperiis eorum, si periti sint, obsequatur.

A mu-

land ok rike/ med ſtrid och bardaga/ firi owinom thera. Annor wärn landa är faſt hus ok borgr til at hindra rikeſins owini af inkomo thera.

V. Nu ſigr Ariſtoteles, at mera gör i ſtrid ok bardaga/ witer förſca ok god nänna/ än ſtyrkiekr ok dyger ſiälde manna. Ok med wiliogum/ röntom/ nännogom ok oräddom mannom/ ſkal man ſiker ſtrida/ ok ey med räddom/ dulgom ok twähuga mannom. Ok ty hwa ſom ſikr wil ſtrida/ han ſkal ther til wälia wiliogt folk ok lytit/ thet want

ad tuēdas regiones bellis præliisq; apertis contra hoſtes. Alterū propugnaculum (i) a munimentis arcibusque ad prohibendos hoſtiles incurſus.

V. (k) Dicit autem Ariſtoteles, amplius in bellis præliisque efficere prudentem proviſionem & promptitudinem, quam robur & multitudiné militum; tutiusq, adhiberi ad prælia viros promptos, expertos, cordatos, & intrepidos, quam meticuloſos, dubios & ambiguos. Quare qui pugnare quærit cum ſucceſſu, eligat ſibi (l) homines volentes, (m) & paucos, & ſue-

(i) *A munimentis*) In Suetico eſt faſt hus/ id quod *domos munitas* ſignificat. Quanquam non domus ſolæ regionem tutam faciant ſic munitæ. Aliquando melius hoc præſtant ſylvæ, & flumina, & montes. Ita ſupra vidimus apud Tacitum & Florum. Et Curtius Euphratem, Tigrin, Araxen flumina vocat *magna munimenta regni Perſici*, lib. IV. c. 5. & 14.

(k) *Dicit autem Ariſtotel s*) Etiam hunc locum nec dum reperire potui. Quin imo ſuſpicor, pro Vegetio Ariſtotelē nominaſſe. Convenit interim Sophocles in Aiace: *Non lau, validiſque dorſis præditi viri tutiſſimi, ſed qui recte ſapiunt, ubivis vincunt.* Et Phocilides: *Vir ſapiens robuſto præſtantior eſt.*

(l) *Homines volentes*) aut certe non omnino nolentes. Revera enim *malus miles eſt, qui Imperatorem gemens ſequitur*, ut ait Seneca ep. 107, *canibuſque invitis ægre capias vel leporam*, ut Germani mei proverbio circumferunt. Nam alias dilectus non ubique, non ſemper talis, ut ultro citati ad nomina reſpondeant. Sæpe legimus in hiſtoria Romana, indeque pœnæ detrectantium militiam, vincula, verbera, bonorum ſpoliatio, & id genus, de quo late Lipſius l. de Mil. Rom. dia. 4.

(m) *Et pauſos*) Quoniam in bello non numerus rem conficit, ſed virtus. Vegetius lib. III. cap, 26. *Amplius juvat virtus, quam multitudo.* Quare optimus exercitus mediocris multitudinis, quia regitur facilius, paret melius, alitur commodius, movetur promptius, ſpacio anguſtiore continetur. Contra *nimium copioſos exercitus apparet magis propria multitudine, quam hoſtium virtute depreſſos. Nam pluribus caſibus ſubjacet amplior multitudo. In itineribus pro mole ſua ſemper eſt tardior, in longiore autem agmine etiam a paucis ſuperaentum aſſolet pati, in locis aſperis vel fluminibus tranſeundis propter impedimentorum moras ſæpe decipitur. Præterea ingenti labore numeroſis animalibus equiſque pabula colliguntur. Rei quoque frumentariæ difficultas, quæ in omni expeditione vitanda eſt, cito majores fatigat exercitus. Nam quantumlibet ſtudioſe præparetur annona, tanto maturius deficit, quanto pluribus erogatur. Aqua denique ipſa nimiæ multitudini aliquando vix ſufficit. Quod ſi caſu acies verterit tergum, neceſſe eſt, multos cadere de multis, & illos, qui effugerint, ut ſemel territos, poſtea formidare conflictum*, ait opti-

want ok kônt ár i strid ok bardaga. Ok rádda mán ok mismánio skal man ey ther til hawa: Ty at en ráddr man i strid han ma hindra ok rádda góra hundrada/ med rádde ok twáhuga sinom / the állas hafden huxat mandom fylgia. Ok sigr han: Swasom pris ok ára skal wara dygdenna lón: Swa skal ok rádde ok odygd hawa skam ok skada at sinom lónom.

(n) & svetos militiæ, inq; præliis cordatos. Timidi & effeminati ad hoc negotium non adhibendi (o) timidus enim unus in bello centum aliis injicere pavorem potest pavore trepidationeque sua, qui alias suissent fortes. Additque: (p) sicut gloria & honor præmium debet esse virtutis: ita pavoris turpitudinisque præmium dedecus & infamia.

VI. Ok skulu wise kununga ok höfdinga thet hawa til sidwánio i strid ok örlog/ the sit folk wilia góra wálwiliogt/ at hwa innan strid gör froma gárninga / han skal hawa pris ok áro frã alla sattr/ok hedradr

VI. Reges principesque prudentes hanc servare debent consvetudinem in bellis præliisque, si suos promptos volent reddere, ut qui bene sese gerat in prælio, (q) eum ante alios laude ornent atque

optime dictus Vegetius lib. III. c. 1. Fronsbergius dux egregius in libris quos superioribus temporibus Germanice scripsit, mille ducentosque milites probos sufficere ad quidvis in bello expediendum putabat.

(n) *Et svetos militiæ*) sive usu, sive crebra exercitatione, quorum illud foris & in castris sive propriis, sive aliis bella gerentium, hoc domi quoque, ac per ludum potest haberi.

(o) *Timidus enim unus*) Habemus non inelegans exemplum hujus rei apud Tacitum III. Histor. c. 16. in Varo. sic enim auctor: *Pavidus interim Varus turbæ suorum miscetur, intulitque formidinem. Pulsi cum sauciis integri, suomet ipsi metu & angustiis viarum conflictabantur.* Cæsar lib. I. B. Gal. *Timor primum ortus a tribunis militum ac præfectis, reliquisque qui ex urbe amicitiæ causa Cæsarem secuti, non magnum in re militari usum habebant. Horum vocibus ac timore paulatim etiam ii, qui magnum in castris usum habebant, milites centurionesque quique æquitatui præerant perturbabantur.*

(p) *Sicut gloria & honor*) Nempe duo ista maxime animare solent ad subeunda pericula & rem fortiter gerendam. Aristoteles III. Nicom. c. 11. *Videntur cives pericula subire, cum legitimis pœnis atque ignominiis compulsi, tum honoribus ac præmiis invitati. Atque ob eam caussam apud eos maxime viri fortissimi reperiuntur, apud quos & infamia notantur ignavi, & honore afficiuntur viri fortes.*

(q) *Eum ante alios laude ornent*) Sicuti Romani fecere. Polybius lib. VI. *Ubi prælium aliquod est commissum, ac juvenes aliqui fortiter se gesserunt, imperator advocato in concionem exercitu, productis prope se iis, quorum præ ceteris virtus insignis extitit, primum quidem singulos illorum*

hedradr med godom gaſwom. Of hwa ther wardr röntr i rädde of odygd / han ſkal warda nidradr med blygd of ſkada.

VII. Han ſigr of huru wi magom ſkuda the män / wäl äru ſkapade til ſtrid of ärwode / of ſigr / at the ſkulu hawa mykin hug / of ſtadugt hiärta / bret bryſt of härda / of ſkulu hals of höwd rät halda of raſkliga höra / the ſkulu hawa liwandes ögon of raſka upſyn / ſtora händr of harda knokor / ſtor ben of lidamot / ſtora of harda ſinur / hart kiöt of litit / hwa ſom hawer mykit fläſt han ma ey mykit ärwo-

atque donis pulchris honorent. Qui vero timidus & ignavus deprehenſus fuerit, is (r) a gradu ſuo dejiciatur, & afficiatur ignominia, & damno

VII. (ſ) Idem oſtendit, quo pacto ſecernere viros ad militiam, laboresque idoneos debeamus ab aliis ex habitu ſuo, aitque valido corde eſſe oportere, pectus habere latum firmumque, caput cervicemque tenere erectam, celeri auditu præditos eſſe, oculos habere vividos clarosque, manus laras, articulos firmos, oſſa & membra ſolida, nervos magnos durosque, carnem firmam paucamque. (t) obeſos enim ægre

lorum laudat a fortitudine, & ſi quid aliud in eorum vita fuerit, quod commemorari cum ipſorum laude queat: deinde ei qui hoſtem vulneraverit, haſtam donat, qui proſtraverit & ſpolia detraxerit, pediti quidem phialam, equiti vero phaleras &c. Hac autem ſtimulatione non eos tantum, qui præſentes audiunt, ad pericula certatim & cum æmulatione, adeunda excitant; ſed eos etiam, qui ſunt domi. Nam qui donis hoc genus ſunt donati, præter gloriam, qua fruuntur inter legiones, & famam, quam domi ſtatim conſequuntur, hoc amplius reverſi in patriam feſtorum ludorumque ſolemnia inſignes cultu agitant. Nam ejuſmodi ornamenta geſtare ſolis licet eis, qui virtutis cauſſa ab Imperatore fuerint iis honeſtati. Volui locum, quamvis prolixiorem, exſcribere, ut conſtaret etiam Polybii judicio, quid Romanos fecerit in præliis tam cordatos atque promptos, indeque poſſet colligi, quid noſtræ militiæ hac parte deſit, ac iniri ratio, qua ſalubre inſtitutum denuo in uſum revocetur. Nec enim difficile fuerit, & effectum habebit, quantum credere nunc pauci poſſunt.

(r) *A gradu ſuo dejiciatur*) mutata militia. Quomodo Romæ de captivis a Pyrrho redditis *decreverunt, ut ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent, qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transſcriberentur*, ſicut ait Valerius lib. II.

(ſ) *Idem oſtendit*) Neque hoc ubi habeat Ariſtoteles excogito. Nam quæ leguntur in ipſius Phyſiognom. cap. 3. pauciora ſunt. Sic enim habent: *Animoſi ſigna, frons bene magna & carnoſa, & lævis, quæ ſunt circa oculos, videntur humiliora, & facies ſommolentior, neque immenſe aſpiciens, neque remiſſe &c.* Propiora ſunt Vegetii lib. 1. c. 6. *Sit adoleſcens Martio operi deputandus vigilantibus oculis, erecta cervice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus digitis, longioribus brachiis, ventre modicus, exiliori cruribus, ſuris & pedibus non ſuperflua carne diſtentis, ſed nervorum duritia collectis.*

(t) *Obeſos enim ægre ſuſtinere multos labores*) Quoniam mole carnis gravantur ac impediuntur. Ideo & repudiati tales ac rejecti olim e militia. Ageſilaus ſane equitem præpinguem privavit equo. idem de Catone Cenſorio legitur. Et Gellius lib.

VII.

årwoda/ ok hwa ſom blöt kiöt hawer / han hawer got nänne ok lula makt til årwode ok hard ting.

VIII. Mäſtar Egidius han ſigr ok i ſinne bok/ the han hawer giort af kununga ſtyrilſe / at thön åru atta thöm tilhöra/ther ſik wilia wäl hawa i ſtrid ok örlog.

IX. Thet förſta är thet/ at the ſkulu wara wiliande ok mogande/ tula mykin tunga ok årwode/ the ſkulu ſamlika i wapnom wara. Ty at hwa ſom ey giter tolt at han ſamlika wardi wapnom / han är onytr i ſtrid/ty at han kan ta hälſt war-

ægre ſuſtinere multos labores,(u) quorumque caro mollis eſt, animo quidem prompto eſſe, cæterum deſtitui viribus ad perferendas moleſtias & labores.

VIII. (x) Magiſter Ægidius etiam in ſuo, quem de regimine Regum ſcripſit, libro, dicit octo eſſe neceſſaria iis, qui ad prælia & militiam adhiberi debent.

IX. Primum eſt, (y) ut velint poſſintque ferre (z) moleſtias multas & labores,(a) & exercitati ſint in armis. Nam qui non patitur ſe exerceri in armis, in prælio eſt inutilis,(b) quippe qui occidi poteſt

VII. c. 22. *Nimis pingui homini & corpulento Cenſores equum adimere ſolitos legimus, ſcilicet minus idoneum ratos eſſe, cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus.*

(u) *Quorumque caro mollis eſt*) Ariſtotelis verba ſunt II. de Anima cap. 9. *Qui ſunt duri carne, ii ſunt inepti mente. Qui vero ſunt molles carne, ii ſunt ingemoſi menteque dextri.*

(x) *Magiſter Ægidius*) Libri tertii parte III. c. 4.

(y) *Ut velint poſſintque ferre*) Optime, *ut velint*, nam hoc primum eſt, facitque leve quod alias eſt oneroſum. Sed oportet alterum accedere, videlicet *ut poſſint*. Utrumq; diſciplina, uſu, & exercitatione obtinetur, de qua mox.

(z) *Moleſti is multas & labores*) Quales requirit militia cum in caſtris itineribuſque, tum in præliis conflictuque cum hoſte. Et memorat Cicero in Tuſcul. II. *Quis labor & quantus agminis? ferre plus dimidiati menſis cibaria: ferre ſi quid ad uſum velim: ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam noſtri milites in onere non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus.*

(a) *Et exercitati ſint in armis*) Nam quantacunque laborum patientia, ſine peritia, exercitatione comparata, nulla eſt. Unde Vegetius, lib. I. c. 13. *Nihil neque firmius, neque felicius, neque laudabilius eſt Republica: in qua abundant milites eruditi.* Et Mauricius noſter lib. VIII. Strat. c. 2. *Paucos natura inſtruxit virtute, ſed diligentia & exercitatio fecit idoneos.*

(b) *Quippe qui occidi poteſt*) Vegetius iterum lib. I. cap. I. *Scientia rei bellicæ, dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit. Etenim in certamine bellorum, exercitata paucitas ad victoriam promptior eſt; rudis & indocta multitudo expoſita ſemper ad cædem.* Adde Ariſtotelem III. Nicom. c. 11.

Qui

warda ſlagin / han waras minzt.

X. Annat är thet / the ſkulu förmaga idkelika öwa limi ok likama / at tula mykit ärwode. Ty at hwa ſik i ſtrid idkelika rörer / han warder ey giärnt ſkutin älla ſtungin.

XI. Tridia är thet / the ſkulu gita tolt litla ok almänninx födo. Ty at thet är dijgt tunge föra tung wapn ok kräſelika födo. Hwa ſom wil manlika örloga / han ſkal ſik göma för ofäto ok ofdrikkio / ty at ther af wardr man tungur ok oluſtogr.

XII. Fiärda är / at the ſkulu ey akta blötlika liggia älla ſitia: ty at the ſkulu idkelika i wapnom wara.

teſt facilime, ubi minime proviſet.

X. Secundum eſt, ut habeant corpus agile membraque aſſueta perferendis multis laboribus. Nam (c) qui agilis eſt in prælio, non facile vulneratur.

XI. Tertium, ut (d) pauco & plebejo victu ſint contenti. Majus namque onus eſt arma ferre gravia, & cibos delicatos. Qui vult miles eſſe bonus, a cibo potuque nimio debet abſtinere, (e) quia per hæc homines evadunt tardi atque triſtes,

XII. Quartum, (f) ut jacere vel ſedere molliter ne curent, nam in armis frequenter eſſe coguntur.

Fäm-

Quin-

(c) *Qui agilis eſt, in prælio*) Suetica ſic habent, *qui ſe frequenter in prælio movet.* Ægidii ea verba ſunt: *homine continue ſe ducente & movente, vix, & nunquam ad plenum aliqua percuſſio poteſt ipſum attingere.* Sententia eſt, debere milites non ſtipitum inſtar immobiles ſtare, cum congrediuntur ferro cum hoſtibus ſed corpus huc illucque flectere, ita namque fore, ut incertos faciant ictus hoſti, aut ſi vulnerentur, levius accipiant vulnus. Ac exercebantur olim in Gymnaſiis ad has corporis flexiones. Unde Dioxippus pugil nobilis in certamine cum Horrata lanceam in ſe emiſſam *exigua corporis declinatione* vitavit, apud curtium lib. IX. c. 7. Simili dexteritate legimus in Sacris etiam, declinaſſe Davidem emiſſam in ſe lanceam a Saul, 1. Reg. cap. 19. quoniam & militibus hoc uſurpatum. Ideo velut proprium in exercitatis militibus Ariſtoteles commemorat lib. III. Nicom. c. 11. *ictus vitare, & hoſtem ferire.*

(d) *Pauco & plebejo*) Duo exigit, ut nec multum, nec delicatum cibum appetant. De pauco cibo docent ſuo exemplo etiam Romani, apud quos milites ea menſura frumentum accipiebant, qua vulgo ſervi, neque liberalius habebantur. Vide Lipſium v. Mil. Naval: c. 16. Docent imo & de plebeio, quando cibus communis militum lardum, caſeus, poſca, quem iccirco caſtrenſem atque militarem appellarunt. Ita de Macedonibus Charidemus apud Curtium lib. III. c. 2. *Cibus, quem occupant, ſatiat.* Vegetius ſimiliter de utroque lib, 1. c. 3. *Parvo victu utantur, & ruſtico.* Nam *parvus* victus, quod teſtantur legi in libris optimis, ſine dubio eſt *paucus.* Quomodo *parvo aſſueta juventus*, apud Virgilium, & *contentus parvo*, apud Ciceronem, aliaque hujus generis.

(e) *Quia per hæc*) Vide ſupra Par. III. 11. & 7.

(f) *Ut jacere vel ſedere molliter*) Tale namque aliquid nec haberi poteſt, & repugnat

XIII. Fämta ár/ at the ſkulu ey akta ſit likamlika árwode ok wada/ fram för then hedr ok tarwe/ the ſkulu för ſit órlog ſa. Ty at árlikare ár med dygd ok mandom ſtrida ok döa/ án liwa med ſkam ok ſkada.

XIII. Quintum, ut contemnant labores omnes & pericula corporis (g) præ gloria & honore, quem ex rebus geſtis conſequentur. Quoniam honeſtius (h) fortiter in prælio occumbere, quam vivere cum damno ac dedecore.

XIV. Siátta ár/ at órlogismán ſkulu tora ſea manna blod. Ty at thet ár quinna athäwe/ ey tora ſea far álla blod manna.

XIV. Sextum, (i) ut aſpectum vulnerum & ſanguinis humani queant ferre. Muliebre namque vitium, non poſſe contueri vulnus ſanguinemve humanum.

XV. Siunda ár/ at the ſkulu hawa konſt ſik at wária ok andra ſla.

XV. Septimum, ut ſciant (k) artem & tuendi ſeſe, & lædendi alios.

Attun-

Octa-

gnat illi patientiæ, quæ in militibus laudatur. Unde Ælianus noſter lib. IX. c. 24. *Quomodo hic vel humi, vel in ſtragulo, vel in gramine collis alicujus acclivis cubare potuiſſet, vel etiam in pelle tauri, ut Diomedes? Qualis lectus decet militem fortem & generoſum.* Adde, quæ ad illum locum annotavimus.

(g) *Præ gloria & honore*) Quomodo Salluſtius in Bello Catilin. c. 7. de Romanis: *gloriæ maximum certamen inter ipſos erat. ſic ſe quiſque hoſtem ferire, murum aſcendere, conſpici, dum tale facinus faceret, properabat: eas divitias, eam bonam famam, magnamque nobilitatem putabant. laudis avidi, pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, divitias honeſtas volebant.*

(h) *Fortiter in prælio occumbere*) Ad eundem modum Charondas in legibus ſuis: *pro patria mori honeſtius ducatur, quam vivendi cupiditate patriam & honeſtatem deſerere. Præſtat enim honeſte mori, quam vivere turpiter & cum opprobrio.* Cic. lib. I. de Offic. *Cum tempus eſt, neceſſitaſque poſtulat decertandum manu eſt, & mors ſervituti turpitudinique anteponenda.* Lege cætera, nam oſtendunt, cautionem adhibendam, ut mors cenſeatur glorioſa, quando *virorum fortium eſt, magis mortem contemnere, quam odiſſe vitam*, uti loquitur Nabarzanes apud Curtium lib V. cap. 9. Ariſtoteles ipſe teſtis eſt, hanc rem efficere cordatos, & quævis ardua ſubeuntes lib. III. Nicom. c. 11. *Civiles copiæ pugnantes occidunt, id quod in Hermæo contigit. Nam & fuga civibus turpis, & mors tali ſalute optabilior eſt.*

(i) *Ut aſpectum vulnerum & ſanguinis humani*) Nam & hoc eſt grave inſuetis, ſicut experientia teſtatur. Vegetius lib. III. c. 10. *Qui ante longum tempus aut omnino nunquam videre homines vulnerari vel occidi, cum primum aſpexerint, perhorreſcunt, & pavore confuſi de fuga magis quam de conflictu incipiunt cogitare.* Romani hoc fine inter alia inſtituerunt gladiatoria ſpectacula, ut nonnulli cenſent.

(k) *Artem & tuendi ſeſe & lædendi alios*) Bene duo iſta jungit, quia neutrum abſque altero prodeſt. Sic Vegetius lib. I. c. 11. de iis, qui ad palum ſe exercent. *In hac meditatione ſervabatur illa cautela, ut ita tyro ad inferendum vulnus inſurgeret, ne qua parte ipſe pateret ad plagam.*

Longe

XVI. Attunda är thet / at godom örligis mannom ſkal wara digr blygd ſlya álla ofráddan warda. Of ſigr Ariſtoteles, at thär hittas giärnt frámi mán of turuge/ thär the warda árade i godom lönom.

XVII. I alla manna athåwe är förhuran god / tho är han máſt tarflik i ſtrid of bardaga. Ty at án i androm manna athåwom warder nokot förgiátit / álla ey ſwa wál giort ſom thet ſkulde / ta ma thet bátras of bot a radas. Án i ſtrid of ſtorm a hawi/ hwa ſik owarlik tilredr / ther gitr han ánga bátring a komit / utan wári ſit líf med mandom/álla döe tár han komin ár. Of ty torf wis kunungur álla höwizman i hár/ huxa of warna/ huru han mage ſwa ſtrida wit owini ſina / at hanom álla hans

XVI. Octavum, ut milites boni putent (l) longe turpiſſimum fugere, aut plurimum trepidare. Dicitq; porro(m) Ariſtoteles,ibi fere promptos ac audaces inveniri milites, ubi præmiis & ſtipendiis honeſtis ornantur.

XVII. In omnibus cœptis hominum utilis provîdentia, ſed in bello præliisque maxime eſt neceſſaria. (n) Nam ſi cæteris in cœptis oblivione quidpiam omittitur, nec æque bene ſicut oportebat, conficitur, conſilio id emendari poteſt. At in prælio & tempeſtate maris ſi quis ſeſe parat improvide, errorem corrigere non poteſt, ſed cogitur aut tueri vitam ſuam virtute, aut mori in oblato diſcrimine. Quare ſapientem regem ducemve belli curam adhibere oportet, ut ſic pugnet cum hoſtibus,(o) ne ſibi exercituive ſuo d a-

(l) *Longe turpiſſimum fugere*) Quomodo Laco ille mori maluit, quam fugere,apud M. Senecam Suaſor. 11. *Occide*, inquit, *non ſervio. Potui non capi, ſi fugere voluiſſem.* Gavius Sabinus in eadem Suaſoria : *Turpe eſt cuilibet viro fugiſſe, Laconi etiam dehberaſſe.* Et profecto, *in prælio qui maxime timent, his maximum periculum eſt*, ait apud Salluſtium Catilina. Nam

Mors & fugacem perſequitur virum.

(m) *Ariſtoteles*) Lib. III. Nicom. c. 11. verba ſupra retuli.

(n) *Namſi cæteris in cœptis*) Ita plane Mauricius noſter lib. VIII. Strat. c. 2. *Qui cæteris in rebus errat, poteſt celeriter errorem ſuum corrigere : quæ vero peccantur in bello, eorum damna immutari nequeunt.*

(o) *Ne ſibi exercituive*) Sibi quidem dedecus, ex quo contemptus apud ſuos, indeque detrectatio obſequij, ſine quo nil poteſt effici in bellis. Cæſar ait lib. I. Bel. Gall. *ſcire ſe, quibuſcunque exercitus dicto audiens non fuerit, aut male re geſta fortunam defuiſſe, aut aliquo facinore comperto avaritiam eſſe convictam.* Exercitui vero damnum, ex quo fere ſemper aliqua rerum mutatio, eaque in deterius. Prudenter Comminæus lib. I. *Eſt ſane*

hans folke time ey ofmykin ſkadi álla blygd. Ty at i thóm fallom/ i bardaga kunno tima / thet gitr man ey bátrat vtan med wiſe fóreakt. Ok thy ſigia wiſe mán/ the i ſtrid árn rónte / at the áru tolff/ ther wis kununger álla fórman ſkal akta ok warna ta han ſtrida wil.

XVIII. Fórſt ſkal han hura ok wál fórſtanda / um han hawer ſwa mykla manna makt/ſom hans orwin/ then med hanom wil ſtrida. Ty at thes ár win / at han winne ſiker / ther mera folk fórma til ſtrid.

damnum dedecuſve nimium afferatur. Ea enim quæ in prœliis poſſunt evenire, caveri melius, (p) quam providentia nequeunt. Quamobrem (q) viri prudentes & periti bellorum ajunt, duodecim obſervare ſapientem Regem ducemve oportere, antequam prœlio decernat.

XVIII. Primum videre, beneque exploratum habere debet, (r) an viribus ſuis multitudineque hoſtium viribus ſit æqualis, quibuſcum prœlium decrevit committere. Is namque obtinet plerumque victoriam, qui militum numero

ſane res plena periculi, dimicare prœlio, propter incertiſſimum eventum. Nam etiam ut modica ſit accepta clades, fieri tamen non poteſt, quin aliqua fiat rerum converſio, partim metu hoſtium, partim contemptione & deſpectu illius, qui infeliciter pugnavit, oritur fremitus & indignatio militum, qui & magnis jacturis conciliandi ſunt.

(p) *Quam providentia*) Hoc eſt, ſi conſiderentur ante, quæ poſſunt evenire, ac vel vitentur idoneis certiſque rationibus, vel ne tententur quidem, prœlio in tempus aliud opportunius dilato, quum ſit melius, pugnam non committere, quam ſe temere fortunæ jactandum dare, per improvidam audaciam. Euripides in Phœniſſis: *Melior eſt dux circumſpectus, quam temerarius.*

(q) *Viri prudentes & periti bellorum*) Quos hic reſpexerit Noſter, equidem haud dixerim. Id tamen obſervo, eadem hæc duodecim, ſex pertinentia ad milites, ſex pertinentia ad quaſdam circumſtantias negocii, proponi ab Ægidio prædicti libri partiſque cap. 9. Quanquam Noſtro ſint tractata pluribus, per rationes, ſententias, & exempla, ſicut ubique conſuevit.

(r) *An viribus ſuis multitudineque hoſtium viribus ſit æqualis*) Non hic ſermo eſt de qualicunque multitudine, ſed virorum ad bella utilium. Nam alias monſtratum in ſuperioribus, ſolum numerum nil poſſe. At de multitudine bonorum militum quis neget, eam eſſe validiorem paucitate? Livius lib. IX. c. 17. *Plurimum in bello poſſere videntur militum copia & virtus.* Ariſtoteles II. Pol. c. 1. *Quod quantitate, utile eſt, ſi idem eſt ſpecie.* Quod Heinſius ſic explicat: *Subſidium quod conſtat ex militibus, quo plures ſunt in eo milites, hoc melius habetur. eo enim majus eſt.* Ipſe Moſes hoc reſpectu, cum emitteret ſuos exploratum terram promiſſam, Num. XIII, 19. *Conſiderate terram, qualis ſit, & populum, qui habitator eſt ejus, utrum fortis ſit, an infirmus, ſi pauci numero, an plures?* Ideo Mauricius lib. VIII. Strat. c. 2. *Qui ſuas & hoſtium vires inter ſe non comparat, graviſſime errabit.*

Cujus

ſtrid. Vtan then lete lit / ther liten hawer kniwen. Of hwa minna förma i allom ſkanzom / hanom är bätra wägi ok fridſämi leta / än ſtrida ok waga til otarwa.

XIX. Annat är / at han ſkal akta / hwarn wägen flere äru / the wani äru wit ſtrid. Ty / at ſwa ſom ſägr Ariſtoteles / ſidwänia är hwariom ſwaſom naturlik ſkipelſe. Hwa ſom wan är i ſtrid ok bardaga / han är bäter wan i wapnom / än i digra ärwode / än han ſom thes är owan / ok ty är thes wan / at then ma ſtrid winna. Meta mod hawer thet folk ſom i ſät är wid ſtrid / än thes är owant.

XX. Tridia är / at han ſkal akta / um han hawer thet folk ther tola ma hära föda. ty at ängin gitr i härfärd hwario luſtmäti fangit til mat ok drik / äpte wilia ſinom. Of kombr giärnt / at män ſom äru blöte ok quinzke / gita ey tult mangfallelikan tunga / then här-

ro eſt potior in prælio. *Quare quærat ſocios ubi conſociati ſunt armati.* Et (ſ) cujus vires ſunt infirmiores omnibus in rebus, ei conſultius eſt quærere viam & concordiam, quam citra neceſſitatem præliari.

XIX. Secundum, quod obſervare debet, eſt, ex qua parte plures ſint prælii aſſueti. Nam, (t) ut ait Ariſtoteles, conſuetudo cuivis eſt velut ſua natura. Qui aſſuetus eſt prælii, plus eſt ſuetus armis (u) & frequentior in laboribus, quam inſuetus, unde victor fore præſumitur. Animorum habet plus ſuetus bellis populus, quam non ſuetus.

XX. Tertium, utrum habeat milites (x) victu militari ſuetos, nemo enim in militia genus omne habere poteſt deliciarum in cibo & potu, quas deſiderat. Evenitque plerumque, ut qui molles ſunt ac effœminati (y) onera varia ſuſtinere nequeant, quæ militibus ſunt feren-

(ſ) *Cujus vires ſunt infirmiores*) Ariſtoteles: *Satius eſt his, qui plus pollent, aliquid rerum ſuarum relinquere, quam bello victos cum rebus perire.* Cicero V. Epiſt. 21. *Quavis tuta conditione pacem accipere malis, quam viribus cum valentiore certare.*

(t) *Ut ait Ariſtoteles*) VII. Nicomach. c. 11. *Conſuetudinem mutare difficile eſt, quia naturæ ſimilis eſt.* Galenus lib. 1. de tuenda val. *Conſuetudo altera natura.*

(u) *Et frequentior*) In Suetico eſt, än i digra / ſed opinione mea pro än legendum ok. Cætera hujus loci dixi ſupra.

(x) *Victu militari*) Duro, agreſti. Dixi de hoc itidem ſupra.

(y) *Onera varia ſuſtinere nequeant*) Qualia ſunt cum extra prælia in caſtris, itineribus, & ſimilibus, tum in ipſis prælis, vulnera præſertim, atque ad poſtremum ipſa mors. Nam ut ait Vegetius lib. 1. c. 3. *neſcio quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum novit.*

Miniſte-

hårmån plåga tula / ok ty flya the opta ta man torf thera meſt wid.

ferenda, unde ſæpe tum fugiunt maxime, cum (z) miniſterium ipſorum maxime requiritur.

XXI. Fiårda år aktande / um han hawer the mån ther hårduge åru ok ſtaduge / ok tora ſea manna blod / ok ey rådas hwarn ſaröka. ty at blöde mån ok qwinlike ſtyggias at the ſea manna blod / rådas ofmykit allan saröka / ok ty warda the aldrei ſtaduge til ſtrid.

XXI. Quartum ei obſervandum, utrum milites habeat firmos ac conſtantes, qvique ſanguinem humanum audeant adſpicere ac vulnera. molles namque ac effœminati horrent ad conſpectum ſangvinis, vulneraque nimium verentur, unde nunquam fiunt conſtantes in bello.

XXII. Fämta år aktande / um han hawer the mån främi ſins lifs åru / ok förakteg i athåwom ſinom. ty at triſne mån / ok wari um ſik / the ſtrida giårnt ſigr.

XXII. Quintum obſervandum, utrum milites habeat (a) vitæ anteferentes gloriam, & providos in factis ſuis. ſeduli namque circumſpectique tuto plerumque præliantur.

XXIII. Siåtta år aktande / um han hawer nånoga mån ok ſtaduga. ty at nänna år half giårning. Ty at thet år gammalt ord qwåde giårnt fylge lykka godre nämno.

XXIII. Sextum, an habeat milites promptos & conſtantes. nam (b) *prompte audere, eſt partem dimidiam conficere.* Vetusque eſt proverbium (c) *audentes fortuna juvat.*

XXIV. Siwnda år aktande / hwarn wågen flere ok bätra häſta åru.

XXIV. Septimum, a qua parte plures melioresque ſint equi,

XXV. Attunda år aktande / hwarn

XXV. Octavum, a qua parte, pugna-

(z) *Miniſterium ipſorum maxime requiritur*) ut tempore difficili ac periculoſo. Nam ubi rerum omnium copia, ubi procul hoſtes, ibi quilibet poteſt eſſe miles.

(a) *Vitæ anteferentes gloriam*) Nam ut ait Vegetius lib. I. cap. 7. *honeſtas idoneum militem reddit, verecundia dum prohibet fugere, facit eſſe victorem.*

(b) *Prompte audere*) Notum illud Horatii ex epiſt. 2.
Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

(c) *Audentes fortuna juvat*) Inter veteres verſus apud gnomologum legitur & iſte: *Aude tantum: Deus Forſque audacem juvant.* Item: *Aude, eja: Audere principium victoria eſt.* Euripides ſic ait: *Audendum eſt: labor enim tempeſtivus multam parit felicitatem hominibus circa finem.* Sapo

hwarn wägen the mån ſtrida ſkulu åru båter wäknte / ok hwarn wägen åru flere ſkytta.

XXV I. Niunda år aktande/ hwarn wägen fulk hawer mera ſkut ok födo. Ty at opta trifne härmån/ utan ſlagt ok ſar nödgas antiggia ſyrgelika döa af ſylt/ålla med blygd ok wanåro flya.

XXVI I. Tiunda år aktande ſkipilſe thes ſtads/ ſtrid ſkal i wara. Ty at the hawa digran förmon/ a mera högd åru ſtadda.

XXVIII. Åttipte år aktande quåmelikr time/ hwad ſolen ſkin mote ålla med thöm mannom ſtrida wilia / ok hwadan wäderit blas then tima. Ty at thön hindra mykit the mån ſom ſtrida / um ſolen ſkin mote thöm i thera ögon / ſa ok ån wäderit blas mot thöm / ta ma muld ok ſandr / ther updriwas med wädr af häſta fotom / mykit hindra thöm / um thet blas mot thöm i thera ögon. Tolf-

pugnaturi melius ſunt armati, pluresque jaculatores exiſtunt.

XXVI. Nonum, a qua parte exercitus inſtructior eſt annona. (d) Sæpe namque milites optimi absque prælio vulnereque compelluntur vel perire miſera fame, vel cum dedecore ac infamia fugere.

XXV II. Decimum quod attendendum, loci eſt conditio, ubi prælium eſt committendum. Ii namque prævalent alios (e) qui editiora tenent loca.

XXVIII. Undecimum eſt obſervatio temporis idonei, (f) utrum adverſus, an averſus ſol ſit pugnaturis, quisque ſpiret ventus. Magnum enim pugnantibus impedimentum affert ſol feriens oculos, & adverſus ventus, qui pulverem & arenam excitet ab equis commotas, & in oculos ipſorum conjiciat.

Duo-

(d) *Sæpe namque milites*) Sic plane Vegetius lib. III. c. 3. *Sæpius penuria, quam pugna conſumit exercitum, & ferro ſævior fames eſt.* Et ideo in fine libri ejuſdem ait, *magna diſpoſitio eſt, hoſtem fame magis urgere, quam ferro.* Ac Mauritius noſter lib. VIII. Strateg. c. 2. *Qui exercitui ea, quæ uſui ſunt, & ad victum neceſſarium pertinent, non procurat, citra prælium ſuperatur.* Adde Frontinum lib. IV. cap. 7, 1.

(e) *Qui editiora tenent loca*) Vegetius III. c. 13. *Conſerturus manum, primum auxilium captes ex loco, qui tanto utilior judicatur, quanto ſuperior fuerit occupatus.* Additur & ratio: *In ſubjectos enim vehementius tela deſcendunt, & maiore impetu obtuentes, pars altior pellit. Qui adverſo nititur clivo, duplex ſubit & cum loco, & cum hoſte certamen.* Atque hoc intuitu idem, lib. III. c. 26. *Amplius ſæpe locus prodeſt, quam virtus.* Et Mauricius noſter: *Sæpe adjuvat locorum ſitus, & inferiores facit ſuperiores.* Adde Frontinum lib. II. c. 2.

(f) *Utrum adverſus, an averſus*) Etiam hanc cautionem prolixe prodit Vegetius lib. III. c. 14. *Ordinaturus aciem tria debet ante proſpicere: ſolem, pulverem, ventum. Nam*

ſol

XXIX. Tolfta år aftande/ hwarn wägen the akta ſik mera hiälp. Ok år täd wiſt at owini wänta ſik mera hiälp / ta år thet äntinggia brat ſtridande/ ålla bidande ther til thet år wiſt hwad hiälp the fa.

XXX. Nu år thet ey wäl mögelikt / at täſſen tolf al ſendr tima. ta/ hwa ſom hawer flere af thöm tolf ta ma han dierflika ſtrida.

XXXI. Annor Landwärn åru Borge ok god fäſte. Ok ſigr Mäſtar Egidius/ huru borge ok hålande hus ſkulu byggias/ ok huru man ſkal thöm halda ok wäria före owinom ſinom / ok huru man ma thöm bäſt winna. Ok ſigr: at gode borga ſtadi ſkulu wara a hardom bergom ok hälla klintom/ i ſorſom ålla flotmoſom / a utnäſſiom

XXIX. Duodecimum, a qua parte plus auxilii ſperant. Quod ſi certum, hoſtes plus auxiliorum expectare, (g) vel pugnandum eſt celeriter, vel expectandum, donec, quæ accipiant auxilia, certo intelligatur.

XXX. Cæterum fieri vix poteſt, ut iſta duodecim ſimul conveniant. quare qui eis pluribus eſt inſtructus, is fidentius prælium poteſt committere.

XXXI. Alterum genus propugnaculorum arces ſunt, & munimēta firma. Docet porro Magiſter (h) Ægidius, quo pacto arces atque munimenta ſint ædificanda, quaque ratione cuſtodienda & defendenda contra hoſtes, & occupanda facilime. Ait vero: loca munimentorum firmorum idonea eſſe (i) petras ſaxaque dura in cataractis fluviorum, aut uliginoſis regio-

ſol ante faciem eripit viſum : ventus contrarius tua inflectit ac deprimit, hoſtium adjuvat tela : pulvis a fronte congeſtus oculos implet & claudit. Adde, quæ huc facientia ex hiſtoricis collegit Sreuchius.

(g) *Vel pugnandum eſt celeriter*) Talis fuit Marcii ſententia apud Livium lib. xxv. c. 37. *facilius eſſe ratus, unius Aſdrubalis expugnari caſtra, quam ſi ſe tres exercitus, & tres duces junxiſſent, ſua defendi.* Adde, quæ de hac eadem re ipſe diſſerit pluribus in oratione ſua ad milites. Neque diverſum longe conſilium Neronis apud eundem Livium lib. xxvii. c. 45. Nam cum Aſdrubalem ſubſidio venire Annibali, quo cum ipſi erat negocium, didiciſſet, decepto Annibale clam caſtris egreſſus, M. Livio ſe iungit, adortuſque Aſdrubalem profligat, priuſquam ſociare ſeſe Annibali poſſet.

(h) *Ægidius*) Libri tertii partis tertiæ cap. 20.

(i) *Petras ſaxaque dura*) Hauſta iſtæc ex Vegetio videntur, qui hæc loca ſcribit eſſe natura munita lib. iv. c. 1. *Urbes atque caſtella aut natura muniuntur, aut manu, aut utroque, quod firmius ducitur. Natura ; aut loco edito vel abrupto, circumſuſo mari, ſive paludibus, vel fluminibus.*

Caven-

ſiom wid haf álla ſiöaſtrand / ther ángin ma undi grundwal grawa / ok thár ángin ma thy huſe watn mena.

XXXII. Ok ár warnande/at hár ſe ángin annor hög ſwa nár/ at thár ma eld álla ſtenkaſt af blidom rádas.

XXXIII. Han ſigr ok/ at á tás flere ſlindohorn wik álla utſtákla borgamur hawer / tás faſtare ár thet hus til alla wárn / ok tás mere ſkada ma fa/the/bade bak ok fóre ther til ſtrida : ok tás flere barfridi tán mur hawer / iwi allom portom/ hornom ok wikom / tás faſtare ár tát hus / til alla wárn ok ſikrlek. Ár ok jordmunin ſwa ſkapadr at han ma grawa álla gropa breda ok diupa/ ok thár innan pala álla mura med ſteen álla tigl / ok ár thát mögelikt / ta ſkal watn leda i ta gropa.

Ok

gionibus, aut in terræ tractu anguſtiore, procurrente in mare lacumve, ubi nec cuniculi poſſunt agi, nec aqua intercipi.

XXXII. (k) Cavendum vero, ne ſit alius locus editus tam propinquus, ut ex eo in hunc ignes lapidesve per baliſtas poſſint conjici.

XXXIII. Amplius ait, (l) quo plures prominentes propugnaculorum habet angulos munimenti murus, hoc munimentum eſſe validius, eoque pluribus affligi poſſunt damnis, qui id a fronte vel tergo adoriuntur: & quo plures murus habet loriculas in portis omnibus, & angulis, & flexibus, hoc eſt arx munitior & tutior. Quod ſi terræ conditio ejuſmodi, ut effodi poſſint (m) latæ profundæque foſſæ, muniri debent (n) tignis, vel ſaxis, vel lateribus coctis, ſique poteſt fieri, (o) aquæ in eas ſunt ducendæ. Quod

(k) *Cavendum vero*) Cautio hæc a Noſtro eſt adjecta, non ſine cauſſa rationeque, quoniam perit munimento vis ex hac vicinitate, neque manet amplius munitum.

(l) *Quo plures prominentes*) Etiam hoc eſt ex doctrina Vegetii, qui ſic hac de re, dicti libri cap. 2. *Ambitum muri directum veteres duci noluerunt, ſed ſinuoſis anfractibus, crebrioresque turres in ipſis angulis ediderunt, propterea quia, ſi quis ad murum tali ordinatione conſtructum vel ſcalas, vel machinas voluerit admovere, non ſolum a fronte, ſed etiam a lateribus, & prope a tergo veluti in ſinum circumcluſus opprimatur.* Firmat idem Vitruvius lib. 1. Arch. c. 5. Hodie res eſt notiſſima, pertinentque huc in acutum prominentia propugnacula cum lateribus ſuis, Gallis *flancs* & *baſtions* vocata.

(m) *Latæ profundæque foſſæ*) De hoc nihil prodit Ægidius. Id potius commemorat, quod habet Vegetius cap. 3, de terra egeſta muris confirmandis adverſus arietum pulſus. Res tamen neceſſaria eſt eodem Vegetio auctore cap. 5.

(n) *Tignis*) Hoc eſt, ſtipitibus in terram defixis, qui lapſum terræ prohibeant. Ita enim vult Sueticum vocabulum.

(o) *Aquæ in eas ſunt ducendæ*) Probat & Vegetius præſertim contra cuniculos dicti libri cap. 5. Hodie ambigunt, poſtquam machinæ ſunt inventæ, quibus citra magnum negocium aqua educta in locum alium transfertur.

XXXIV. Ok hawer ey borg ålla bargaſtadr watn innan ſik ålla när at ingen ma thät borgarom mena: ta ſkal innan i huſino ſtora jordgrawa göras/ ok thöm med ſten innan byggia/ ålla göra ſtora hälla ſkrubbo/ (vm ſwa är til ſkapat) thär regn watn ma innan flyta ok ſtanda/ ta regn koma.

XXXIV. Quod ſi arx vel munimentum aquas nullas habet in ambitu ſuo concluſas aut vicinas, ſic ut habitantibus negari nequeant, foveæ capaces deprimendæ ſunt in arce, muniendæque lapidibus, vel petræ ipſæ (ſi loci ratio hoc ferat) excavandæ, ut in foveas iſtas (p) aqua pluvia confluat.

XXXV. Thet är ok aktande/at firi adalportanom ſkal wara ſtor grop/ok tär jwi windabro/ ther vp ma windas hwar tima borgare owini rädas. Ok vtan adalport ſkal wara portluka järnad/ thän man ma up ok nid winda med järn widiom/ ok a iärnom ganganде/ huſeno til wärilſe/ för eld ok allan bradan wada. Ok jwi portluka ſkal wara gap a murenom/ thär man ma ſla watn nidr at eld ſläkkia/ um han wardr at portenom burin/ ok mangt annat

XXXV. Curandum etiam, ut ante juſtam portam foſſa ſit profunda, & ſuper eam (q) pons verſatilis, qui poſſit tolli, quando & quotiens imminet metus ab hoſtibus. Extra portam (r) janua debet eſſe ferro inducta quæ demitti tollive poſſit in altum per catenas rotasque ferreas, ad arcis cuſtodiam contra ignes aliasque celeres irruptiones. Supra januam in muro feneſtræ debent eſſe, per quas aqua deijci ad extingvenda incendia poteſt, ſi portæ admo-

ve-

(p) *Aqua pluvia*) Similiter Vegetius c. 10. *In omnibus publicis ædificiis multiſque privatis ciſternæ ſunt diligentiſſime ſubſtruendæ, ut receptacula aquis pluvialibus, quæ de tectis effluunt præſtent.* De ciſternis tamen ſolis loquitur, quod facit & Ægidius. Neque aliter Mauricius noſter lib. x. Strat. c. ultimo circa finem, ubi ſimul addit, quomodo hæc aqua cuſtodiri debeat, ne immota corrumpatur. At apud Noſtrum adduntur excavata ſaxa, credo, quia obſervavit genus hoc in priſcis apud noſtros munimentis, locisque aliis villarum pagorumque.

(q) *Pons verſatilis*) Etiam hoc a Noſtro eſt adjectum, exuſu conſuetudineque temporum recentiorum.

(r) *Janua debet eſſe*) Ita ſonant Suetica: Ægidius, &, unde ſua hauſit, Vegetius *cataractam* vocant. Verba hæc ſunt cap. 4. dicti ſæpe libri: *Amplius prodeſt* (contra ignes) *quod invenit antiquitas, ut ante portam addatur propugnaculum, in cujus ingreſſu ponitur cataracta, quæ annulis ferreis ac funibus pendet, ut ſi hoſtes intraverint, demiſſa eadem extinguantur incluſi. Ita tamen ſupra portam murus eſt ordinandus, ut accipiat foramina, per quæ de ſuperiore parte effuſa aqua ſubjectum reſtinguat incendium.*

Novus

at göra/ thät huſeno ma til wärn
vara.

XXXVI. Han ſigr ok/ um ſwa
ir jordmun ſkapader/ at man torf
ädas/ nokor ſtad at huſeno/ ſten
kaſt af blidom/ ta ſkal göras thän
wägen utan wid borga muren/ en
annar mur/ at the bada murana
ſkili nokot rum/ ok thet rumit ſkal
fyllas up med jord / ok hardlika
med bukkom ſaman ſtötas / jam-
högt badom muromen. Ty at
wardr thän ytre muren af blido
ſkaddr ålla nidr ſlagin / ta wär
jordmuren thän inre adelmuren
för ſtenkaſte : ty at hwar ſten ſom
kaſtas a thän jordmuren/ta ſionkr
han thär i lätlika otan digran ſka-
da. Ok ſwa mage torn ok barfri-
di wärta för blido kaſte med ſlä-
kum ok fiälom / ok bulwärke ok
mango annorled/äpte fangom wi-
tra manna ok föreaktuga borga-
ra.

XXXVII. Nu är ſagkt om
borga byggning / huru the mago
faſta ok owinneliga wara. Tho är
änkte hus ålla borg ſwa faſt aff
ſik

veantur, aliaque expedire, quæ ad
defenſionem arcis pertinent.

XXXVI. Amplius ait, ſi ea lo-
ci eſt conditio, ut alicubi timeri
poſſint jactus ſaxorum per cata-
pultas arci damnoſas, tum ab ea
parte extra veterem (f) novus du-
cendus eſt murus, juſto intervallo
a veteri diſtans, idque intervallum
terra explendum, ictibusque mal-
leorum ſolidandum firmandum-
que, ad altitudinem muri utrius-
que. Nam ſi murus exterior ca-
tapultis concuſſus evertitur, terra
objecta tuetur murum verum ar-
cis, contra vim omnem : cum la-
pides in eam dejectos excipiat ci-
tra omne detrimentum Atque
ita muniri turres poſſunt & pro-
pugnacula, contra ictus baliſta-
rum catapultarum, arietum, & a-
liarum rerum, ut a viris prudenti-
bus cautisque habitatoribus acce-
pimus.

XXXVII. Hactenus oſtenſum
eſt, quo pacto muniri arces ac in-
ſuperabiles effici debeant (t) nul-
la tamen arx, nullumve munimen-
tum

(f) *Novus ducendus eſt murus*) Habet iſta omnia Ægidius ex Vegetii lib. IV. c. 3. quem piget exſcribere, quia convenit per omnia.

(t) *Nulla tamen arx, nullumve munimentum*) docet temporum omnium experientia; & loca, quæ per vim nequeunt, fame expugnantur, vel pecuniis. Livius lib. XXV. c. 14. Ubi agitur de Fulvio munitiſſima Hamonis caſtra oppugnante : *vicit omnia pertinax virtus.* Alexander apud Curtium lib. VIII. c. 2. *Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti.* Eumenius Rhetor : *Nihil tam inſuperabili vallo natura præcluſit, quod non penetret audacia, cui aliqua conandi ſpes relinquatur.* De fame dictum in ſuperioribus. De pecuniis notum Philippi Macedonis dictum, qui ajebat, nullum eſſe locum inſuperabilem, quem adire aſinus, auro onuſtus poſſet. Vide Plutarchum in Apophtegm.

Per

ſik ſiälfwo/ at thet ey nokara led winnelikt wara ma. Ok ſigr Mäſtar Ægidius/at triggia led wa man haldande Hus winna/ med ſtrid ſwik. Vtan watn gitr ängin man länge liuat: ty at han torf tädbade til dryk ok matgärning/ok ty ſkulu the män hus wilia winna /förſt hüra ok leta/ huru the mago watn hindra/före thöm a huſe bilagde äru. Ty at af tyrſt mago the trängias til at giwa hus ok wärio.

XXXVIII. Annat är hungur ok fylt thät bilägda borgara trängia til at hus giwa. Ok ty ſkulu te hus wilia winna / ſkuda ok leta alla wägi hwarn the mago thöm bilagde äru/koſt ok födo förläggia. Ty at opta bilagde borgara fördärwa tyrſt ſuidi ok hungur/ än hard ok idkelik ſtrid.

tum tam eſt firmum, ut non aliqua ratione expugnari queat. Ait vero Magiſter Ægidius, tres eſſe rationes occupandi loca munita (u) per vim dolumve. Sine aqua primum vitam tollerare diu nemo poteſt: nam & ad potum, & cibi præparationem requiritur. Quare qui occupare arcem cupiunt aliquam, ante omnia videre debent ac explorare, (x) quomodo obſeſſos aqua poſſint privare. Siti namque cogentur arcem dedere.

XXXVIII. Altera eſt, per famem præſidiarios compellere ad deditionem arcis. Quare qui occupare cupiunt aliquam, dare debent operam, ut præſidiarios (y) re cibaria intercludant. Sæpe namque præſidiarios facilius expugnat ſitis famesque, quam prælium acerrimum.

Tridia Ter-

(u) *Per vim dolumve*) Non poſſum aliter intelligere illud ſtrid ſwik / quod habet Noſter. Puto autem eam eſſe ſententiam, hæc tria conducere ad victoriam, ſive aperte adhibeamus, ſive arte quadam. Sicut fit, cùm arte aut dolo annonam aquamve corrumpimus obſeſſis. vel inutilem facimus. Nam Ægidius quidem ſola tria iſta memorat, quæ ſequuntur, ſitim, famem, pugnam. Verba ejus libri tertii, partis tertiæ, cap. 16. *Eſt autem triplex modus obtinendi munitiones & caſtra, videlicet per ſitim, famem & pugnam.*

(x) *Quomodo obſeſſos aqua poſſint privare*) Fit hoc autem vel averſione aquæ, vel corruptione. De averſione docet Frontinus lib. III. c. 7. 1. exemplo Servilii. *P. Servilius Iſauram oppidum, flumine ex quo hoſtes aquabantur auerſo, ad deditionem ſiti compulit.* De corruptione agit idem exemplo Cliſthenis eodem loco, *Cliſthenes Sicyonius ductum aquarum in oppidum Criſcorum ferentem rupit, mox affectis ſiti reſtituit, aquam elleboro corruptam, qua uſos profluvio ventris decipiens cepit.* Nota uſum hellebori hoc conſilio, quod & à Solone factum Pauſanias teſtatur libro ultimo. Alii adhibuere cadavera & aſbeſtum, ut Beliſarius, alii calcem, ut Turcæ, ſicut ex Procopio & Niceta conſtat.

(y) *Re cibaria intercludant*) Nec intercludant modo, ſed & ſi quam habent collectam, vel corrumpant, vel conſumere cito compellant, ſicut pluribus exemplis à Frontino lib. III. c. 4. docetur.

Ne

XXXIX. Tridia led ma man hura med manga handa ſtrid winna. Of ár to mykit warnande/ at the leggia ſik ey ofnár huſeno /ty/ the wilia wiña/at the af huſeno mage otwarandes ſtötande vp a thöm koma/ta the ſowa álla áta/álla nokor andre ſina tarwe göra/ thöm at fanga/ álla thera blidor álla añor wárk bráña álla annorled förderwa.

XXXIX. Tertia eſt, per varias pugnas. Cavere autem debent oppugnatores (z) ne ſint vicini nimis arci, quam expugnare cupiunt, ne præſidiarii ex improviſo eos adoriantur (a) cum vel dormiunt, vel cibum capiunt, vel alia neceſſaria efficiunt, ut vel capiant, vel machinas ipſorum operave alia crement igne, aliterve corrumpant.

Hár lyktas Styrilſe Kununga.

(z) *Ne ſint vicini nimis*) Etiam hoc ex Vegetio deſumptum, qui ad has obſeſſorum eruptiones conducere ait *foſſam extra teli jactum factam, nec ſolum vallo & ſudibus, ſed etiam turriculis inſtructam*, talemq; foſſam docet *loriculam* eſſe nominatam, lib. IV. c. 28.

(a) *Cum vel dormiunt*) Vegetius dicto loco : *Sive cibo, ſive ſomno fuerint occupati, ſive otio, aut aliqua neceſſitate diſperſi, tunc oppidani repente prorumpunt, ignorantes perimunt, machinas ipſosq; aggeres ignibus concremant.*

Förſta Långden eller Regiſtret innehåller Hwad ſom förnämbligaſt vthi thenna bok handlas om.

Thervthinnan är märkiande/ at förſte tällietalet märker bladſidan/ thet andra balkin/ thet tridie *Verſen*.

A

ADam/ hwij honom gaffs Qwinnan 9: 1: 11.
Adams fall/ i hwario thet ſtood 18: 1: 21.
Adelsman/ ſök Junkare/ Höfding.
Adel pröfwas aff höfwiſkheet 137: 3: 60.
Adelsmans reglor ſök Junkare reglor.
All ting tarfwa ſtyrilſe 3: 1: 1.
Alexander hin mycke huru han wardt lärder af *Ariſtotele* 34: 2: 3.
Almanna ſamhälde liknas wijdh lekamnen 80: 2: 58.
Almanna wägar huruledes rychtande 160: 4: 8.
Almoga bäſta 20: 1: 23. 43: 2: 6. 103 2: 85.
Almoga förderf 9: 1: 10. 20: 1: 23. 21: 1: 24. 26: 1: 27. 43: 2: 6. 76: 2: 53.
Almoga hwi han tarf ſtyrilſe 10: 1: 14.
Almoga tarf 11: 1: 14. 132: 3: 55. 162: 4: 9.
Arm almoga Konungz neſa 191: 4: 5.
ſå Almoga ſom Konung 125: 3: 48.
Almogens ſäkerheet är goder Konung 82: 2: 63. 184: 4: 16.
Almogens tunge Tyranniernes ſäkerheet 156: 4: 25.
Almogen giörs williog medh try ting 192: 4: 7.
Allmoga vthan lag räknas för oärligh 127: 3 51.
Almoſa Konungz 117: 3: 35.
Alfwarſamheet kräffs aff een rädgifware 177: 4: 10.
Antingen Arff-Konung eller waal-Konung är gillande 22: 1: 26.
Arff-Konung hwij bätter än waal-Konung 24: 1: 26.
Arff-Konunga rijken ſälle 28 1: 27.

B

Balkarne i thenne boken börias på theſſe bladen
Then 1 på 3 Bladet
2 29
3 104
4 140
Barn/ hwij the tagas til Konungar 25: 1: 27.
Hwad ſkada är at Barn wellias til Konungar 27: 1: 27.
Barnamiñe liknas wartaſlo 132: 3: 56.
Barnaryckt mycket aff nöden 131: 3: 55.
Barn illa vptuchtade / äro landz förderff/ (ſök Konunga Barn)
Befallningzmän/ huru them bör wara 104: 3: 1.
om the offta ſkola ömſas 106: 3: 4.
Befäſtningar 105: 3: 2.
Befäſtningar ſkole förwaras med fulle hielp 183: 4: 15.
ſkole ey fäs i vthlänſke mäns händer 183: 4: 15.
(leta Borger)

Biskops reglor 126: 3: 50.
Biskops glömska 126: 3:50.
Blider skal Konung allom wara 62: 2: 37.
Blidhleek giör wänskap 120: 3: 42.
Blinder lekamen är allmoge vthan wijs Konung 81: 2:60.
Blomsterbärens fästepeñing 117: 3:34.
Blygd wärnar dygd 118: 3: 36.
Blygdelöös qwinna är dygdelöös 118: 3: 36.
Bofaster man är lādz vppehälle 160:4:7.
Bordlaster/ sex 109:3: 8.
Bordreglor 109:3:7. 137: 3: 60:147:3:9.
Bordsiduge Junkare / Konungens heder 109: 3: 7.
Borger äro land wärn 207: 4: 31.
huru the skole byggias 208: 4: 33.
hwarest the skole byggias 207: 4: 31.
(söök befästningar)
Brotzlig är offtast rädder 57: 2: 33.
Bönen är förnembsta Konunge tarff 103: 2: 85.

C

Cantzelij och Kammar saker wäl förstää/ är Konungens ähra 130: 3: 54.
Christen som gärna träter han reknas oärlig 120:3:43.
Christen vthan Christendom 127 :3:52.
Christen vthan sämio 120: 3: 43.

D

Den lete hielp som lisla wärio hafwer 204: 4: 18.
Diura wärior 7: 1: 8.
Doomreglor 62: 2: 37. 77: 2:55. 79:2:56. 79: 2: 57. 168: 4: 4.
Domen hafwer sitt säte i hiernan 80:2:58.
hans är med skälum gripa och wäga 80: 2: 58.
Domare flokken 167: 4: 1.
reglor 168:4:4.
Drinkare lexa 109: 3: 8.
Drottningen äger älska wälborne fruger 147: 4: 8.
Drääp hwadan 11:1: 14.
Drögsl affrädes 178: 4: 11.
Dryck giör een falan 112 : 3: 15.
Dryck giör hugen gäld 112: 3: 15.
Dryckenskaps skada 111: 3: 15.
Dryckerij föder fara 112: 3:15
föder alla odygder 112: 3: 15.
Dygd hwadan 43: 2: 8.
hwadh 43: 2: 8. 46: 2: 11.
Dygd margefald 45: 2: 9.
Dygd binder bästa wänskapen 97: 2:80.
Dygd föllier förehuxan 96: 2:78.
hwij dygd kräffs meera aff een höfding än andra 32: 2: 3. 102: 2: 85.
Dygd skill twenne odygder åt 87: 2:69.
Dygd är rättaste vingenge 97: 2: 80.
Dygder i hugen 45: 2: 10.
Dygder i skälen 45: 2: 10.
Dygder i sedom äro tolff 45: 2: 10.
gudelige Dygder äro tree 45: 2: 9.
hufwud Dygder äro fyra 46: 2: 12.
Dygdernes samband 46:2:12. 48:2:17.
Därskaap then störste 121: 3: 44.
Dörakööp är landz heder 163: 4: 9.

E

Een är Gudh 16: 1: 19.
Een är wijsen i bijswärmen 16: 1: 19.
Een rädder giör hundrade rädda medh sigh 197: 4: 5.
Eenigheet/ (söök Sämia)
Eensligheet affrädes 9: 1: 10.
Engla lefwerne 5: 1: 5. 31: 2: 2.
(söök reenlefnat)
Englar hafwa skäl 4: 1: 3.
Een lem är hiertat som alle the andre skal styra 16: 1: 19.
Exempel af flugur och sysleskifte 107: 3: 4.
Af en girug som möß vpäto 76: 2: 54.

Aff

Affeen tiggiare 88: 2: 70.
Aff Franſöſkom 174: 4: 2.
Aff Romarom 21: 1: 24. 174: 4: 2.
Exempel at odygdige höfdingar få ond ändalycht 74: 2: 52.
ſkäl aff Exempel 20: 1: 24.

F

Faderlig kärlek/hwar i han ſtår 131: 3: 55.
Fager koſt/ Konungz åhra 91: 2: 74.
Falſkheet/hwad hoon är 48: 2: 16.
Falſkt tyckes offta ſant 51: 2: 20.
Fattig almoga Konungz neſa 191: 4: 5. 69: 2: 48.
Fattige/hwilke the äre 187: 4: 1.
Fattige ſäunias intet gärna med the rijke 188: 42.
Fattig mans tarff 121: 3: 44. 10: 1: 13.
Fattig vthan ödmiuKt/räknas för oärlig 121: 3: 44.
Fattigas gagn vngås medh the rijke 10: 1: 13
Fem warningar för rådgifwarom 179: 4: 12.
Fiſkning achtas til Konungz hoff-förtäring 109: 3: 5.
Flokkarna (*capita*) vthi ſiärde balkin (*libro*) börias ſä

Den	1	på	143	bladet
	2		158	
	3		164	
	4		167	
	5		172	
	6		186	
	7		194	

Franſoſernes gambla ſedh 174: 4: 2.
Frijd ſkal wara lagenes vpſät 164: 4: 1.
Frijdſam ſkal Konunger wara 146: 4: 7. 64: 2: 40.
Frijdſämi almogens bäſta 20: 1: 23. 140: 4: 1.
Fuul ord giör ledan man 59: 2: 35.
Fyra Hufwud dygder 46: 2: 12. 49: 2: 18.
Fyra ting hindra rättan doom 169: 4: 5.
Fyrahanda idkan hörer til hoff-ſödan 108: 3: 5.
Fäfängia hoos een yngling räknas för oärlig 117: 3: 34.
Fätaligheet är höfwidſkheet 114: 3: 26.
Få willia wäl giöra/ingen wil rätt tohla 19: 1: 22.
Fäſten (ſöök befäſtningar och borger) huru the ſkole byggias 207: 4: 31.
wärjas *ibidem.*
winnas *ibidem.*
Fängſle/ lijknas helſwetit 159: 4: 4.
Föracht eller Förſmädelſe huru man den ſkal vptaga 55: 2: 30.
Föracht wärkar harm 147: 4: 8.
til Födan hörer fyrahanda idkan 108: 3: 5.
Föreacht (*prudentia*) är ſkäladygd 45: 2: 10.
Förehuran är ſamma dygd (*Præmeditatio*) 47: 2: 13.
hwad hoon är 47: 2: 13.
Förehuran eller Förſichtigheet är en hufwud dygd 47: 2: 13.
Förehuran gifwer wijßheet 51: 2: 21.
Förluſtan och tijdfördrijff/ efterlätes enom Konung 100: 2: 84.
Förläta är prijligaſt hembd 56: 2: 30.
Förringa ſig ſielff är ock odygd 94: 2: 76.
Förſtånd vthan dygd är ſkam 115: 3: 32.
Förtaal flyr een ſtadig man 56: 2: 31.

G

Giffmildheet giör een Konung kärkommen 88: 2: 69. (ſöök mildleek)
Gifwaren achte try ting 88: 2: 69.
Gifwaren fly roos 89: 2: 71.
Girug höfding hwem han lijknas 72: 2: 50.
Girugheet hwadan 73: 2: 51.

Glömſka hoos een biſkop räknas för o-
ärligheet 126: 3: 50.
God frägd huru then fås 86:2:68.
91: 2: 74.
God Konungz åthäfwe åre tije 144:4:3.
God lag/ hurudan 164: 4: 1.
Goder Konung helt hufwud 82: 2: 63.
Goder wän ſeen fängen 97: 2: 79.
Got är triggiehanda 67: 2: 43.
Gudh är een 16: 1: 19.
Gudh tages affeen godh Konung til eff-
terdöme 158: 4: 1.
Gudi täcker Konung 79: 2: 56.
Gudligare än andra bö: Konungen lefwa
hwij 32: 2: 3. 46: 2:10.
Gudz doom/ at the odygdige få onda
ändalycht 74: 2: 52.
Gudz Doom är naturlig ſkipelſe 35:2:3.
Gudz fruchtan föder wyrdning 149:4:13.
Gudz fruchtan är Konunga tarf 33:2:3.
Gudz fruchtan kräfs aff Konungen
32: 2: 3.
Gudz hämbd 76: 2: 54.
Gudz läff ſkal förſt ſökias i Konunga
ſtyrſlen 103: 2: 85.
Gudz näd tarfwas til ett gudeligit lef-
werne 102: 2: 85.
Gudz ſyſſloman är Konungen 33: 2: 3.
101: 2: 85. 159: 4: 6.
Gudz tålamod 40: 2: 4.

H

Harm hwar aff han födes 75: 2: 53.
hwad han föder 75: 2: 53. 147:4: 8.
Haſtigheet odugelig i rådſlag 175:4:6.
178: 4: 11.
Haſtigt äta föder ohälſa 110: 3: 9.
Haat hwadan 146: 4: 7.
Heder binder wänſkapen 97: 2: 80.
Heder ſökes effter ſkälom 95: 2: 77.
Hemde råd 56: 2: 30. 95: 2:78.
Hembd ſkal wara lijkmätig 96: 2: 78.
Hemlig råd/ få 41: 2: 5. 62:2:37.
93: 2: 76. 146: 4: 6. 174: 4: 2.
Hemmaren ſkal wara ſenfärdig 95:2:78.
Hemlig wänſkap medh hwem han ſkal
bindas 54: 2: 26. 62: 2: 37.
Hemligheet giör föracht/ när hon öfwer-
flöder 93: 2: 76. 100:2:82.
100: 2: 83. 146: 4: 6. 174: 4: 2.
Hemligheet gömes warliga 41: 2: 5.
Herre tarfwer/ ſyra 119: 3: 38.
Herre vthan dygd/ quinna vthan
blygd 118: 3: 37. 118: 3: 36.
Hiernan är delad medh tre ſtyrelſer
80:2:58.
Hiertat ſtyrer alla lemmar 16: 1: 19.
Himmelrijket är glädies huus 159: 4: 5.
Hoff förtäring 108: 3:5.
Hoffſam låter ſigh nöya wid liffztarff
57: 2: 34.
Hoffſam länger ſitt lijff 138: 3: 60.
Hoffſeder 137: 3: 60.
(Hoffſämi/ leta Mätteligheet)
Horachtig öfwerheet giör ohuld vnder-
ſäte 85: 2: 67.
Horerij hwadan? 85: 2: 67.
Hwad dygd och odygd är 43. 2. 8.
Hwad ſkadar/ när barn wällias til Ko-
nungar 27: 1: 27.
Hwadan Konunga nampn är 12:1:15.
Hwadan girugheet kommer 73: 2: 51.
Hwadan träta 120: 3: 43.
Hwar främiar ſin willia 10: 1: 14.
Hwar Gudi är lydig/ honom äro all ting
lydige 18: 1: 21. 34: 2: 3. 149: 4: 13.
Hwar med diuren ſig höllia och wäria
7: 1: 8.
Hwar är ſins willios wän 17: 1: 20.
Hwarföre tarff almoge ſtyrſl 11:1:14.
Hwatna är ſpurdaga wärt 175: 4: 3.
Hufwud dygder fyre 46:2:12. 50:2: 18.
hwilke 47: 2: 13. etc.
Hufwud/ hwij thet hafwer ögon/ öron/
mun och tunga 81: 2: 60. etc.
Hugwäckning/ förſta ſtyrelſen i hiärnan
80: 2: 58.
Hwij arff-Konung är better än wahl-
Konung 24: 1: 26.

Hwi barn warda Konungar 25:1:27.
Hwi Konunga barn tarfwa tuchtan 128:3:53.
Hwi Konung bör lefwa dygdeliga 101:2:85.
Hwi man ſkal wara tyſt vnder måltiden 138:3:61.
Hwi menniſkiorne går ſå emot 18:1:21. 35:2:3.
Hwi rådgifware ſkole wara flere 172:4:1.
Hwi ſomblige herrar warda giruge 73:2:51.
Hwi vngånge år vpfunnit 8:1:9.
Hwi åhrshöfdinge år ſkadelig 22:1:25.
Hwilket bättre år anten en råder eller fiere 13:1:16.
Huru en Konung kan bliſwa älſkad och årad 40:2:4. 120:3:42. 192:4:7.
Huru en rätt Krigzman bör wara ſkapter 198:4:7.
Huru man kan fly Konungz wrede 192:4:6.
Höffdinge år hufwud / ther hiårna år i 80:2:58.
Höffding når lefwer han tryggaſt ? 76:2:54.
Höffdinge barn tarfwa rycht 128:3:53. (ſök Konunga barn)
Häradzhöffdinge reglor (ſök Domare reglor)
Höfwelighet/ſiw 114:3:24.
Höfwiſkheet 137:3:60.
Högfärd förkládd 93:2:76.
Högfärdz art 93:2:76.
Högfärdig år dygdelöös 94:2:77.
Högmod ibland wånner/ år torpare åthåfwe 113:3:20.
Högmod i en fattig / år oårligheet 121:3:44.
Hör ey gårna annors laſter 56:2:31. 60:2:36:
Hörandens reglor 60:2:36.

J.

Ille mån lagom ſpilla 165:4:5.
Ilt år taga dygd/ ther ingen dygd år 119:3:40.
Ilt wånter then ilt gör 155:4:22.
Ilgerningzmån nepſas för warnagel ſkul 66:2:40.
Inbördes frid ſkal Konungen ſökia 184:4:16.
Inbördes uiſſämia föder förderf 157:4:27.
Ingen dygdeligh lefwer illa 44:2:8.
Ingiåld ſkal ey ſpillas 145:4:5.
Junkare reglor och öfningar 134:3:59.
Junkares bordreglor 109:3:7.

K.

Kall och ämbete (ſök i Konung / domare etc.)
Kännemärcken tijo/ på en god Konung 144:4:3.
ond Konung 150:4:14. 152:4:17.
Kännemärken på en god Krigzman 198:4:7.
Konſt hörer menniſkian til 7:1:8. 71:2:49.
Konſten bör föllia naturen 16:1:19.
Konung hwi han ſå nämnes 12:1:15.
hwi han tarfwes 11:1:14.
Konung lijknas
Gudh 16:1:19. 101:2:85.
Hiärnan 80:2:58.
Stål 195:4:3.
Spägil 102:2:85.
Öga 69:2:48.
Konung åt namne 71:2:49.
Konung nämd aff Kyne 12:1:15.
Konung / hwad honom bör beſinna 80:2:59. 108:3:5. 140:4:1. 146:4:8. weta 32:2:3. 34:2:3. 43:2:7. 68:2:47. 70:2:49. 71:2:50. 87:2:68.
Konungen åger fly girigheet 73:2:50. och högfärd/ 93:2:76.

Konungen äger lagh ſkipa/ och ſå rätta 11:1:14. 164:4:1. 167:4:1.
Konungen äger ſkipa at han hafwer rijka vnderſåter 189:4:3.
Konungen/ när warder han otäck 84:2:67.
älſkad 40:2:4. 91:2:74.
(ſök willioge vnderſåter)
Konungen ſtår i Gudz ſtad 32:2:3. 101:2:85. 159:4:6.
Konungen är almans efterdöme 102:2:85.
Konungen ſkal taga Gudh til efterdöme 158:4:1.
Konungen är lefwande lagh 167:4:1.
Konungenom tilhörer triggiahanda 68:2:46.
Thet förſta 68:2:47.
andra 70:2:49.
tridie 71:2:50.
Konungens enkañerlige dygder 66:2:41.
Then förſta är Snillheet 67:2:41.
andra Rättwijſſa 77:2:55.
tridie Stadigheet 83:2:64.
fierde Mätteligheet 84:2:67.
femte Mildheet 86:2:68.
Konungens förderf 40:2:3. 40:2:4. 74:2:52. 85:2:67. 146:4:7. 151:4:16. 152:4:18.
Konungens heimlig råd/ſå 41:2:5. 93:2:76 100:2:83. 146:4:6. 174:4:2.
Konungens högſte ijd 11:1:14. 32:2:3. 190:4:4.
Konungens frågd eller goda rychte 41:2:4. 68:2:46. 76:2:54. 91:2:74. 95:2:77. 96:2:79. 104:3:1. 125:3:48.
Konungens ofrågd eller onda namn 39:2:3. 87:2:68. 90:2:73. 121:3:45. 125:3:48.
(Konungens ſyſlomän / ſök befallningzmän)
Konungens tarf 33:2:3. 41:2:4. 68:2:47. 74:2:52.
Konungens tarfhuus 106:3:3.
Konungens wald höies med rättwijſſo 122:3:46.
Konungens wrede är flyande 191:4:4.
Konungens ämbete 11:1:14.
ifrån 80:2:59. til 83:2:64.
och ſärdeles 143:3:1.
Konungens åhra at han är giſtmild 86:2:68.
rättwijs 121:3:45.
wijs 68:2:46.
Konungens åhra at han hafwer bordſiduge hofjunkare 109:3:7.
dygdige befallningzmän 104:3:1.
gode tuchtmäſtare åt ſina barn 130:3:53.
Konungens åhra at han förſtår ſine bref och räkuingar 130:3:54.
Konungens åhra/ſager koſt 91:2:74.
rijke vnderſåter 191:4:5.
Konunga barn/ the tarfwa tuchtan 128:3:53.
Konunga dygder 66:2:41.
Konunga dygd är ſtadig wänſkap 96:2:79.
Konunga flocken i denna boken ſins på 143 bl.
Konunga warningar 92:2:76. 99:2:81. 100:2:82. 144:4:2. 168:4:4. 174:4:2. 183:4:15. 191:4:5.
Konungz åhra är landzfrid 162:4:8.
Konungz hemd öfwer fridzbrott 184:4:16.
Konunglig Cantzelij och Cammer 130:3:54.
Konunglig inkomſt huru den bör anwändas 145:4:5.
Konunglig myndigheet 16:1:19. 101:2:85. 164:4:1. 167:4:1. 190:4:4. 185:4:17.
Konunglig palatz 106:3:3.
Konunglig nepſt 193:4:9.
Konunglig rättwijſſa 122:3:47.

Konunglig åhra 41:2:4. 76:2:54. 91:2:74. 95:2:77. 96:2:79. 104:3:1. 106:3:3. 106:3:4. 109:3:7. 122:3:46. 130:3:53. 130:3:54. 191:4:5.
Konunglig ödmiukt 92:2:75. 95:2:77.
Krigzmän/ huru the ſkole wara ſkapte 198:4:7.
Krigzmans proff ottohanda 199:4:8.
Kräsmage/ achta din ämnen 110:3:13.
Kynnet gör rätta Konungar 70:2:49.
Kynnet gör och ſomliga til trålar *ibid.*
Köphamner åro fridkallande 162:4:9.
Köpſtäder och Köptorp åro landztarf 160:4:8.

L.

Laga flocken i denne boken fins på 164 bl.
Lagh bör aff Konungen rättas om ſå tarwes 185:4:17.
godh Lagh ſtår i try ting 166:4:7.
Lagh/ hwi han tarf ey ſtadgas för the frommas ſkul 166:4:6.
rättwijs Lagh år almogens lijf 186:4:17.
Lagh ſkal ſköta friden 164:4:1. 166:4:7.
Lagh ſkal wara ſkipat effter Gudz lagh 36:2:3.
Lagh ſkal wara möyeligh 166:4:6.
rättwijs 164:4:1. 164:4:2.
tarfligh 164:4:3.
Lagh ſpilles när hon wrenges 165:4:5.
Lagman år Landzdomare 167:4:2.
Lagman äger ſättia och aſſättia häradz-höfdingar 28:1:27. 168:4:3.
Lagmans reglor (ſöök domreglor)
Land huru det kan rijkt warda 161:4:8.
Landz näring/ år det enom Konung och hans Råd bör åhogas om 181:4:14.
Landz tarfwor åre ſin förnéblige/ 41:4:2.
Landz uppehälle åre beende mån 160:4:7
Landawärn år det tridie enom Konung bör åhogas före 182:4:15.
Landawärna flocken i denne boken fins på 194. bl.
Landawärn år tweggiehanda 195:4:4.
om Landa wärn ſök och 142:4:9. 183:4:15. 207:4:31.
Laſta warligaſt 52:2:22.
Laſta uthan ilwillia 53:2:22.
Latijnſke breff och räkningar/ brukades fordom i Sverige ſynes af 130:3:54.
Lekare hwi Konungen them tarfwer 100:2:84.
Liknelſer/ aff lekamen 80:2:58.
och ögat 69:2:48.
afmynt 70:2:48.
aff ſkrifware 132:3:57.
Loſwa warliga 52:2:22.
Loſwa uthan flicker 53:2:22.
Loſwa minder halt bätter 89:2:72.
Loſwat måſte hållas 83:2:66.
Luſtaſpäkt år hoffſämi 57:2:34.
Lydna görs honom ſom Gudi år lydig 18:1:21. 34:2:3. 149:4:13.
Lydna och wälwilliogheet kräfs af underſåterne 190:4:4.
Lyckan föllier gerna god näna 205:4:23.
Läreſäder hurudana dem bör wara 130:3:53.
Läreſäders dygder tre 133:3:58.
Löffte bryta år omänſka 83:2:66.
Löffte kräfwer minne 53:2:23.
Löfftes reglor 83:2:66.

M

Mandom bör achtas 94:2:76.
Manna tarf 7:1:8. 71:2:49. 104:3:2.
Mannen herre öfwer andra diur 4:1:2. 16:1:19.
hwi ſå 71:2:49.
Mannen når han må ſom han wil/ tå gör han ſom han år til 74:2:51.
Mannen tarfwer try ting til ſin ſtyrelſe 195:4:3.
Manne ſkiäl och naturlig ſkiäl 16:1:19.
Manligheet 55:2:30.
Manweet och bokweet ſkillias åt 133:3:58.
Marka räkning fordom brukelig 89:2:70.

Mat reglor 58: 2: 34.
Mate dyrkare will leſwa at han må äta 111: 3: 14.
Medgångs råd 55: 2: 29. 63: 2: 38. 125: 3: 47.
Menniſkian dyraſt aff allom creaturom 105: 3: 2.
Menniſkian liknas ånglom 5: 1: 3. 31: 2: 2.
Menniſkian ſödom wärre 86: 2: 67.
Menniſkio ſeel 7: 1: 8. 71: 2: 49. 104: 3: 2.
Menniſkio leſnad triggiehanda 5: 1: 4. 30: 2: 2.
Menniſkio tarf föda/kläde 104: 3: 2. 105: 3: 2.
Menniſkiones föremon fram för andra diur 3: 1: 2. 71: 2: 49. 105: 3: 2.
Mildheet är den ſemte bland Konungliga dygderne 86: 2: 68.
Mildheet gör williog almoga 192: 4: 7.
Mildheet föder kärlek 120: 3: 42.
Mildlek/ hwad 88: 2: 69.
Mildlek kräfwer ſnilheet *ib.*
Mildlek ſkil nidhſkap från vrgyttia *ib.*
Minnet har ſit ſäte i hiernan 80: 2: 58.
Mins och halt dåt du loſwar 53: 2: 23.
Motgång / hwi han är Menniſkionen åkommen 35: 2: 3.
Motgångs råd 51: 2: 19. 63: 2: 38. 125: 3: 47.
Munnens Konunglige ämbete 82: 2: 62.
Muſicanter / hwi the brukades fordom widh Konungars bord 139: 3: 61.
Mutor falſka domaren 170: 4: 5.
Målföret achtes 61: 2: 36.
Måteligheet / *Temperantia* then fierde bland Konunglige dygderne 47: 2: 15. 84: 2: 67.
Måteligheet föder rikedom 57: 2: 34.
Måteligheet/ hwad hon är 47: 2: 15. 57: 2: 34. etc. 84: 2: 67.
Måteligheet/ i hwario hon ſtår 57: 2: 34. 58: 2: 35. etc. ſå och 84: 2: 67.
Måteligheet är luſtaſpäkt 57: 2: 34.
Måteligheeten låter ſig nöya åt lijfztarfwen *ib.*
Måteligheetz reglor *ibid.* etc.
Möda i ſtyrilſen 101: 2: 84.
Möß vpåta en girugan höfdinge 76: 2: 54.

N

godt Namn huru en Konung det kan få 86: 2: 68. 91: 2: 74. 148: 4: 11. 162: 4: 8. 163: 4: 9.
Natſkäwu wit är odrygt 119: 3: 50.
Natur (eller kynne) triggiehanda i menniſkian 30: 2: 2.
Naturen gör herre och träl 70: 2: 49.
Naturen nöyes med fögo 118: 3: 35.
Naturlig ſkipelſe 17: 1: 20. 100: 2: 84. 110: 3: 10. 112: 3: 15. 138: 3: 61.
Naturlig ſkiäl/och mańa ſkiäl huru them ſkil åt 16: 1: 19.
Naturlig ſkiäl/ hwi en ſkal råda och ey flere *ibid.*
Nidſkap wärre än vrgyttia 88: 2: 69.
Ninnne 132: 3: 56.
Ninnet har ſitt ſäte i Hiernan 8: 2: 58.
Nin det qwämeligit är 54: 2: 27.
Nänna (*audacia*) är halff gärning 205: 4: 23.
gärnt fylghe lycka godre Nänno *ib.*
Nämog (*audax*) är godh Krigzman 196: 4: 5.
Näbſt ſkal ſke med hofwe 60: 2: 36.
Näbſarens regla *ib.*
landz Näring 181: 4: 14.
Nöijan är rikedom 57: 2: 34.

O.

Odygd hwad 44: 2: 8.
hwadan *ib.*
Odygd ändas illa 74: 2: 52.
hwi *ib.*
ſex Odygder i åtande 109: 3: 8.
Ohälſan födes af dryckenſkap 111: 3: 15. etc.
Ohöfweligheeter/ ſiu 113: 3: 16.
Olijdelig höfding när han är niding 90: 2: 73.

(Om

(Om befalningzmän bör offta ömſas ſök befalningzmän)
Omanlige ſeder 60: 2: 35.
Omateligit åtande minſkar förnufftet 85: 2: 67.
Onda konungars athäfwe 150: 4: 14.
rönas tijolunda 152: 4: 17.
Opta är wagad ens mans rad 176: 4: 8.
Ordſprak 17: 1: 20. 19: 1: 22. 20: 1: 24. 74: 2: 51. 75: 2: 52. 117: 3: 34. 119: 3: 40. 130: 3: 53. 132: 3: 55. 155: 4: 22. 160: 4: 7. 165: 4: 5. 173: 4: 1. 174: 4: 2. 175: 4: 3. 176: 4: 8. 194: 4: 1. *ibid.* 204: 4: 18. 205: 4: 23. *ibid.*
Ordfaſtheet Konunglig dygd 83: 2: 64. 83: 2: 66.
Orent lefnad gör en otäckan 84: 2: 67.
(Oſtadigheet ſök ſtadigheet)
Otidig åtare wetelös 110: 3: 12.
Ottahanda krijgztarfwer 199: 4: 8.
Otuchtig ord/ flyande 60: 2. 26.
Owän hals offta för wän 51: 2: 20.
Owärdig Konung 39: 2: 3.
Oar 181: 4: 14.
Oärlige athäfwor tolf 115: 3: 31.

P

Pallatz för Konungenom hurudant 106: 3: 3.
Penningar falſka domaren 170: 4: 5.
Penninga wild 171: 4: 5.
Portluka ſkal wara järnad 209: 4: 35.
Prudentia 47: 2: 13. 67: 2: 41.

Q

Qwinnefridh/ Konungz åhra 85: 2: 67.
Qwinna vthan blygd 118: 3: 36.

R

Reglor/ſök hos hwart ſtand/ och i ämbeten och dygderne)
(Renlefnad/ ſök engla lef.)
Rekningar äro noga achtandes 130: 3: 54
Renlifwes folk/ ſom afſäja werldzlig luſt 5: 1: 5.
Renligheet bör elſkas 58: 2: 35.
Rättfärdigheet/ rättradigheet eller rättwiſa hwad hon är 48: 2: 16. 49: 2: 17.
Rättwiſa är en huga dygd 45: 2: 10. 64: 2: 39.
en hufwud dygd 48: 2: 16.
är dhen andra Konunglige hufwuddygden 77: 2: 55.
Rättwiſan bör börias hemma 66: 2: 40.
Rättwiſan föder wyrdning (ſaſõ muldlek föder kärlek) 120: 3: 42.
Rättwiſan gör williog almoga 194: 4: 9.
Rättwiſan är twäggiehanda 79: 2: 56.
Rättwiſones reglor 64: 2: 40. 77: 2: 55. etc
full rättwiſa hurudan 65: 2: 40.
Rex, en ſtyrare/ty *regere* är ſtyra/regera 69: 2: 48.
Rijk ho dhen är 57: 2: 34.
Rijke vndersåte: Konungens åhra 191: 4: 5
Rijk vthan wälgärd achtas ſom oärlig 117: 3: 35.
dhe Rijkas gagn aff dhe fattiga 10: 1: 13.
Rikzens heder ſökies widh almogens tarf 146: 4: 8.
Rikzens inkomſt ſkal nyttelig föreſtas 144: 4: 5. 179: 4: 13.
Rikzens rad flere 172: 4: 1. 42: 2: 6.
Rijkzens radz reglor 175: 4: 4. etc.
Rikzens ſkipelſe/ är det andra Capitelet i fierde boken eller balken 158.
Rikzens wälſtand 43: 2: 6.
Rikzens wärn är ſiuende flocken i fierde balken 194. läs 142: 4: 9. och 182: 4: 15.
Rom 112: 3: 16.
Romare radh 174: 4: 2.
Ros ſökia är tapad gafwa 89: 2: 71.
Roſas aff ſkalkom/ dömes för ilgärning 89: 2: 72.
Radgifware flocken är ſämpte Capitelet i fierde balkin 172.
Radgifware ſkal wara lönsgod 177: 4: 9.
Radherra reglor 175: 4: 4. etc.
Radherra warningar fem 179: 4: 12.
i Radſlag ſer ting märkiandes 175: 4: 5.

det är godt Rad finna / der mange om wåle 173: 4: 1.
Rådde mån ſkole ſittia hemma vr ſtriden 197: 4: 5. *Deuter.* 20: 8.
Råfunga (koſt eller) konſt är odryg 119: 3: 40.

S

Sambband manna är rättwiſa 64: 2: 39.
Samqwämd hindra är tyranniemärke 154: 4: 21.
Samwarn eller vngånge / hwi vpfunnit 8: 1: 9.
Sanning ſkal ſökias i witnesbörd och ey wenſkap 51: 2: 20.
Sanningzmån äre bäſte radgifware 178: 4: 10.
Sant ſynes offta falſkt 51: 2: 20.
Sendebud ſkola hederligen vndfas 148: 4: 11.
Sex bordlaſter 190: 3: 8.
Sex ting märkiande i radſlag 175: 4: 5.
Siu groſwe ſeder 113: 3: 16.
Siu höfwiſke ſeder *ibid.*
Siu landz tarfwor 141: 4: 2.
Sielfros 62: 2: 38.
Sielf ſtyrſl / der en ſtyrer ſig ſielfwan 30: 2: 1.
Sielfzwald föder girugheet 73: 2: 51.
Sielfzwald ſamkar odygd 74: 2: 51.
Skaft ſkiuta / ſten kaſta / är junkare öfning 136: 3: 59.
Skamlige athåfwor tolff 115: 3: 31.
Skämt hwi det tarfwes 101: 2: 84.
Skänte reglor 59: 2: 35.
Skilnad millan göra / och willia göra 65: 2: 40.
Skiäl deras ſom wilia en ſkal rada 14: 1: 18.
at flere ſkole rada 13: 1: 17.
Skiäl aff exempel / at en ſkal rada 20: 1: 24.
aff naturen 16: 1: 19.
Skiäl deras ſom wilia hafwa ärfkonung 24: 1: 26.
wahlkonung 23: 1: 26.
Skiäl hwi vmgenge tarfwes 8: 1: 9.
aff ſlike Skiäl är denne boken full / den ſom henne ſtuderer / han förlänge ſitt regiſter.
Skiäle ſtyrſl (*contmentia*) 48: 2: 15.
Skiälen är den förnembſte ſiäleñes kraft ſom ſtyrer henne 16: 1: 19.
den effter Skiälom lefwer / han lefwer wiſſliga 50: 2: 19.
Skrymtad ödmiukt är förkläd högfärd 94: 2: 76.
Skrymterij vti Gudz tienſten hwad hon ſkadar 38: 2: 3.
Skörachtigheet / hwadan 85: 2: 67.
Slachteboſkap achtes til hofförtärting 108: 3: 5.
Sleñare warning 110: 3: 13. 110: 3: 11. 111: 3: 14.
Slukare lera 109: 3: 9.
Snillheet / *prudentia* / är den förſta huſwuddygden 47: 2: 13.
den högſte Konunglige dygden 66: 2: 41.
hwad hon är 49: 2: 17.
Snillheet röjer wiſan Konung 50: 2: 19. 71: 2: 49.
ſtyrer alla dygder 67: 2: 41. 67: 2: 42.
Snillheet är ett öga 69: 2: 48.
Snille / *prudentis*, hwilke? 69: 2: 47.
Stadig man altid gladh 55: 2: 30.
Stadig wänſkap Konunglig åhra 96: 2: 79.
Stadigheet / ſtarkleken är den andre huſwuddygden 47: 2: 14.
är en huga dygd *ibid.*
hwad hon är *ibid.* 49: 2: 17.
i hwario hon ſtar *ibid.* 63: 2: 38.
Stadigheet är den tridie Konunglige dygden 83: 2: 64.
Stadigheetz reglor ifrån 55: 2: 30. til 57: 2: 34. ifrån 83: 2: 64. til 84: 2: 67.
god Styrilſe (regemente) tarfwer tryting 195: 4: 3.

til

til ſin Styrilſe tarfwer menniſkian och try ting *ibid*
Stadig man brukar intet ſwik emot ſin owän 56: 2: 32.
Staffkarla Konung ſom hafwer fattige ynderſater 191: 4: 5.
Styrilſe/ hwi almoga den tarf 11: 1: 14.
Styrilſe tarfwes i all ting 3: 1: 1.
(Styrkleek/ Starkleek ſök Stadigheet)
Stridz tarfwor ottohanda 199: 4: 8.
Strid bör wara uthan ſwik 56: 2: 32.
Swarandens reglor 64: 2: 38.
Synden aflar/ ſorgen förtärer 75: 2: 52.
Syſslolös yngling räknas för oärligh 117: 3: 34.
Syſſloſkiffte 106: 3: 4.
Säkerheet huru en den kan na 66: 2: 40.
Sämia ſkal för all ting ſökias i ett godt regemente 2: 4. 29: 3.
Söda leſwerne 6: 1: 6. 31: 2: 2. 86: 2: 67. 94: 2: 76. 110: 3: 12.

T

Talarens reglor 52: 2: 22. 60: 2: 36. 97: 2: 79. 98: 2: 80.
Talet wari med nytto 52: 2: 22.
Tarf gör fahla wänner 98. 2: 80.
Taſlan och förtal ſlyr en ſtadig man 56: 2: 31.
Temperantia (hoffſämi) 47: 2: 15. 57: 2: 34. 84: 2: 67.
Tijda rad 51: 2: 19. 55: 2: 30.
Tijd til wrede 96: 2: 78.
Tijdfördrifft/ hwi Konungen det tarfwer 100: 2: 84.
effter Tijden ſkal en ſig lempa 51: 2: 19.
Tiniände eller händande ting huruledes dömande 51: 2: 20.
Toleinod föllier ſnille 96: 2: 78.
Tolff oärlige ſeder 115: 3: 31.
Tolff warningar för Konungar ſom ſtrida wilia 203: 4: 17.
Torpare ſeder/ ſin 113: 3: 16.
Tre dygder en god lärefader ſkal hafwa 133: 3: 58.
Tre gudeliga dygder 45: 2: 9.
Triggiehanda gott 67: 2: 43.
Triggiehanda menniſkio leſwerne 5: 1: 4. 31: 2: 2.
Triggiehanda natur i menniſkian 30: 2: 2.
Triggiehanda ſtyrilſe i hiernan 80: 2: 58.
Triggiehanda tarfwer menniſkian til ſtyrſl 195: 4: 3.
Triggiehanda tijd achtande 53: 2: 23.
Triggiehanda ſak ſom Konungenom bör beſinna 68: 2: 46.
det förſta 68: 2: 47.
andra 70: 2: 49.
tridia 71: 2: 50.
Tron bör intet haſtä 51: 2: 19.
Try ting tarfwer riket til ſin ſtyrilſe 195: 4: 3.
Try ting äro achtande / när Konung wil hafwa willioga ynderſater 192: 4: 7.
Trälar gör kynnet 70: 2: 49.
Träta gör owänſkap 61: 2: 36.
Träta hwadan 11: 1: 14.
Trätoſam Chriſten / oärlig 120: 3: 43.
Tuchtemäſtare reglor 133: 3: 58.
Tuchtemäſtare at Konungebarn hurudana? 130: 3: 53.
witre Tuchtemäſtare äro Konungens heder *ivid.*
Tweggiehanda rätt wiſa 79: 2: 56.
Tungomal/ hwi det är menniſkiom gifwit 3: 1: 2.
Tungones Kommunglige ämbete 82: 2: 62.
(Tychtemäſtare ſök Tuchtemäſtare)

V W

Walkonung hwi han tags heller än arfkonung 23: 1: 26.
Walkonung anten bette: eller arfkonung 22: 1: 26.
Walkonunge riken offtaſt offridige 26: 1: 27.
(Walzman ſök öfwerheet/ höffding och kon:)

Warningar för öfwerheeten 92:2:76. 99:2:80. 99:2:81. 100:2:82. 144:4:2. 168:4:4. 174:4:2. 183:4:15. 191:4:5. 193:4:8.
fem Warningar för rijkzens radh 179:4:12. etc.
(ſök Domare/Radzherrar)
Warningar för vndersåterne 192:4:6. 190:4:4.
Wapna tarf 105:3:2.
Warnelös Konung/ almans wada 81:2:60.
Wedeſkap och foglafängen achtas til hofförtäringen 108:3:5.
Wen bör rådas owenſkap 98:2:80.
Wen hals offta för owen 51:2:20.
Wenſkaps band är dygd 60:2:36. 97:2:80.
Wenſkap hwad *ibid.*
Wenſkaps reglor 60:2:36.
Werldzligit leſwerne 6:1:7. 31:2:2.
hwi opfunnit 8:1:9.
Werldzlig ting huru de ſkole nyttias 50:2:19.
Wigt och mat ſkole wara rätt i landen 182:4:14.
Wilian/ hwar främier ſin 10:1:14. 74:2:51.
Wilioga vndersåter göras med try ting 192:4:7.
Wijs Konung 40:2:4.
Wijs man aldrig fafång 51:2:21.
Wijs man hwarken ſwiker eller ſwikes 52:2:22.
Wijs man ſkipar ſin tiuna tarfliga 53:2:23.
Wijs man ſpör ey gärna effter annars laſter 56:2:31. 60:2:36.
hörer dem ey heller gärna *ibid*
den Wijs wil warda han jempt föregrunde 51:2:21.
Wijſe män lärde aff ſielfwan Gudi 35:2:3.
Wijſliga leſwa 50:2:18. 50:2:19.
Wingånge hwi opfunnit 8:1:9. 105:3:2.
Wingånges reglor 96:2:79. 99:2:81. 100:2:83.
Vndersåter hwilke/ ſynes af ſiette flocken i fierde balken 186 bl:
Vndersåternes rijkedom Konungens åhra 191:4:5.
Vndersåternes reglor eller warningar 192:4:6.
Vnger ninnner gaſual halder 130:3:53. 132:3:56.
Wyrdning födes af rättwiſan 120:3:42
Wyrdning kräfwer högre dygd 102:2:85.
Wyrdning är görande och flyande 61:2:37.
Wyrdning ſker honom ſom Gudi gör wyrdning 18:1:21. 34:2:3. 149:4:13.
Wreden fördriſwer ſkiälen 96:2:78.
Wreden hafwe ſin tijd *ibid.*
Wreden wari ſachtfärdig 95:2:78.
Vrgyttia bätter än niding 90:2:73.
Vrſächt achtas effter ſan wilia 74:2:51.
Vthländſke ſändebod ſkole hedras 148:2:11.
Vthländſke ſkole niuta frid 162:4:9.
Vthländſkom ſkole befäſtningar ey betroos 183:4:15.
Wada är warlig medfas 56:2:33.
Wagadt är ens mans rad 176:4:8.
Wagemal om Konung ſkal årfwas 25:1:27.
Wald föder wada 71:2:50. 74:2:52. 85:2:67.
Wärdig Konung 39:2:3.
Wärn och förſwar gör willioga vndersåter 193:4:8.
Wärn är tweggiehanda 195:4:4.

Y

Yngling othan lydno och ſyſlo / räknas oärlig 17:3:34.
Ynglingarnas bordreglor 109:3:7.

Å

(Ådling/ ſök Junkare)
Älſkelig (*amabilis*) huru en kan bliſwa 64:2:40.

ám-

(Ämbeten/ſök Konung Höfd. R. Dom.)
Ängla lefnat 5:1:5.31:2:2.
Änglar hafwa ſkäl och lijf 5:1:3.
Ätare regler 109:3:8.111:3:14.

Ö

Ödmiukt är höfwiſkheet 114:3:27.
är och en Konunglig dygd 91:2:75. 95:2:77.
Ödmiukt pröfwas i medgangen 63:2:38.
Ödmiukt ſankar alla dygder 94:2:77.
Ödmiukt ſkil högmod ifran förachtelſe 93:2:76.
Ödmiukt vthan föracht ibid.
Ödmiukheetz regler ib. d.
Öfwerflöd i maat och drick/ ſkadar ſkäl och krop 110:3:10.111:3:15.
Öfwerheet/hwilke 46:2:10.
(ſök Konung/ höfding)
Ögonens Konungl. ämbete 81:2:60.
Öronens Konungl. ämbete 82:2:61.
(Örlogzmän ſök krigzmän)

Enden på Ärendes Längden.

Theghn är wiſkumark/ målghi hwimſku.

Silentium eſt ſcientiæ ſignum, loquacitas vanitatis.

Andra Längden eller Regiſtret

Innehåller

En kort Vthtydning på the Orden ſom til åfwentyrs icke alment förſtås kunna/och en Rättelſe/ der orden i förra Texten/antingen felas eller åro icke rätteliga áthſkilde eller ſkrefne.

fattadt

aff

J. T. B.

A der ſtår:		och märker
A	169:4:4.	äger/ bör
Amote	34:2:3.	emot
Af	59:2:35.	ifrå
Af	84:2:67.	för
Af	118:3:36.	å/ på
Afat	71:2:49.	*deficiens*
Afbradhe	95:2:78.	förbråde/ haſtige/
Afbrat	51:2:19.	förbrått
Af hald	65:2:40.	återhåld/ *abſtinentia.*
Afſkedes	3:1:1.	vthur laget/
Alder/ all ſik ſamman	19:1:23.	*Tota, integra, ſeipſam continens, ſeipſa ſufficiens.*
Aldor	30:2:1.	áltar. drifwer
Aldre	22:1:24.	längre.
Alder eig	21:1:24.	aldrigh.
Allom	179:4:13.	illom
Amálo	2:3.	*querela.*
Arwode	47:2:14.	arbete.
At enaſt	65:2:40.	allenaſt.
At hafwer	155:4:22.	at han hafwer
At ma	4:1:2.	at han má
Atta	199:4:8.	otto. *octo*
B.		
Bardaga	21:1:24.	ſlagh.
Barfridh	208:4:33.	quiſt och bryſtwärn/förewärn.
Bite	7:1:8.	báttar/ *dentes exerti,*
Blidom	208:4:32.	ſliungom eller wippar/ *catapultis.*
Bod	132:3:56.	bodd/ beredd.
Bokwit	133:3:58.	wettſkap vr böcker
Brytur	22:1:26.	bryter.

Bukkom

Bukkom	210:4:36.	ſtötlar/ *Arietibus,*
Burt	107:3:4.	bort
Bödhs	137:3:60.	beds/ *petes*
D		
Dela		träta/ *rixa*
Dårwilſe	*ibid.*	*pernicies*/ förderf.
Digra	33:2:3.	ſtoor/ *ingenti*
Dirtwe	113:3:19.	driſtigheet
Dulgom	196:4:5.	*Dubius,* twikachtig
Dygr	191:4:5.	ſtor/ *ingens.*
Dyger ſiälde manna	196:4:5.	*multitudine virorum*
E		
Eg	15:1:18.	ey
Enhärde	114:3:23.	*obſtinati*
Enlatugan	99:2:81.	enſintan
Enſtaka	9:1:11.	*ſolitarius,* enſam/
Ey	38:2:3.	ju.
Enſtika	15:1:18.	enſam.
Enwaldugan	21:1:24.	*monarcham*
F		
Fala	11:1:14.	tilfälle til. fall.
Fikt	5:1:5.	*ſtudium*
Firi	8:1:10.	före
Fiugur	119:3:38.	fyra/ *quatvor.*
Fiura	108:3:5.	fyro
Fläſta	13:1:15.	*plurimis*
Folſka	118:3:35.	därſkap.
Fornt	76:2:53.	forne/ gamble.
Frägd	62:2:38.	*fama*
Frälſe	2:4:	frijheet
Främnimän	202:4:16.	*prompti*
Främi ſins lifs	205:4:22.	dhe ſom kunna wäl wara vthom ſin födo
Fiälom	210:4:36.	
Fylſka	110:3:11.	ſmitta *maculere*
Fanget och Fångt	8:1:9.	
Fatt	64:2:38.	*pauca*
Fögelika	114:3:26.	
Föreacht	15:1:18.	*providentia.*
Föracktug	205:4:22.	*providi.* föreachtuge
Forhaver.	94:2:76.	förachtar
Forehuran	81:2:60.	*præmeditatio*
Förwarda	3:1:1.	förgäs.
Förgrip ey	138:3:60.	förgrip tig ey.

Fangom	210:4:16.	

G.

Genverdo	19:1:21	*adverſitas.*
Giri	57:2:34.	*cupiditatem.*
Giäld	112:3:15.	ſinnwet.
Got	67:2:44.	godha.
Gradhuge	108:3:4.	hungrige
Gärnt	35:2:3.	gärna/ *libenter.*
Gawum	115:3:29.	gåfwom
Göma	33:2:3.	wachta
Gömen	127:3:50.	gömder til
Görla	25:1:27.	granneliga
Gözka	132:3:55.	gätzko/ *conſervatio*
Gropa	208:4:33.	grop gropa

H.

Ha	57:2:34.	ho/ hwa/ *qvi*
Hauer	105:3:2.	ſkal
Halde		holder
Harin äggia	147:4:8.	äggia til harins
Hafwom	76:2:53.	hafwom wij
Heem	16:1:19.	werlden
Hemelikr	62:2:37.	*familiaris*
Hoffämi	47:2:15.	höffſamheet
Hoffämio	32:2:2.	mätteligheet. *temperantia*
Höffamber	14:3:24.	*temperans*
Hoffider	136:3:60.	höfwiſkheet
Hua	47:2:13.	ho/ *qui*
	55:2:30.	
Hwargen	50:2:19.	ingeſtädes/ *nullibi*
Hwarghen	192:4:6. 194:4:9.	hwarken
Hwarn wägen	205:4:24.	å hwilken ſidan *ubinam*
Hwatna	83:2:65.	*quodcunque* hwad det wore
Hwatuitna tiltaka	54:2:24.	å både ſidor bära ſigh åt
Huginöda	93:2:76.	*Superbia*
Härafödha	204:4:20.	ſådan ſpijs ſom wanker i krigh
Hura	5:1:5.	öfwerwäga/ betänkia.
Härduge	205:4:21.	ſtadugr
Häggoma	89:2:71.	*vanitas.*
Höginöden	121:3:44.	höginodigh.
Höghmödugr	*ib.*	*ſuperbus*
Höfdes aldri	17:1:20.	*ætati principii*
Hörö	15:1:18.	hörer.

Huxan		betänckiande
Höta	45:2:10.	heta/ *vocare*
Häfda	180:4:13.	brukar.
Höggoma	178:4:10.	*vanitas*

J.

Jaflikt		twiflachtigt.
Jaflikom	175:4:3.	twikachtige.
Jamnadher	189:4:2.	*proportio.*
Idka	30:2:1.	*frequentare.*
Ilt	155:4:22.	ondt
Ini	22:1:26.	öfuer.
Iwi	4:1:2.	öfwer.
Iwirmåns	46:2:10.	öfwerheet
Iuirmåtes	57:2:34.	*ſuperfluum.* iuir wåtes
Jåwa		twika/ *dubitare*
Jamninga	93:2:76.	lijka. *compares*
Jauande	175:4:6.	twiflachtig.

K.

Kiutlik	86:2:67.	kiötligh.
Kompana	113:3:20.	*ſocios.*
Klärkdom	130:3:54.	klärkom
Kräſmåti	110:3:13.	kräſelig maat
Kännefadher	133:3:58.	läreſader
Köptorp	161:4:8.	gåſtgifware gårdar
Känna	34:2:3. 133:3:57.	låra/ *docere*
Kåra	75:2:53.	klaga
Kunux	184:4:16.	konungz

L.

Lakare	124:3:47.	lackare/ lekare
Later	145:4:5.	*geſticulationes*
Leka	173:4:1.	*laici*, lekmån
Leta	132:3:57.	lete/*quærat*
Likas	5:1:3.	lijknas
Lit	204:4:18.	ſälſkap
Linter	21:1:24.	lidher/ *patitur*
Lutran	80:2:58.	lotten/ delen
Lyddarom	145:4:5.	*geſticulatoribus*
Lår	161:4:8.	lägges
Löddare	123:3:47.	*geſticulatores*

M.

Maklika	108:3:4.	ſachteliga
Man	124:3:46.	mån
Mere	92:2:75.	förnæer/ *præſtantior*
Merom	99:2:81.	förnämligare

		(dåt ſamma)
Mårom		
Mikla	35:2:3.	ſtore
Minne	168:4:4.	ſåmre *inferiores*
Miſſmänna	94:2:76.	*effœminatus*
Miſtyrue	192:4:6.	förtörnar
Mangſkina	45:2:9.	mangs kyna *multiplices*
Mån	155:4:23 22:1:26.51:2:19.	medhan

N.

Ridinger	90:2:73.	*tenax*
Nidſkaper	88:2:69.	näppheet/ *tenacitas*
Nimma	132:3:56.	*apprehendam*, kåre
Niutom	150:4:15.	nyttiom
Nu at ſinne	46:2:10.	*jam hac vice*
Nytorua	148:4:10.	nyttia/ torfwa
Nåme	132:3:56.	*apprehenſio*
Nånna	205:4:23.	dierfheet och driſtigheet/*audacia.*
Nånoga	*ib.*	driſtige

O.

Ofdrikkio	84:2:67.	för mycket drickande/*Ingluvies*
Ofös	107:3:4.	oför/ ſwagh/ machtlös
Ofinikil	113:3:19.	förſtoor
Ofäta	84:2:67.	förmycket ätande
Olyder	35:2:3.	olydiger
Ordquädhe	17:1:20.	ordſpråk
Otöckom	115:3:29.	otäckom
Ofgiri	57:2:34.	åtrå
Ofinykin	203:4:17.	förſtoor
Ofrägd	63:2:38.	wanåra/*infamia*
Ofrägda	39:2:3.	wanårade
Oran	181:4:14.	hård åhr
Omänſka	84:2:66.	*Inhamanitas*
Ok näpſa	168:4:2.	at näpſa
Ok främber	80:2:58.	ſom främber
Okſkal	33:2:3.	ty ſkal
Orät	165:4:5.	orät lag

R.

Roda	54:2:24.	ro/*requiem*
Radgiärda mån	43:2:6.	rådgifware/ *Senatores*
Radind	129:3:53.	ſtyrelſe/tuchtan/ *informationem*
Rätr	54:2:25.	råder
Rökta	156:4:25.157:4:27.	anråttar/ *ſeminar*
Rad	24:1:26.49:2:17.	rått
Radgäfwi	175:4:5.	rådgifware
Råne	179:4:13.	röfwar

Rönta	163:4:10.	rönta/*peritos*
Radlika	44:2:8.	rätlika

S.

Samlika	48:2:17.	ſamptliga
Samwiſtelikt	9:1:12.	*ſociale*
Samhelde	80:2:58.	är bätter ſwenſka än enhälligheet.
Samband	64:2:39.	*colligatio, vinculum ſocietatis*
Siker		ſäker
Siål ſyne	106:3:3.	ſiällan ſynte
Sikerlek	105:3:2.	ſäkerheet
Se	13:1:16. 150:4:15. 41:2:5. 55:2:29.	ware/*ſit*, wore
Sen	42:2:6.163:4:10.	ware/*ſint*, åre
Slakum	210:4:36.	ſläckom
Slama	126:3:49.	ſlagga/ſamla/ſamka
Slukare	109:3:9.	*epulo*
Somå	148:4:10.	ſömd. *decenia*
Snille bok	143:3:1.	wijsheetennes bok
Skälnad	157:4:27.	*diſſentio, diſcordia*
Skut	206:4:26.	*collectam* det almogen ſam. manſkutit haſwa
Skipilſe	5:1:3.5:1:4.17:1:20.	ordning) *diſpoſitio*
Skipat	4:1:2.	*conſtituiſti*
Skyntr	47:2:14.	ſnar/63: 2: 38.
Skrubbo	209:4:34.	grop
Skyntare	129:3:53.	haſtigare
Spakmändet	165:4:3.	clerkeriet och flere lärde
Spakum	80:2:57.	fridſamme
Späkia	166:4:6.	*manſvefacere*
Spurdagi	175:4:3.	*quæſtio*
Sum	7:1:8.	ſomblige
Sumi	71:2:49.	ſomblige
Summa	45:2:10.	ſomblige
Swa	9:1:10.9:1:11. 3:1:2.10:1:13.	ſå
Stygd	146:4:7.	*abominatio, averſio*, ſtyggelſe/ſtygſt.
Söme	34:2:3.	*decet*
Syſloman	33:2:3.	befaldningzman
Säwirdning	39:2:3.	föracht
Sät	66:2:40.	*obtemperes*
Säte	59:2:35.	*condecet*

T.

Ta	194:4:1.	dock
Ta	28:1:27.	*illum (morem)*
Tilika	132:3:56.	tylika/ſlijka

Tima	195:4:2.	henda
Timanda	51:2:20.	owiſſe
Tint	195:4:2.	hendt
Til latugr	62:2:37.	tillatugr *moleſtus*
Tylik	14:1:17.	*ejusmodi*
Tykio	17:1:20.	*arbitrium*
Thol	40:2:4.	tålſamheet
Turugr	202:4:16.	driſtige/ *audaces*
Twåſkuna	195:4:4.	twåggehanda
Tydelekur	8:1:10.	*tractabilis*, tämielig
Thöm	4:1:2. 7:1:8.	them *quibus*, them *illis*
Thön	7:1:8.	the/ *illa* (*neut. plur.*)
Täſia	58:2:34.	ſinak/ *ſapores*
Täſka	138:3:61.	ſinaka/ *guſtare*
Ty	169:4:4.	giårna ty/ te wånta *illirei, unde*

U. W.

Um	72:2:50.	öfuer
Ungara	136:3:59	junkare/ vnge herrar
Ungkara	112:3:15.	vnge karlar *idem*
Undidana	24:1:26.	vnderſäter
Undi	4:1:2.	vnder/ *ſub*
Underläte	61:2:36.	*affectatio*
Undermån		*ſubditi*, vnderſäter
Unganger	61:2:37.	vngås/ *converſaris*
Umbår	49:2:17.	vndrager/ *tolerat*
Ugurmaga	25:1:27.	owirmaga
Urgytia	87:2:68.	ſlösare/ *prodigus*
Vphof	17:1:20.	*origo*
Utnåſiom	207:4:31.	*promontoriis*
Utan thet år ett	65:2:40.	*ſed*
Utan thet år ſul	*ib.*	men/ *verum.*
Ungåra	152:4:17. 136:3:59.	förgöra/ *perdere*
Walk	163:4:9.	*periclitatione & auſa*
Warkunſämi	107:3:9.	*commiſeratio*
Wänhurat	8:1:9.	vnhurat *deſpicere*, wänhurat *ſperando meditari*
Want	55:2:29.	*difficile* ondt.
Walsman	35:2:3.	*præfectus, optimas*
Wird	50:2:19.	wårderar
Winlika	99:2:81.	wänliga/ *amice*
Wåla	43:2:6.	*diſquirere*
Wäkute	206:4:25.	*armati*
Wild	17:1:20.	*reſpectus*
Weli	23:1:26.	wahl *electio*

Wildoge	27:1:27	egennyttige
War	9:1:10.	wore
Wägi	204:4:18.	wäja

Y.

Ympno	118:3:35.	nogh
Yngſko	117:3:34.	yngdom

Å.

Åtla	23:1:26.	eller *aut*
Alla	116:3:32.	elieſt *alias*
Alle	13:1:16.	eller
Allas	46:2:10.	elieſt
Allas	116:3:33.	åldras (*in infinitivo*)
Allis	*ib.*	åldras (*in præſenti*)
An	7:1:8.	allena
Ane	128:3:52.	ene
Anſaint	189:4:3.	enſaint
Angen	6:1:6.	ingen (*maſc:*)
Anga	5:1:5.	ingen (*fœm:*)
Ankte	*ib.* 7:1:8.	intet
Antiggia	26:1:27.	antingen annat at twäggiom
Apte	5:1:3.	effter
Aro	197:4:6.	warda
Arfderad	24:1:26.	arfsrätt
Arwode	101:2:84.	arbete

Ö.

Örlog	197:4:5.	örligh/ Krijgh.

Tridie Längden eller Regiſtret

Innehåller

Hwilke dhe wijſe Mån åro/ ſom i dhenna bok gåtne warda/ tillijka med andre ſom här ey nämbnas/ och Grundwalen til henne lagdt hafwa.

Aegidius Romanus Libr. de Regimine principum, & modo bellandi & armis aptioribus.

Ariſtoteles Stagirita, in Ethicis, Politicis, Rhetoricis &c.

Aurelius Auguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus.

David, Rex & Propheta.

Een wijs Man 49: 2: 17.

Item een wijs Måſtare. 93: 2: 76. ꝛc. *incerti auctores.*

Ezechiel Propheta.

Jeſajas Propheta.

Libri Regum eller Konungaböckerna.

Martinus, Epiſcopus, Dumienſiſq. Cœnobii Abbas. De qvo in Notis p. 49 ſeq. & apud Geſnerum in Bibliotheca.

S. Mattheus.

S. *Petrus Apoſtolus.*

Moſes in Geneſi.

R. Salomo in Proverbiis, Libr. Sapientiæ; & Eccleſiaſt.

L. A. Seneca.

Snilleboken. *h. e.* Wijshetenes bok. Ty ſnillheet är Wijsheet.

Ieſus Sirach, oanſedt han i dhenne boken intet ſins nämbder; doch lijkwål finnas här många hans ſpråk och ſköne meningar/ men vthi K. Salomos nampn införde.

Vegetius de Re militari, ehuruwål icke heller ſins nämbdr / ſynes doch ſå wål ſom andra flere/ dhe här ey nämbnas: til dhenna bok hafwa *contribuerat.*

Wijſe Måſtare 47: 2: 14. 48: 2: 16. *Item* 80: 2: 58. etc. *Incertum quos hic Noſter intelligat.*

Anden på tridie Längden.

Pſalm. 111. 10. Proverb. 1. 7.
Syrac. 1. 13.

Snillheetz början ſann/
Är wiſt Gudz alwara frucktan.
Wijs mig ſniellan Man/
Then i yngſkone ratade tucktan ſ

ER.

ERRATA extantiorà.

Pag. 6. v. 4. pro, *quæ ad multitudinem* &c. ſcribe in verſione: *a quibus nefas eis recedere.* ibid. in Not. v. 3. ſcr. *gubernentur.* p. 13. in Not. v. 14. poſt *liquet* ſcr. comma. p. 37. in N. v. 1. ſc. *publicæ.* item v. 24. *Ficta cito,* & mox, *Ficta omnia.* p. 39. Not. v. 15. ſc. *ex eo,* p. 40. Not. v. 16. *decipiatur.* & v. 18. *metiris.* p. 44. Not. v. 11. *Et Plato.* p. 47. v. penul. *hæc ejus.* p. 50. Not. v. 8. *quantus eſt.* & v. 16. *quæ putabat.* p. 89. *N* v. 9. *quæ videntur.* p. 91. *N.* v. 19. *de privato luxuria.* p. 93. *N.* v. 1. *Pol* 10. *Certe.* p. 123. N. v. 37. *quam bonos maloſue.* p. 132. *N.* v. 8. *ſicut ubiq; ſolet.*

Hæc notavi obiter. Diligens Lector forſan plura inveniet.

ERRATA occurrentia.

Haeccotavi edidi. Diligens Lector
lectum plura invenies.



Date Due

L. B. Cat. No. 1137

321.6 fR344 117194